Δ Ι Ο Δ Ω Ρ Ο Σ

DIODORI SICULI
BIBLIOTHECAE HISTORICAE
LIBRI QUI SUPERSUNT

E RECENSIONE PETRI WESSELINGII
CUM INTERPRETATIONE LATINA LAUR. RHODOMANI
ATQUE ANNOTATIONIBUS VARIORUM INTEGRIS
INDICIBUSQUE LOCUPLETISSIMIS

NOVA EDITIO

CUM COMMENTATIONIBUS III CHR. GOTTL. HEYNII
ET CUM ARGUMENTIS DISPUTATIONIBUSQUE
IER. NIC. EYRINGII

VOLUMEN SEPTIMUM

ARGENTORATI
EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS BIPONTINAE
ANNO VII

ΔΙΟΔΩΡΟΥ

ΤΟΥ ΣΙΚΕΛΙΩΤΟΥ

ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΚΗΣ

ΒΙΒΛΟΣ ΕΚΚΑΙΔΕΚΑΤΗ

[1]ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ

ΕΝ ΤΗ ΕΚΚΑΙΔΕΚΑΤΗ

ΤΩΝ ΔΙΟΔΩΡΟΥ ΒΙΒΛΩΝ.

Ὡς Φίλιππος ὁ Ἀμύντου παρέλαβε τὴν τῶν Μακεδόνων βασιλείαν.

Ὡς Ἀργαῖον ἀντιποιούμενον τῆς βασιλείας ἐνίκησεν.

Ὡς Ἰλλυριοὺς καὶ Παίονας [2] καταπολεμήσας, ἐκτήσατο τὴν προγονικὴν ἀρχήν.

Περὶ τῆς [3] ἀνανδρίας τοῦ νεωτέρου Διονυσίου, καὶ τῆς Δίωνος φυγῆς.

Ὡς Δίων, ἐλευθερώσας τοὺς Συρακουσίους, Διονύσιον κατεπολέμησεν.

1 Τάδε ἔνεστιν ἐν τῷ πίνακι τῆς ιστ' βίβλου Reg. 1.

2 Καταπολεμησάμενος idem.

3 Ἀνδρίας idem, sed prave.

HAEC IN DECIMO SEXTO

DIODORI LIBRO

CONTINENTUR.

Ut Philippus, Amyntae filius, regnum Macedoniae acceperit.

Ut Argaeum, regnum sibi vindicantem, devicerit.

Ut, Illyriis & Paeonibus debellatis, regnum avitum recuperarit.

De ignavia Dionysii iunioris, & Dionis exsilio.

Ut Dion, vindicatis in libertatem Syracusis, Dionysium bello fregerit.

Ὡς ἐκπεσὼν ἐκ τῆς πατρίδος, πάλιν ἀνεκτήσατο τὰς Συρακούσας.

Κτίσις Ταυρομενίου κατὰ τὴν Σικελίαν.

Τὰ πραχθέντα κατὰ τὴν Εὔβοιαν καὶ [1] κατὰ τὸν συμμαχικὸν πόλεμον.

Πολιορκία Ἀμφιπόλεως ὑπὸ Φιλίππου, καὶ ἅλωσις.

Ὡς Φίλιππος, τοὺς Πυδναίους ἐξανδραποδισάμενος, τὰ χρυσία μέταλλα κατεσκεύασεν.

Κατάλυσις τοῦ συμμαχικοῦ πολέμου.

Συνδρομὴ τριῶν βασιλέων ἐπὶ Φίλιππον.

Ὡς Φιλόμηλος ὁ Φωκεὺς, τοὺς Δελφοὺς καὶ τὸ μαντεῖον καταλαβόμενος, τὸν ἱερὸν πόλεμον ἐξέκαυσε.

Περὶ τῆς ἐξ ἀρχῆς εὑρέσεως τοῦ μαντείου.

Φιλομήλου τοῦ Φωκέως ἧττα καὶ θάνατος.

Ὀνομάρχου παράληψις τῆς ἀρχῆς, καὶ παρασκευὴ πρὸς πόλεμον.

1 Non eſt in Reg. 1.

Ut e patria eiectus, Syracuſas denuo obtinuerit.

De Tauromenio in Sicilia condito.

Quae geſta fuerint per Euboeam, & in bello ſociali.

Philippus Amphipolim obſidet & capit.

Ut Philippus, redactis in ſervitutem Pydnaeis, aurifodinas adornarit.

Belli ſocialis exitus.

Tres ſimul reges contra Philippum vires coniungunt.

Ut Philomelus Phocenſis, redactis in poteſtatem Delphis cum templo fatidico, ſacri belli incendium excitarit.

Ut oraculum illud initio fuerit repertum.

Philomeli Phocenſis clades & interitus.

Onomarchus imperium aſſumit, & ad bellum ſeſe praeparat.

Ὡς Βοιωτοὶ Ἀρταβάζῳ βοηθήσαντες, ἐνίκησαν τοὺς βασιλέως σατράπας.

Ὡς Ἀθηναῖοι Χεῤῥονήσου κρατήσαντες, κατεκληρούχησαν αὐτήν.

Ὡς Φίλιππος Μεθώνην ἑλὼν κατέσκαψεν.

Ὡς Φίλιππος Φωκεῖς νικήσας ἐξέβαλεν ἐκ τῆς Θετταλίας.

Ὡς Ὀνόμαρχος ὁ Φωκεὺς Φίλιππον δυσὶ μάχαις νικήσας, εἰς τοὺς ἐσχάτους κινδύνους ἤγαγεν.

Ὡς Ὀνόμαρχος, Βοιωτοὺς νικήσας, Κορώνειαν εἷλεν.

Ὡς Ὀνόμαρχος ἐν Θετταλίᾳ παραταξάμενος πρὸς Φίλιππον καὶ Θετταλοὺς, ἡττήθη.

Ὡς αὐτὸς [1] μὲν ἐκρεμάσθη, οἱ δ' ἄλλοι κατεποντίσθησαν ὡς ἱερόσυλοι.

Ὡς Φάϋλλος διαδεξάμενος τὴν ἀρχὴν πολλὰ τῶν ἀργυρῶν καὶ χρυσῶν ἀναθημάτων κατέκοψεν.

1 Defit in ed. Bafil.

Ut Boeoti, fuppetias Artabazo ferentes, regis Satrapas vicerint.
Ut Athenienfes, Cherfonefo potiti, agrum fortito diviferint.
Ut Philippus Methonen a fe captam folo aequarit.
Ut Philippus devictos Phocenfes e Theffalia expulerit.
Ut Onomarchus Phocenfis Philippum, duobus proeliis victum, in extremas periculorum anguftias coniecerit.
Ut Onomarchus, victis Boeotis, Coroneam fubegerit.
Ut Onomarchus in Theffalia, acie cum Philippo & Theffalis confligens, fuccubuerit.
Ut ipfe fufpendio affectus, ceterique tanquam facrilegi mari fubmerfi fuerint.
Ut Phayllus, in imperio fucceffor, de argenteis aureifque donariis multa conciderit.

Ὡς τὰς μισθοφορίας ἀναβιβάσας, ἤθροισε μισθοφόρων πλῆθος.

Ὡς τεταπεινωμένα τὰ τῶν Φωκέων πράγματα διωρθώσατο.

Ὡς χρήμασι διαφθείρων τὰς πόλεις καὶ τοὺς προεστηκότας αὐταῖς, πολλοὺς προσελάβετο συμμάχους.

Ὡς οἱ τῶν Φεραίων τύραννοι παραδόντες Φιλίππῳ τὰς Φερὰς, Φωκέων ἐγένοντο σύμμαχοι.

Μάχη Φωκέων πρὸς Βοιωτοὺς περὶ Ὀρχομενὸν, καὶ ἧττα Φωκέων.

Ἄλλαι μάχαι τοῖς αὐτοῖς παρὰ τὸν Κηφισσὸν καὶ Κορώνειαν, καὶ νίκη Βοιωτῶν.

Ὡς Φάϋλλος στρατεύσας εἰς τὴν Λοκρίδα πολλὰς πόλεις ἐχειρώσατο.

Ὡς Φάϋλλος νόσῳ περιπεσὼν φθινάδι, τὸν βίον ἐπιπόνως κατέστρεψεν.

Ut amplificatis ſtipendiis magnam conductitiorum turbam coëgerit.

Ut res Phocenſium afflictas erexerit.

Ut civitates harumque magiſtratus largitionibus corrumpendo, magna ſociorum acceſſione ſe confirmarit.

Ut Pheraeorum tyranni, Pheris Philippo deditis, Phocenſium ſocietatem fuerint amplexi.

Phocenſes ad Orchomenum cum Boeotis confligunt, & ſuccumbunt.

Alii cum iiſdem iuxta Cephiſſum & Coroneam conflictus, & Boeotorum victoria.

Ut Phayllus, expeditione in Locridem ſuſcepta, urbes complures ſubegerit.

Ut Phayllus, lenta tabe correptus, aegerrime vitam finierit.

Ὡς Φάλαικος διαδεξάμενος τὴν ἀρχὴν καὶ ἀγεννῶς διοικῶν τὸν πόλεμον, ἐξέπεσεν.

Ὡς οἱ κατὰ τὴν Πελοπόννησον ἐστασίασαν.

Ὡς Ἀρταξέρξης ὁ ἐπικληθεὶς Ὦχος ἀνεκτήσατο Αἴγυπτον καὶ Φοινίκην καὶ Κύπρον.

Ὡς Φίλιππος τὰς Χαλκιδικὰς πόλεις προσαγαγόμενος, τὴν ἐπισημοτάτην πόλιν κατέσκαψε.

Ζήτησις τῶν ἀναλωθέντων ἱερῶν χρημάτων, καὶ κόλασις τῶν νοσφισαμένων.

Ὡς οἱ καταφυγόντες εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος Φωκεῖς, ὄντες πεντακόσιοι, παραδόξως ἅπαντες ὑπὸ πυρὸς διεφθάρησαν.

Ὡς ὁ Φωκικὸς πόλεμος [1] κατελύθη.

Ὡς οἱ μετασχόντες τῆς ἱεροσυλίας τοῖς Φωκεῦσιν, ἅπαντες ὑπὸ θείας τινὸς ἐνεργείας ἐκολάσθησαν.

1 Διελύθη Baſ. ed.

Ut Phalaecus, imperio ſuſcepto, cum ignaviter bellum adminiſtraret, eiectus fuerit.

Ut diſſidium inter ſe Peloponneſii excitarint.

Ut Artaxerxes, alias Ochus nominatus, Aegyptum, Phoeniciamque & Cyprum recuperarit.

Ut Philippus, Chalcidicis urbibus ſuae ditioni adiunctis, urbem maxime inſignem everterit.

Quaeſtio de ſacra pecunia in profanos uſus expenſa, & ſupplicia depeculatorum.

Ut Phocenſes, qui ſupplices in Apollinis fanum confugerant, numero IↃ, ad unum omnes igni ſubito fuerint abſumti.

Ut finis bello Phocenſi impoſitus.

Ut ſacrilegii Phocici conſortes a divina quadam potentia omnes plexi fuerint.

Τιμολέοντος κατάπλους εἰς Σικελίαν, καὶ αἱ πράξεις αὐτοῦ μέχρι τῆς τελευτῆς.

Περίνθου καὶ Βυζαντίου πολιορκία ὑπὸ Φιλίππου.

Φιλίππου παράταξις πρὸς Ἀθηναίους ἐν [1] Χαιρωνείᾳ, καὶ ἧττα [2] τῶν Ἀθηναίων.

Ὡς οἱ Ἕλληνες αὐτοκράτορα στρατηγὸν εἵλοντο Φίλιππον.

Ὡς Φίλιππος μέλλων διαβαίνειν εἰς τὴν Ἀσίαν ἀνῃρέθη.

1 Χερωνείᾳ prave Baſ. ed. 2 Articulum non habet Reg. 1.

Timoleontis navigatio in Siciliam, & res ab eo geſtae, ad vitae uſque finem.

Philippus Perinthum & Byzantium obſidet.

Philippus acie confligit cum Athenienſibus ad Chaeroneam, & profligantur Athenienſes.

Ut Philippum belli Perſici ducem cum ſumma poteſtate elegerint Graeci.

Ut Philippus, tranſiturus in Aſiam, necatus ſit.

[1] ΔΙΟΔΩΡΟΥ
ΤΟΥ ΣΙΚΕΛΙΩΤΟΥ
ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΚΗΣ
ΒΙΒΛΟΣ ΕΚΚΑΙΔΕΚΑΤΗ.

Aevum Philippi, regis Macedoniae.

Ἐν πάσαις [2] μὲν ταῖς ἱστορικαῖς πραγματείαις καθήκει τοὺς συγγραφεῖς περιλαμβάνειν ἐν ταῖς βίβλοις ἢ πόλεων ἢ βασιλέων πράξεις αὐτοτελεῖς, ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τοῦ τέλους. [3] οὕτω γὰρ μάλιστα διαλαμβάνομεν τὴν ἱστορίαν εὐμνημόνευτον καὶ σαφῆ γενέσθαι τοῖς ἀναγινώσκουσιν. αἱ μὲν γὰρ ἡμιτελεῖς πράξεις,

In prooemio Diodorus ea laudat opera historica, quae res gestas ab initio usque ad finem plena & continua narratione proponant.

1 Desit titulus Reg. 1. & Vat. Διοδώρου Σικελώτου ἱστοριῶν Reg. 2.

2 Non legitur in Basil. ed. neque in Reg. 2.

3 Οὕτως iidem & Vat.

DIODORI SICULI
BIBLIOTHECAE HISTORICAE
LIBER DECIMUS SEXTUS.

In cunctis tractationibus historicis officio scriptorum incumbit, ut aut civitatum aut regum res gestas integre a principio ad finem usque libris suis complectantur. Hoc enim maxime pacto historiam & memoria facile comprehendi, & perspicuam lectoribus fieri, iudicamus. Nam

Proinde annuntiat, se in enarranda Philippi historia eandem methodum secuturum.

οὐκ ἔχουσαι συνεχὲς ταῖς ἀρχαῖς τὸ πέρας, μεσολαβοῦσι τὴν [1] ἐπιθυμίαν τῶν Φιλαναγνωστούντων· αἱ δὲ τὸ τῆς διηγήσεως συνεχὲς περιλαμβάνουσαι μέχρι τῆς τελευτῆς ἀπηρτισμένην τὴν τῶν πράξεων ἔχουσιν ἀπαγγελίαν. ὅταν δὲ ἡ Φύσις αὐτὴ τῶν πραχθέντων συνεργῇ τοῖς συγγραφεῦσι, τότ' ἤδη παντελῶς οὐκ ἀποστατέον ταύτης τῆς προαιρέσεως. διόπερ καὶ ἡμεῖς παρόντες ἐπὶ τὰς Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου πράξεις, πειρασόμεθα τούτῳ τῷ βασιλεῖ τὰ πραχθέντα περιλαβεῖν ἐν ταύτῃ τῇ βίβλῳ.

Vitae huius regis praecipua capita, deinceps uberius explicanda, parva velut tabula indicantur.

οὗτος γὰρ εἴκοσι μὲν καὶ τέτταρα ἔτη τῶν Μακεδόνων ἐβασίλευσεν, ἐλαχίσταις δὲ ἀΦορμαῖς χρησάμενος, μεγίστην τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην δυναστειῶν κατεσκεύασε τὴν ἰδίαν βασιλείαν, καὶ παραλαβὼν τὴν Μακεδονίαν δουλεύουσαν Ἰλλυριοῖς, πολλῶν καὶ μεγάλων ἐθνῶν καὶ πόλεων κυρίαν ἐποίησε. διὰ δὲ τὴν ἰδίαν ἀρετὴν, τῆς μὲν Ἑλλάδος ἁπάσης παρέλαβε τὴν

1 Ἐπιθημίαν Baſ.

res imperfectae, quarum finis cum principiis non cohaeret, cupidam ſtudioſi lectoris intentionem interrumpunt. At quae continuam ad finem uſque ſeriem narrationis comprehendunt, abſolutam numeris ſuis rerum expoſitionem habent. Quod ſi ipſa rerum geſtarum natura ſcriptores adiuvet, tum demum ab inſtituto hoc nullo modo abſiſtendum eſt. Quocirca & nos, poſtquam ad Philippi Amyntae res deventum eſt, geſta per hunc regem ut volumine hoc comprehendamus, annitemur. Is equidem XXIV annos Macedonum rex fuit; & minimis ab initio adiumentis uſus, regnum ſuum omnium in Europa maximum effecit, & quam Illyriorum iugo ſervili preſſam acceperat Macedoniam, gentium & civitatum multarum & potentiſſimarum dominam reddidit. Sua denique virtute obtinuit, ut, cum ſponte ſe civita-

ἡγεμονίαν, ἑκουσίως τῶν πόλεων ὑποταττομένων· τοὺς δὲ τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερὸν συλήσαντας καταπολεμήσας, καὶ τῷ μαντείῳ βοηθήσας, μετέσχε τοῦ συνεδρίου τῶν Ἀμφικτυόνων· καὶ διὰ τὴν εἰς τοὺς θεοὺς εὐσέβειαν ἔπαθλον ἔλαβε τὰς ψήφους τῶν κρατηθέντων Φωκέων. Ἰλλυριοὺς δὲ καὶ Παίονας καὶ Θρᾷκας καὶ Σκύθας καὶ πάντα τὰ πλησιόχωρα τούτοις ἔθνη καταπολεμήσας, τὴν Περσῶν βασιλείαν ἐπεβάλετο καταλῦσαι· καὶ δυνάμεις μὲν εἰς τὴν Ἀσίαν διαβιβάσας, τὰς Ἑλληνίδας πόλεις ἠλευθέρου· [1] μεσολαβηθεὶς δὲ ὑπὸ τῆς πεπρωμένης, τηλικαύτας καὶ τοιαύτας δυνάμεις ἀπέλιπεν, ὥστε τὸν υἱὸν Ἀλέξανδρον μὴ προσδεηθῆναι συμμάχων εἰς τὴν κατάλυσιν τῆς Περσῶν ἡγεμονίας. καὶ ταῦτ' ἔπραξεν, οὐ διὰ τύχην, ἀλλὰ διὰ τὴν ἰδίαν ἀρετήν. γέγονε γὰρ ὁ βασιλεὺς οὗτος [2] ἀγχινοίᾳ στρατηγικῇ καὶ ἀνδρείᾳ καὶ λαμπρότητι ψυχῆς διαφέρων.

1 Μεσολ. δ' ὑπὸ Baſ. Reg. 2. 2 Ἀγχινοίᾳ καὶ στρατηγ. marg. Steph.

tes illi ſubmitterent, totius Graeciae imperator crearetur. Expilatoribus templi Delphici debellatis, cum defenſionem oraculo praeſtitiſſet, in ſenatum Amphictyonum eſt cooptatus; & pietatis ſuae in Deos veluti praemium, ius ſuffragiorum, Phocenſibus ab eo devictis ereptum, accepit. Iamque poſt Illyrios, Paeones, Thraces, Scythas, & conterminos hiſce populos armis edomitos, ad evertendum Perſarum regnum omni ſe ſtudio converterat, praemiſſiſque in Aſiam copiis Graecas urbes in libertatem vindicabat, cum a fato interceptus occubuit. Eas tamen & tantas poſt ſe copias reliquit, ut Alexandro, eius filio, ad deſtruendum Perſarum imperium ſocialibus auxiliis opus non foret. Atqui haec omnia non tam fortunae beneficio, quam ſuae virtutis gnavitate, peregit. Imperatoria enim ſollertia, & robore virili, animique claritudine rex iſte plurimum excelluit. At ne in

ἵνα δὲ μὴ διὰ τοῦ προοιμίου προλαμβάνωμεν αὐτοῦ τὰς πράξεις, ἐπὶ τὸ συνεχὲς τῆς ἱστορίας [1] πορευσόμεθα, βραχέα τοῖς χρόνοις προσαναδραμόντες.

Olymp. CV, 1.

β΄. [2] Ἐπ᾽ ἄρχοντος γὰρ Ἀθήνησι Καλλιμήδους, Ὀλυμπιὰς μὲν ἤχθη πέμπτη πρὸς ταῖς ἑκατὸν, καθ᾽ ἣν ἐνίκα στάδιον Πῶρος Κυρηναῖος· Ῥωμαῖοι δὲ κατέστησαν ὑπάτους, [3] Γναῖον Γενούκιον, καὶ Λεύκιον Αἰμίλιον. ἐπὶ δὲ τούτων Φίλιππος ὁ Ἀμύντου υἱὸς, Ἀλεξάνδρου δὲ τοῦ Πέρσας καταπολεμήσαντος πατὴρ, παρέλαβε τὴν τῶν Μακεδόνων βασιλείαν, διὰ τοιαύτας αἰτίας· Ἀμύντου καταπολεμηθέντος ὑπὸ Ἰλλυριῶν, καὶ φόρους τοῖς κρατήσασι τελεῖν ἀναγκασθέντος, οἱ μὲν Ἰλλυριοὶ λαβόντες εἰς ὁμηρείαν Φίλιππον [4] τὸν νεώτατον τῶν υἱῶν, παρέθεντο τοῖς Θηβαίοις. οὗτοι δὲ τῷ Ἐπαμινώνδου πατρὶ παρέθεντο τὸν νεανίσκον, καὶ προσέταξαν ἅμα τηρεῖν ἐπιμελῶς τὴν παρακαταθήκην, καὶ

Philippi pueritia Thebis culta, ubi obses tenebatur.

1 Πορευσώμεθα Reg. 1. omnes.
2 Ἐπάρχοντος Baſ. ſemper.
3 Γάϊον ora Stephan. Γενύκιον
4 Τὸ ed. Steph. errore operarum. Bene Baſ. Vat. & Reg.

praefatione res ab eo geſtas anticipemus, ad continuam hiſtoriae ſeriem, brevi ad ſuperiora facto recurſu, procedemus.

II. Cum Athenis praeturam Archontis gereret Callimedes, Olympiade quinta & centeſima, qua Porus Cyrenaeus ſtadii victoriam obtinuit, & Romae Conſules eſſent Cn. Genucius & L. Aemilius; Philippus Amyntae filius, & Alexandri, qui Perſas bello ſubegit, parens, Macedoniae regnum hoc modo adeptus eſt. Bello fractus ab Illyriis Amyntas, vectigalia pendere victoribus cogebatur. Hi filium eius natu minimum Philippum, obſidis loco acceptum, Thebanis aſſervandum tradiderant. Qui rurſus Epaminondae patri adoleſcentulum commiſerunt, cum mandato, ut depoſitum fidei ſuae creditum

προστατεῖν τῆς ἀγωγῆς καὶ παιδείας. τοῦ δ' Ἐπαμινώνδου Πυθαγόρειον ἔχοντος φιλόσοφον ἐπιστάτην, συντρεφόμενος ὁ Φίλιππος μετέσχεν ἐπὶ πλεῖον τῶν Πυθαγορείων λόγων. ἀμφοτέρων δὲ τῶν μαθητῶν προσενεγκαμένων φύσιν τε καὶ φιλοπονίαν, ὑπῆρξαν ἑκάτεροι διαφέροντες ἀρετῇ· ὧν Ἐπαμινώνδας μὲν μεγάλους ἀγῶνας καὶ κινδύνους ὑπομείνας, τῇ πατρίδι παραδόξως τὴν ἡγεμονίαν τῆς Ἑλλάδος περιέθηκεν· ὁ δὲ Φίλιππος, ταῖς αὐταῖς ἀφορμαῖς χρησάμενος, οὐκ ἀπελείφθη τῆς Ἐπαμινώνδου δόξης. μετὰ γὰρ τὴν Ἀμύντου τελευτήν, Ἀλέξανδρος ὁ πρεσβύτατος τῶν υἱῶν διεδέξατο τὴν ἀρχήν. τοῦτον δὲ Πτολεμαῖος ὁ Ἀλωρίτης δολοφονήσας παρέλαβε τὴν βασιλείαν· καὶ τοῦτον ὁμοίως Περδίκκας ἐπανελόμενος, ἐβασίλευσε. τούτου δὲ παρατάξει μεγάλῃ λειφθέντος ὑπὸ Ἰλλυριῶν, καὶ πεσόντος ἐπὶ τῆς χρείας, Φίλιππος ὁ ἀδελφὸς, δια-

Poſt patris Amyntae fratrumque natu maiorum obitum, Philippus, cuſtodia elapſus,

diligenter cuſtodiret, probeque educandi curam gereret. Pythagoreus tum quidam philoſophus Epaminondae magiſter erat. Cum quo dum educatur Philippus, cum profectu non vulgari Pythagoricae diſciplinae particeps fuit. Cumque ambo diſcipuli ingenium & diligentiam ad ſtudia attuliſſent; evenit, ut ad excellentiam virtutis uterque perveniret. Epaminondas ſane, magnis certaminum & periculorum difficultatibus evictis, Graeciae totius principatum nec opinato patriae ſuae acquiſivit: Philippus autem, iiſdem auxiliis inſtructus, non inferiorem ſe Epaminondae gloria praeſtitit. Nam poſt obitum Amyntae, Alexander filiorum aetate maximus, in regno ſucceſſit. Sed eo per dolum interemto, regnum arripuit Ptolemaeus Alorites. Hunc ſimili fraude Perdiccas vita ſimul & regno privavit. Verum poſtquam is ingenti proelio ab Illyriis ſuperatus, in ipſo neceſſitatis momento cecidiſſet,

regnum hostibus pressum, multisque aemulis appetitum, suscipere conatur.

δρας ἐκ τῆς ὁμηρείας, παρέλαβε τὴν βασιλείαν κακῶς διακειμένην. ἀνῄρηντο μὲν γὰρ ἐν τῇ παρατάξει Μακεδόνων πλείους τῶν τετρακισχιλίων· οἱ δὲ λοιποὶ, καταπεπληγμένοι τὰς τῶν Ἰλλυριῶν δυνάμεις, περίφοβοι [1] καθειστήκεισαν, καὶ πρὸς τὸ διαπολεμεῖν ἀθύμως εἶχον. ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν, Παίονες μὲν, πλησίον τῆς Μακεδονίας οἰκοῦντες, ἐπόρθουν τὴν χώραν, καταφρονοῦντες τῶν Μακεδόνων· Ἰλλυριοὶ δὲ μεγάλας δυνάμεις ἤθροιζον, καὶ στρατεύειν εἰς τὴν Μακεδονίαν παρεσκευάζοντο. Παυσανίας δέ τις τῆς βασιλικῆς συγγενείας κοινωνῶν ἐπεβάλετο διὰ τοῦ Θρᾳκῶν βασιλέως ἐπὶ τὴν Μακεδονικὴν βασιλείαν κατιέναι. ὁμοίως δὲ καὶ Ἀθηναῖοι πρὸς Φίλιππον ἀλλοτρίως ἔχοντες, κατῆγον ἐπὶ τὴν βασιλείαν Ἀργαῖον, καὶ στρατηγὸν ἀπεστάλκεισαν Μαντίαν, ἔχοντα τρισχιλίους μὲν ὁπλίτας, ναυτικὴν δὲ δύναμιν ἀξιόλογον.

Animos Macedonum trepidos

γ΄. Οἱ δὲ Μακεδόνες, διά τε τὴν ἐν τῇ μάχῃ συμ-

1 Καθειστήκεισαν solus Vat. cum Bas. Cett. καθεστήκεισαν.

Philippus frater, e custodia elapsus, regnum male affectum suscipit. In acie enim supra IV Macedonum millia occubuerant. Qui superfuerant, Illyriorum vires tantopere expavescebant, ut ad persequendum bellum nihil animi haberent reliquum. Per id tempus etiam Paeones, Macedonibus finitimi, ex contemtu illorum, agros populabantur. Et Illyrii rursus ingentes contrahebant copias, & novam in Macedones expeditionem moliebantur. Huc accessit, quod Pausanias quidam, a stirpe regia oriundus, Thracum regis auxilio, Macedoniae regnum invadere conabatur. Quin etiam Athenienses, a Philippo alieni, Argaeum in regnum avitum reducebant: iamque ducem suum Mantiam, cum ter mille probe armatis & classe instructissima, ad hoc miserant.

III. Macedones igitur ob cladem in proelio acceptam,

φορὰν καὶ διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἐπιφερομένων κινδύνων, ἐν ἀπορίᾳ τῇ μεγίστῃ καθειστήκεισαν. ἀλλ᾽ ὅμως τηλικούτων φόβων καὶ κινδύνων ἐφεστώτων, ὁ Φίλιππος οὐ κατεπλάγη τὸ μέγεθος τῶν προσδοκωμένων δεινῶν, ἀλλὰ τοὺς Μακεδόνας ἐν συνεχέσιν ἐκκλησίαις συνέχων, καὶ τῇ τοῦ λόγου δεινότητι προτρεπόμενος ἐπὶ τὴν ἀνδρείαν, εὐθαρσεῖς ἐποίησε· τὰς δὲ στρατιωτικὰς τάξεις ἐπὶ τὸ κρεῖττον διορθωσάμενος, καὶ τοὺς ἄνδρας τοῖς πολεμικοῖς ὅπλοις δεόντως κοσμήσας, συνεχεῖς [1] ἐξοπλισίας μὲν καὶ γυμνασίας ἐναγωνίους ἐποιεῖτο. ἐπενόησε δὲ καὶ τὴν τῆς φάλαγγος πυκνότητα καὶ κατασκευὴν, μιμησάμενος τὸν ἐν Τροίᾳ τῶν ἡρώων συνασπισμὸν, καὶ πρῶτος συνεστήσατο τὴν Μακεδονικὴν φάλαγγα. ἐν δὲ ταῖς ὁμιλίαις προσηνὴς ἦν, καὶ διά τε τῶν δωρεῶν καὶ τῶν ἐπαγγελιῶν εἰς τὴν μεγίστην εὔ-

resque afflictas Philippus erigit & firmat cum oratione, tum disciplinae militaris emendatione.

1 Ἐξιππασίας in ora Stephaniana. Ἐξοπλασίας Vatic. Reg. 2. & Basil. qui mox omittit μέν. Vid. ad lib. XV, cap. 79.

& periculorum ingentium molem, in summa animorum perplexitate erant. Verum enimvero licet tantum periculi ac terroris instaret, Philippus tamen malorum, quae impendere videbantur, magnitudine nihil territatus, assiduis Macedones concionibus in officio retinebat, & pro facundia, qua pollebat, ad virilem animorum constantiam exhortando, fiduciam trepidis iniiciebat. Tum disciplinae militaris emendationem aggressus, bellicis viros armis decenter instruxit, assiduasque tractationes armorum, & certaminum exercitationes instituit. Novam quoque condensati agminis structuram excogitavit, usitatam Heroibus ad Troiam clypeorum consertionem imitatus. Primusque adeo phalangis Macedonicae concinnator est. In colloquiis benignus erat ac suavis, munerumque ac promissorum magnificentia vulgus ad summam

Ut Atheniensium studia eluderet, Amphipolin imperio exemit.

νοιαν τὰ πλήθη [1] προσήγετο. πρός τε τὸ πλῆθος τῶν ἐπιφερομένων κινδύνων εὐστόχως ἀντεμηχανᾶτο. θεωρῶν γὰρ τοὺς Ἀθηναίους ὑπὲρ τοῦ τὴν Ἀμφίπολιν ἀνακτήσασθαι τὴν πᾶσαν φιλοτιμίαν εἰσφερομένους, καὶ διὰ τοῦτο κατάγοντας τὸν Ἀργαῖον ἐπὶ τὴν βασιλείαν, ἑκουσίως ἐξεχώρησε τῆς πόλεως, ἀφεὶς αὐτὴν αὐτόνομον.

Paeonum legatos muneribus conciliavit;

πρὸς δὲ Παίονας διαπρεσβευσάμενος, καὶ τοὺς μὲν δωρεαῖς διαφθείρας, τοὺς δ' ἐπαγγελίαις φιλανθρώποις πείσας, κατὰ τὸ παρὸν εἰρήνην ἄγειν πρὸς αὐτοὺς συνέθετο.

Pausaniam, regni aemulum, a proposito depulit;

ὁμοίως δὲ καὶ τὸν Παυσανίαν ἀπέστησε τῆς καθόδου, τὸν κατάγειν μέλλοντα βασιλέα δωρεαῖς πείσας.

Mantiam & Argaeum proelio vicit.

Μαντίας δὲ ὁ τῶν Ἀθηναίων στρατηγὸς καταπλεύσας [2] εἰς Μεθώνην, αὐτὸς μὲν ἐνταῦθα κατέμεινε, τὸν Ἀργαῖον δὲ μετὰ τῶν μισθοφόρων ἐπὶ τὰς Αἰγὰς ἀπέστειλεν. οὗτος δὲ προσελθὼν τῇ πόλει, παρεκάλει τοὺς ἐν ταῖς Αἰγαῖς προσδέξασθαι τὴν κάθοδον, καὶ γενέσθαι τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἀρχηγούς. οὐδενὸς

1 Προήγετο Reg. 1. Vat. 2 Εἰς τὴν Μεθ. idem.

erga se benevolentiam pelliciebat. Quin & contra pericula, quae multifariam imminebant, se veluti machinis quibusdam sagaciter praemunivit. Cum enim Athenienses omni studio in hoc incumbere, ut Amphipolin recuperarent, & Argaeum propterea in regnum ab ipsis reduci, videret; sponte decedens, civitatem suis legibus vivere permisit. Paeonum missa legatione alios muneribus corrupit, alios pollicitationum blandimentis inescavit, pacemque ad praesens tempus cum eis pepigit. Sic & Pausaniam a reditu avertit, rege, qui illum reducturus erat, muneribus persuaso. Interea Mantias, Atheniensis imperator, Methonen appulsus illic substitit, Argaeum vero cum conductitiorum manu Aegas praemisit. Is ad urbem accedens hortator Aegaeis erat, ut reditum suum approbarent, & primos regni vindices se ipsi ex-

δὲ αὐτῷ προσέχοντος, οὗτος μὲν ἀνέκαμπτεν εἰς τὴν Μεθώνην· ὁ δὲ Φίλιππος ἐπιφανεὶς μετὰ στρατιωτῶν καὶ συνάψας μάχην, πολλοὺς μὲν ἀνεῖλε τῶν μισθοφόρων, τοὺς δὲ λοιποὺς εἴς τινα λόφον καταφυγόντας, ὑποσπόνδους ἀφῆκε, λαβὼν παρ' αὐτῶν ἐκδότους τοὺς φυγάδας. Φίλιππος μὲν οὖν ταύτην πρώτην μάχην νικήσας, εὐθαρσεστέρους ἐποίησε τοὺς Μακεδόνας πρὸς τοὺς ἐφεξῆς ἀγῶνας. ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, Θάσιοι [1] μὲν ᾤκισαν τὰς ὀνομαζομένας Κρηνίδας, ἃς ὕστερον ὁ βασιλεὺς ἀφ' ἑαυτοῦ ὀνομάσας Φιλίππους, ἐπλήρωσεν οἰκητόρων. τῶν δὲ συγγραφέων Θεόπομπος ὁ Χῖος, τὴν ἀρχὴν τῶν περὶ Φίλιππον ἱστοριῶν ἐντεῦθεν ποιησάμενος, γέγραφε βίβλους ὀκτὼ πρὸς ταῖς πεντήκοντα, ἐξ ὧν πέντε διαφωνοῦσιν.

Tum Crenides per Thasios coloniis auctae.

Notitia Theopompi Chii.

δ'. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησιν Εὐχαρίστου, Ῥωμαῖοι μὲν κατέστησαν ὑπάτους Κόϊντον Σερουΐλιον καὶ

Olymp. CV, 2.

1 Μὲν ᾤκισαν -- Κρηνίδας Reg. 1. & Baf. optime. Vulgo μὲν ᾤκησαν -- Κρινίδας. In Pleth. Κρηνίδας itidem.

hiberent. Sed nemine assentiente, Methonen retrocessit. Tum Philippus cum instructis militum copiis adventans, conserta pugna, multos de mercenariorum turba cecidit: reliquos, qui ad collem quendam refugerant, post transfugarum deditionem, ex pacto dimisit. Primo igitur hoc proelio victor Philippus, Macedonum suorum animos ad futura deinceps bellorum discrimina fortiter subeunda valde confirmavit. Thasii Crenidas (ut olim nominabantur) habitatoribus frequentant: quas rex postea de se Philippos nuncupatas, incolis replevit. Hinc Theopompus Chius, scriptorum unus, narrationum suarum de Philippo initium faciens, LVIII volumina contexuit: de V tamen inter haec discrepatur.

IV. Archon dehinc Athenis Eucharistus, Romae Q.

Pace cum Athenienfibus facta, Philippus Paeones bello fubegit.

[1] Λεύκιον Γενούκιον. ἐπὶ δὲ τούτων ὁ Φίλιππος πρέσβεις ἐκπέμψας εἰς Ἀθήνας, ἔπεισε τὸν δῆμον εἰρήνην πρὸς αὐτὸν συνθέσθαι, διὰ τὸ μηδὲν ἔτι προσποιεῖσθαι τὴν Ἀμφίπολιν. ἀπολυθεὶς δὲ τοῦ πρὸς Ἀθηναίους πολέμου, καὶ πυνθανόμενος τὸν βασιλέα τῶν Παιόνων Ἄγιν τετελευτηκέναι, ὑπέλαβε καιρὸν ἔχειν ἐπιθέσθαι τοῖς Παίοσι. στρατεύσας οὖν εἰς τὴν Παιονίαν, καὶ παρατάξει τοὺς Βαρβάρους νικήσας, ἠνάγκασε τὸ ἔθνος πειθαρχεῖν τοῖς Μακεδόσιν. ὑπολειπομένων δὲ πολεμίων τῶν Ἰλλυριῶν, ἐφιλοτιμεῖτο καὶ τούτους καταπολεμῆσαι. εὐθὺς οὖν συναγαγὼν ἐκκλησίαν, καὶ τοὺς στρατιώτας οἰκείοις λόγοις προτρεψάμενος εἰς τὸν πόλεμον, ἐστράτευσεν εἰς [2] τὴν τῶν Ἰλλυριῶν χώραν, πεζοὺς μὲν ἔχων οὐκ ἐλάττους μυρίων, ἱππεῖς δὲ ἑξακοσίους. [3] Βάρδυλις δ' ὁ τῶν Ἰλλυριῶν βασιλεὺς, πυθόμενος τὴν παρουσίαν τῶν πολεμίων, τὸ μὲν πρῶτον πρέσβεις ἀπέστει-

Iam Illyrios etiam adortus,

1 Λεύκιον Stephan. margo. Edd. Κόϊντον.

2 Τῶν Ἰλλ. τὴν χώραν Reg. 1.

3 Βάρδυλλις Bafil. femper.

Servilius & L. Genucius Confules erant: cum Philippus, miffis Athenas legatis, ad pacem fecum ineundum populum hoc ipfo permovit, quod nihil fibi iuris in Amphipolin vindicabat. Bello itaque Athenienfium liberatus, cum Agim Paeonum regem fato conceffiffe audiret, commodam fibi Paeones invadendi occafionem praebitam exiftimavit. Armata igitur manu terram illorum ingreffus, Barbaros acie vicit, gentemque deinceps parere Macedonibus coëgit. Reftabant tamen hoftes Illyrii, quos debellandi magno tenebatur ftudio. Advocata igitur concione, cum appofita militem oratione ad bellum inftigaffet, copias in Illyriorum fines duxit, non minus CCIↃↃ pedites, & IↃC equites fub vexillis habens. Bardylis autem, rex Illyriorum, hoftium adventu cognito, primum legatos ad Philippum de pace redintegranda mi-

λε περὶ διαλύσεως, ἐφ' ὅτῳ κυρίους ἀμφοτέρους εἶναι τῶν τότε κυριευομένων πόλεων. τοῦ δὲ Φιλίππου φήσαντος ἐπιθυμεῖν μὲν τῆς εἰρήνης, μὴ μέντοι γε ταύτην συγχωρήσειν, ἐὰν μὴ τῶν Μακεδονικῶν πόλεων ἁπασῶν ἐκχωρήσωσιν [1] οἱ Ἰλλυριοὶ, οἱ μὲν πρέσβεις ἐπανῆλθον ἄπρακτοι, ὁ δὲ Βάρδυλις, πιστεύων ταῖς τε προγεγενημέναις νίκαις καὶ ταῖς τῶν Ἰλλυριῶν ἀνδραγαθίαις, ἀπήντα τοῖς πολεμίοις μετὰ [2] τῆς δυνάμεως· εἶχε δὲ πεζοὺς μὲν μυρίους ἐπιλέκτους, ἱππεῖς δὲ εἰς πεντακοσίους. ὡς δ' ἤγγιζον ἀλλήλοις τὰ στρατεύματα, καὶ μετὰ βοῆς πολλῆς συνέῤῥαξαν εἰς τὴν μάχην, ὁ μὲν Φίλιππος, ἔχων τὸ δεξιὸν κέρας καὶ τοὺς ἀρίστους Μακεδόνων συναγωνιζομένους, τοῖς μὲν ἱππεῦσι παρήγγειλε παριππεῦσαι, καὶ πλαγίοις ἐμβαλεῖν τοῖς Βαρβάροις· αὐτὸς δὲ κατὰ στόμα τοῖς πολεμίοις ἐπιπεσὼν, καρτερὰν συνεστήσατο μάχην. οἱ δ' Ἰλλυριοὶ, συντάξαντες ἑαυτοὺς εἰς πλινθίον, ἐῤῥωμένως συνεστήσαντο

1 Articulus deſit in Reg. 2. 2 Non legitur in Baſ. ed.

ſit, his pactis, ut quae tunc in poteſtate oppida haberent, uterque ſub ditione retinerent. Ad quod Philippus, ſe pacis quidem cupidum eſſe, ſed eam non prius admiſſurum, quam cunctis Macedonici regni urbibus deceſſerint Illyrii, reſpondit. Legatis itaque infecto negotio reverſis, Bardylis, victoriis ante partis, ſuorumque virtute confiſus, valida cum manu hoſtibus occurrit, decem millia peditum exquiſitae virtutis & 1ↄ equites in armis habens. Cumque proximi eſſent inter ſe exercitus, ſubito ingenti cum vociferatu proelium capeſſitur. In dextro cornu Philippus cum robore Macedonum eximio verſans, circumagi iuſſit equites, ut ex obliquo in hoſtes impreſſionem facerent: ipſe a fronte irruens, certamen validiſſimum commiſit. Illyrii contra ad formam laterculi aciem inſtruunt, & fortiter in diſcrimen pu-

τὸν κίνδυνον· καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐπὶ πολὺν χρόνον ἦν ἰσόῤῥοπος ἡ μάχη, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς παρ' ἀμφοτέροις ἀνδραγαθίας· καὶ πολλῶν μὲν ἀναιρουμένων, ἔτι δὲ πλειόνων τιτρωσκομένων, ὁ κίνδυνος δεῦρο κἀκεῖσε τὰς ῥοπὰς ἐλάμβανε, ταλαντευόμενος ἀεὶ ταῖς τῶν ἀγωνιζομένων ἀρεταῖς· μετὰ δὲ ταῦτα τῶν ἱππέων ἐκ πλαγίου καὶ κατὰ νώτου βιαζομένων, τοῦ δὲ Φιλίππου μετὰ τῶν ἀρίστων ἡρωϊκῶς ἀγωνισαμένου, συνηναγκάσθη τὸ πλῆθος τῶν Ἰλλυριῶν πρὸς φυγὴν ὁρμῆσαι. γενομένης δὲ τῆς διώξεως ἐπὶ πολὺν τόπον, καὶ πολλῶν κατὰ τὴν φυγὴν ἀναιρεθέντων, ὁ μὲν Φίλιππος ἀνακαλεσάμενος τῇ σάλπιγγι τοὺς Μακεδόνας, καὶ στήσας τρόπαιον, ἔθαψε τῶν ἰδίων τοὺς τετελευτηκότας. οἱ δ' Ἰλλυριοὶ διαπρεσβευσάμενοι, καὶ τῶν Μακεδονικῶν πόλεων πασῶν ἐκχωρήσαντες, ἔτυχον τῆς εἰρήνης· ἀνῃρέθησαν δὲ τῶν Ἰλλυριῶν ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ πλείους τῶν ἑπτακισχιλίων.

recuperatis cunctis Macedoniae urbibus, cum rege Bardyli pacem fecit.

gnae cum hoste descendunt. Diuque anceps, propter eximiam utriusque exercitus fortitudinem, erat proelium. Cadebant multi, longeque plures vulnerabantur. Et modo huc, modo illuc, momentum pugnae vergebat, prout vicissim a dimicantium virtute pondus accepit. Tandem cum equitatus tum a latere, tum a tergo premeret, & Philippus cum fortissimis suorum heroice decertaret, vulgus Illyriorum in fugam se praecipitare cogitur. Ad longum inde spatium Macedones insequuntur. Plurimisque in fuga trucidatis, Philippus tandem suis receptui signum dedit, excitatoque tropaeo, defunctos in acie sepultura cohonestavit. Tum Illyrii, missa legatione, ubi cunctis Macedonici nominis urbibus excessere, pacem impetrarunt, cum plus ↀ CIↃ CIↃ isto in conflictu de ipsis occubuissent.

ε'. Ἡμεῖς δ' ἐπεὶ τὰ κατὰ τὴν Μακεδονικὴν καὶ τὴν Ἰλλυρίδα διήλθομεν, μεταβησόμεθα πρὸς τὰς ἑτερογενεῖς πράξεις. κατὰ γὰρ τὴν Σικελίαν Διονύσιος ὁ τῶν [1] Συρακουσίων τύραννος ὁ νεώτερος, παρειληφὼς μὲν τὴν δυναστείαν ἐν τοῖς ἀνωτέρω καιροῖς, ἄπρακτος [2] δὲ ὢν, καὶ πολὺ τοῦ πατρὸς καταδεέστερος, προσεποιεῖτο διὰ τὴν ἀπραγίαν εἰρηνικὸς εἶναι, καὶ πρᾶος τὸν τρόπον. διόπερ πρὸς Καρχηδονίους διαδεδεγμένος τὸν πόλεμον, πρός τε τούτους εἰρήνην συνέθετο· καὶ πρὸς Λευκανοὺς ὁμοίως διαπολεμήσας ἀργῶς ἐπί τινα χρόνον, καὶ ταῖς τελευταίαις μάχαις ἐπὶ τοῦ προτερήματος γενόμενος, ἀσμένως πρὸς αὐτοὺς κατελύσατο τὸν πόλεμον. κατὰ δὲ τὴν Ἀπουλίαν δύο πόλεις ἔκτισε, βουλόμενος ἀσφαλῆ τοῖς πλέουσι τὸν [3] Ἰόνιον πόρον ποιῆσαι. οἱ γὰρ τὴν παραθαλαττίαν οἰκοῦντες Βάρβαροι, λῃστρίσι πολλαῖς πλέοντες, ἄπλουν τοῖς ἐμπόροις παρασκευάζον πᾶσαν

In Sicilia Dionyſius iunior regnum, a patre acceptum, deſidia & inertia diſperdit.

1 Συρακοσίων Baſil. ſed ſibi non conſtans.

2 Δ' ὢν Baſil.

3 Ἰώνιον idem, ſed prave.

V. Nos, poſtquam per Macedoniam & Illyridem geſta recenſuimus, ad aliarum res gentium nunc tranſitum faciemus. In Sicilia Dionyſius iunior, Syracuſanorum tyrannus, qui regnum pridem acceperat, cum ineptus ad res gerendas, & patre ſuo longe inferior eſſet, animi pacifici, morumque lenitatis praetextu, ignaviam diſſimulabat. Ideo licet hereditarium veluti bellum cum Carthaginienſibus accepiſſet, pacem tamen cum illis fecit. Cum Lucanis etiam negligenter aliquamdiu bellum geſſit: ac quamquam poſtremis aliquot pugnis ſuperior abierat, belli tamen finiendi conditiones percupide amplexus fuit. In Apulia duas condidit urbes, quo tutum per Ionium navigantibus tranſitum praeſtaret. Nam Barbari maris accolae, magno navium praedatoriarum numero divagantes, ſinum Adriaticum mercatoribus infe-

τὴν περὶ τὸν Ἀδρίαν θάλατταν. μετὰ δὲ ταῦτα δοὺς ἑαυτὸν εἰς βίον εἰρηνικὸν, ἐξέλυσε μὲν τῶν στρατιωτῶν τὰς ἐν τοῖς πολέμοις γυμνασίας· μεγίστην δὲ τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην [1] δυναστειῶν παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν, καὶ τὴν ὑπὸ τοῦ πατρὸς λεγομένην ἀδάμαντι δεδέσθαι τυραννίδα, διὰ τὴν ἰδίαν ἀνανδρίαν παραδόξως ἀπέβαλε. τὰς δὲ αἰτίας τῆς καταλύσεως καὶ τὰς κατὰ μέρος πράξεις ἀναγράφειν πειρασόμεθα.

Olymp. CV, 3.

Dion, Hipparini filius, Dionysii superioris secundae uxoris frater,

στʹ. Ἐπ' ἄρχοντος γὰρ Ἀθήνησι Κηφισοδότου, Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Γάϊον Λικίννιον καὶ Γάϊον Σουλπίκιον. ἐπὶ δὲ τούτων Δίων [2] ὁ Ἱππαρίνου, Συρακουσίων ὑπάρχων ἐπιφανέστατος, ἔφυγεν ἐκ τῆς Σικελίας, καὶ διὰ τὴν λαμπρότητα τῆς ψυχῆς ἠλευθέρωσε Συρακουσίους καὶ τοὺς ἄλλους Σικελιώτας, διὰ τοιαύτας τινὰς αἰτίας· ὁ πρεσβύτερος Διονύσιος ἐκ [3] δυεῖν γυναικῶν ἦν πεπαιδοποιημένος, ἐκ μὲν τῆς πρώτης Λο-

1 Δυναστείαν Vat. Baf. Reg. 2. Sed iuftum eft vulgatum. Vid. c. 1.

2 Articulus deſit in Baſil.

3 Δυοῖν Reg. 1. Baſil.

ſtum reddebant. Poſt haec vitae pacatiori ſe dedens, exercitationes militum bellicas exoleſcere permiſit. Quare tametſi maximum in Europa imperium, tyrannidemque adamante, ut pater iactabat, revinctam, adeptus fuerat; effeminata tamen inertia de improviſo illud perdidit. Quem vero ad modum everſus ſit, & quae ſingulatim egerit, ut iam recenſeatur, dabimus operam.

VI. Iam Archontis magiſtratum Athenis Cephiſodotus, & Romae conſulare imperium C. Licinius & C. Sulpicius tenebant, cum Dion Hipparini filius, inter Syracuſanos clariſſimus, e Sicilia profugit, & animi ſui praeſtantia illuſtri, cum Syracuſanos, tum alios quoque Siculos in libertatem vindicavit. Quod his de cauſis accidit. Dionyſius ſenior ex utraque uxore prolem ſuſceperat: ex prima, quae Locrenſis erat natione, Diony-

κρίδος οὔσης τὸ γένος, Διονύσιον τὸν διαδεξάμενον τὴν τυραννίδα, ἐκ δὲ τῆς δευτέρας, Ἱππαρίνου θυγατρὸς οὔσης, εὐδοκιμωτάτου Συρακουσίων, δύο παῖδας, Ἱππαρῖνον καὶ Νάρσαιον. ἐτύγχανε δὲ τῆς δευτέρας γυναικὸς ἀδελφὸς ὢν Δίων, ἀνὴρ ἐν φιλοσοφίᾳ μεγάλην ἔχων προκοπὴν, καὶ κατ' ἀνδρείαν καὶ στρατηγίαν πολὺ προέχων τῶν κατ' αὐτὸν Συρακουσίων. οὗτος δὲ διὰ τὴν εὐγένειαν καὶ τὴν λαμπρότητα τῆς ψυχῆς εἰς ὑποψίαν ἦλθε τῷ τυράννῳ, δόξας ἀξιόχρεως εἶναι καταλῦσαι τὴν τυραννίδα. φοβούμενος οὖν αὐτὸν ὁ Διονύσιος, ἔκρινεν ἐκποδὼν ποιήσασθαι τὸν ἄνδρα, συλλαβὼν ἐπὶ θανάτῳ. ὁ δὲ Δίων αἰσθόμενος, τὸ μὲν πρῶτον ἐκρύφθη παρά τισι τῶν φίλων, μετὰ δὲ ταῦτα ἔφυγεν ἐκ τῆς Σικελίας εἰς Πελοπόννησον, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ τὸν ἀδελφὸν Μεγακλῆν, καὶ Χαρικλείδην τὸν ἐπὶ τῶν στρατιωτῶν [1] τεταγμένον ὑπὸ τοῦ τυράννου. καταπλεύσας δ' εἰς τὴν Κόρινθον, τοὺς μὲν Κορινθίους ἠξίου συνε-

ob multiplices virtutes tyranno invisus & neci destinatus,

in Peloponnesum aufugit, & Corinthi naves militesque comparat,

1 Ἐπιτεταγμένον ora Steph. Basil.

sium, in regno successorem; ex altera Hipparini, qui in summa existimatione erat apud Syracusanos, filia duos, Hipparinum & Narsaeum procrearat. Huius secundae uxoris frater erat Dion, vir magni in philosophia progressus, virtute insuper & rei militaris scientia cunctis suae aetatis Syracusanis longe praestans. Hunc sua nobilitas, animique magnitudo insignis, tyranno suspectum reddiderant, quippe qui ad tyrannidem destruendam peridoneus videretur. Metuens ergo sibi ab illo Dionysius, virum ad necem raptum e medio facessere decrevit. Id praesentiens Dion, apud necessarios quosdam initio delitescit. Postea ex Sicilia in Peloponnesum fugam capessit, Megacle germano, & Chariclide, qui militum tyranni praefectum egerat, comitatus. Ubi Corinthum pervenit, a civitate contendit, uti curam libertatis Syracusiis re-

πιλαβέσθαι τῆς ἐλευθερίας τῶν Συρακουσίων· αὐτὸς δὲ μισθοφόρους συνῆγε, καὶ πανοπλίας συνήθροιζε. ταχὺ δὲ πολλῶν ὑπακουόντων, [1] πανοπλίας τε παρεσκευάσατο καὶ μισθοφόρους συχνοὺς, καὶ φορτηγοὺς δύο ναῦς μισθωσάμενος, τά τε ὅπλα καὶ τοὺς μισθοφόρους ἐνθέμενος, αὐτὸς μὲν ταύτας τὰς φορτίδας ἔχων ἐξέπλευσεν ἐκ Ζακύνθου τῆς πρὸς Κεφαλληνίαν, εἰς τὴν Σικελίαν· [2] Χαρικλείδην δὲ ἀπέλιπε τριήρεις τινὰς καὶ ἑτέρας φορτηγοὺς ἄξοντα κατόπιν εἰς τὰς Συρακούσας.

ad liberandam patriam in Siciliam transmissos.

ζ'. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, Ἀνδρόμαχος ὁ Ταυρομενίτης, Τιμαίου μὲν τοῦ τὰς ἱστορίας συγγράψαντος πατὴρ ὤν, πλούτῳ δὲ καὶ ψυχῆς λαμπρότητι διαφέρων, ἤθροισε τοὺς ἐκ τῆς Νάξου τῆς κατασκαφείσης ὑπὸ Διονυσίου περιλειφθέντας. [3] οἰκίσας δὲ τὸν ὑπὲρ τῆς Νάξου λόφον, τὸν ὀνομαζόμενον Ταῦρον, καὶ μεί-

Res coaevae commemorantur: Tauromenium in Naxo inf. condita;

1 Πανοπλίαις Vat. Tum παρασκευάζετο Reg. 1. Baf. Mox φροντίδας loco φορτίδας Reg. 1.
2 Χαρικλείδη δὲ ἀπέλιπεν Reg. 1. ultimum habet Stephaniana margo, prius Vatic. & ἔπεμπε. Vulgo ἀπέπεμπε.
3 Οἰκήσας edd.

ſtituendae una ſecum capeſſant. Illico mercenariorum ipſe manum contrahit, & armis conquirendis ſtudium impendit. Dumque multi ad voluntatem eius ſeſe applicant, confeſtim panoplias comparat, validamque aere militantium manum cogit. Duobus exinde navibus onerariis, mercede conductis, arma & milites imponit. Atque his tantum inſtructis e Zacyntho, quae Cephalleniae adiacet, in Siciliam tranſmittit. Charicliden vero, triremes aliquot aliaſque onerarias paullo poſt adducturum, reliquerat.

VII. Dum haec geruntur, Andromachus Tauromenienſis, Timaei hiſtorici parens, vir opibus & claritate animi excellens, quidquid exſulum Naxi, quam Dionyſius exſciderat, reliquum erat, hinc inde congregavit, & collem, qui Naxo Tauri nomine imminet, habitan-

νας κατ᾽ αὐτὸν πλείω χρόνον, ἀπὸ τῆς ἐπὶ τοῦ Ταύρου μονῆς ὠνόμασε Ταυρομένειον. ταχὺ δὲ τῆς πόλεως ἐπίδοσιν [1] λαμβανούσης, οἱ μὲν οἰκήτορες μεγάλους περιεποιήσαντο πλούτους, ἡ δὲ πόλις, ἀξιόλογον ἀξίωμα περιποιησαμένη, τὸ τελευταῖον ἐν τῷ καθ᾽ ἡμᾶς βίῳ Καίσαρος ἀναστήσαντος τοὺς Ταυρομενίτας ἐκ τῆς πατρίδος, Ῥωμαίων ἀποικίαν ἐδέξατο. ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, οἱ τὴν Εὔβοιαν κατοικοῦντες ἐστασίασαν πρὸς ἀλλήλους, καὶ τῶν μὲν τοὺς Βοιωτοὺς, τῶν δὲ τοὺς Ἀθηναίους ἐπικαλεσαμένων, συνέστη πόλεμος κατὰ τὴν Εὔβοιαν. γενομένων δὲ πλειόνων συμπλοκῶν καὶ ἀκροβολισμῶν, ὅτε μὲν οἱ Θηβαῖοι [2] ἐπροτέρουν, ὅτε δὲ οἱ Ἀθηναῖοι τὴν νίκην ἀπεφέροντο. μεγάλη μὲν οὖν παράταξις οὐδεμία συνετελέσθη· τῆς δὲ νήσου διὰ τὸν ἐμφύλιον πόλεμον καταφθαρείσης, καὶ πολλῶν ἀνθρώπων παρ᾽ ἀμφοτέρων διαφθαρέντων, μόγις ταῖς συμ-

in Euboea seditio orta, & a duabus factionibus Thebani & Athenienses advocati;

1 Λαβούσης ora Steph.
2 Ἐπροτέρουν Basil. quod praestat. Vulgo προετέρουν, ut passim supra.

dum illis dedit. Et quia ad longum temporis spatium illic substiterat, a mansione hac in Tauro Tauromenium nuncupavit. Cumque subitis hoc oppidum incrementis bearetur, factum est, ut & incolae magnas opes, & urbs dignitatem amplissimam sibi compararet. Nostra tandem aetate, translatis per Caesarem e patria Tauromenitis, Romanorum coloniam accepit. Interea qui Euboeam incolunt, excitatis inter se dissidiis, alii Boeotorum, alii Atheniensium subsidium implorant; bellumque per Euboeam exoritur. Etsi autem conflictus leviores ac velitationes crebro inter ipsos exsistebant, ac modo Thebani superiores erant, modo Athenienses victoriam referebant; magno tamen proelio nunquam dimicatum fuit. Tandem insula per hoc bellum intestinum vastata, multaque hominum caede ultro citroque peracta, vix cladibus prudentiores facti,

φοραῖς νουθετηθέντες, εἰς ὁμόνοιαν ἦλθον, καὶ τὴν εἰρήνην συνέθεντο πρὸς ἀλλήλους. οἱ μὲν οὖν Βοιωτοὶ τὴν εἰς οἶκον ἐπάνοδον ποιησάμενοι, τὴν ἡσυχίαν ἦγον. οἱ δ' Ἀθηναῖοι, Χίων καὶ Ῥοδίων καὶ Κώων, ἔτι δὲ Βυζαντίων [1] ἀποστάντων, ἐνέπεσον εἰς πόλεμον τὸν ὀνομασθέντα συμμαχικὸν, ὃς διέμεινεν ἔτη τρία. ἑλόμενοι δὲ στρατηγοὺς Χάρητα καὶ Χαβρίαν, ἀπέστειλαν μετὰ δυνάμεως. οὗτοι δὲ πλεύσαντες ἐπὶ τὴν Χίον, κατέλαβον παραγεγονότας συμμάχους τοῖς Χίοις παρὰ Βυζαντίων καὶ Ῥοδίων καὶ Κώων, ἔτι δὲ Μαυσώλου τοῦ Καρῶν δυνάστου. ἐκτάξαντες δὲ τὴν δύναμιν, ἐπολιόρκουν τὴν πόλιν κατὰ γῆν ἅμα καὶ κατὰ θάλατταν. ὁ μὲν οὖν Χάρης τοῦ πεζοῦ στρατεύματος ἡγούμενος, κατὰ γῆν [2] προσῄει τοῖς τείχεσι, καὶ πρὸς τοὺς τῆς πόλεως ἐκχυθέντας ἐπ' [3] αὐτὸν διηγωνίζετο· ὁ δὲ Χαβρίας, προσπλεύσας τῷ λιμένι, ναυμαχίαν καρτερὰν συνεστήσατο, καὶ τῆς νεὼς τοῖς ἐμβόλοις ἀναῤῥαγείσης,

bellum sociale, ab Atheniensibus in socios rebelles gestum.

1 Ἀπωστάντων Basil. prave.
2 Προσήκει Vat.
3 Αὐτοὺς Reg. 1.

concordia instaurata, pacem inter se constituere. Boeoti igitur, domum reversi, arma deposuerunt. Athenienses vero, cum Chii, Rhodii, Coi, & Byzantini defecissent, in bellum, quod sociale vocatur, & triennium duravit, inciderunt. Ad quod Charetem & Chabriam, imperatores delectos, cum exercitu mittunt. Hi adversus Chium profecti, sociorum auxilia, a Byzantiis, Rhodiis, Cois, & Mausolo, Carum regulo, Chiis suppeditata, offendunt. Tum distributis ordine copiis, urbem terra marique oppugnant. Et Chares, pedestris exercitus ductor, a terra muros invadit, cumque oppidanis, qui eruptiones facerent, certamen gerit. At Chabrias, ad portum evectus, proelium navale acriter committit: sed nave praetoria rostrorum impetu perfracta, succumbit. Ibi qui in

κατεπονεῖτο. οἱ μὲν οὖν ἐπὶ τῶν ἄλλων νεῶν, εἴξαντες τῷ καιρῷ διεσώθησαν· ὁ δ' ἀντὶ τῆς ἥττης ἀλλαξάμενος τὸν εὐκλεᾶ θάνατον, ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ τῆς νεὼς καὶ τρωθεὶς ἐτελεύτησε.

η'. Περὶ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς Φίλιππος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς μεγάλῃ παρατάξει νενικηκὼς [1] τοὺς Ἰλλυριοὺς, καὶ πάντας τοὺς μέχρι τῆς Λυχνίτιδος καλουμένης λίμνης κατοικοῦντας ὑπηκόους πεποιημένος, ἀνέκαμψεν εἰς τὴν Μακεδονίαν, συντεθειμένος ἔνδοξον εἰρήνην πρὸς τοὺς Ἰλλυρίους, περιβόητός [2] τε ὑπάρχων παρὰ τοῖς Μακεδόσιν ἐπὶ τοῖς δι' ἀνδρείαν κατωρθωμένοις. μετὰ δὲ ταῦτα τῶν τὴν Ἀμφίπολιν οἰκούντων ἀλλοτρίως πρὸς αὐτὸν διατεθέντων, καὶ πολλὰς ἀφορμὰς δόντων εἰς πόλεμον, ἐστράτευσεν ἐπ' αὐτοὺς ἀξιολόγῳ δυνάμει. προσαγαγὼν δὲ τοῖς τείχεσι μηχανὰς, καὶ πολιορκίας ἐνεργοὺς καὶ συνεχεῖς ποιησάμενος, κατέβαλε μὲν τοῖς κριοῖς μέρος τι τοῦ τεί-

Philippus, devictis Illyriis, Amphipolitanos subegit;

1 Absunt haec duo. 2 Desit in Reg. 2. & Bas.

ceteris erant navibus, tempori cedendum rati, incolumes evadunt. Dux vero, gloriosam mortem ignominiosa deditione commutans, dum pro navi propugnat, vulnere accepto, cadit.

VIII. Per idem tempus Macedonum rex Philippus, postquam, Illyriis magno proelio devictis, omnes ad Lychnitidem usque paludem habitantes imperio subdiderat, pacem cum illis gloriosam pactus, in Macedoniam regreditur: & quia res prope collapsas virtute sua erexerat, celebre inter Macedones nomen eius habebatur. Post hoc cum Amphipolitani inimicis erga Philippum animis multas belli causas praeberent, validis eos copiis invadit, admotisque ad moenia machinis, acriter & assidue oppugnationem urgens, arietum vibratu muri par-

χους, παρεισελθὼν δ' εἰς τὴν πόλιν διὰ τοῦ πτώματος, καὶ τῶν ἀντιστάντων πολλοὺς καταβαλὼν, ἐκυρίευσε τῆς πόλεως· καὶ τοὺς μὲν ἀλλοτρίως πρὸς αὐτὸν διακειμένους ἐφυγάδευσε, τοῖς δ' ἄλλοις φιλανθρώπως προσηνέχθη. ἡ δὲ πόλις αὕτη κειμένη κατὰ τῆς Θρᾴκης καὶ τῶν σύνεγγυς τόπων εὐφυῶς, πολλὰ συνεβάλετο τῷ Φιλίππῳ πρὸς αὔξησιν. [1] εὐθὺς γὰρ τὴν μὲν Πύδναν ἐχειρώσατο, πρὸς δὲ Ὀλυνθίους συμμαχίαν ἔθετο, καὶ Ποτίδαιαν ὡμολόγησε περιποιήσειν αὐτοῖς, ὑπὲρ ἧς Ὀλύνθιοι πολλὴν σπουδὴν ἔσχον κυριεῦσαι τῆς πόλεως. τῶν δ' Ὀλυνθίων βαρεῖαν πόλιν οἰκούντων, καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν ταύτην ἐνοικούντων πολλὴν ἐχόντων ῥοπὴν εἰς τὸν πόλεμον, περιμάχητος ἦν ἡ πόλις [2] ἡγεμονίας μείζονος ὀρεγομένοις. διόπερ οἵ τε Ἀθηναῖοι καὶ ὁ Φίλιππος διεφιλοτιμοῦντο πρὸς ἀλλήλους περὶ τῆς τῶν Ὀλυνθίων συμμαχίας. οὐ μὴν ἀλλ' ὁ Φίλιππος Ποτίδαιαν ἐκπολιορκήσας, τὴν μὲν τῶν Ἀθη-

mox Pydnam etiam & Potidaeam.

1 Εὐθὺ iidem, errore tritiſſimo. 2 Τοῖς ἡγεμ. Baſil.

tem deiicit, perque ruinas irrumpens, multis obſiſtentium proſtratis, urbe potitur, & ſtatim multatis exſilio inimicis, humaniſſimum ceteris ſeſe exhibet. Urbs haec, cum opportunum in Thraciam vicinoſque locos ſitum haberet, permultum ad incrementa Philippo adiecit. Nam ſubito Pydnam quoque ſubegit. Sed cum Olynthiis ſocietatem iniit, ſe Potidaeam illis ſubiuncturum pollicitus, cuius adipiſcendae magno pridem ſtudio tenebantur. Quia vero Olynthiorum urbs opibus & potentia pollebat, & propter civium multitudinem plurimum momenti ad bellum habebat, factum eſt, ut, qui dominationis amplioris cupidi erant, de illa diſceptarent. Quapropter Athenienſes & Philippus, ut ſocietatis foedere ſibi eam adiungerent, magno ſtudio utrinque contendebant. Sed enimvero Philippus, expugnata Potidaea, Athe-

ναίων φρουρὰν ἐξήγαγεν ἐκ τῆς πόλεως, καὶ φιλανθρώπως αὐτῇ προσενεγκάμενος, ἐξαπέστειλεν εἰς τὰς Ἀθήνας. σφόδρα γὰρ εὐλαβεῖτο τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων, διὰ τὸ βάρος καὶ τὸ ἀξίωμα τῆς πόλεως. τὴν δὲ Πύδναν ἐξανδραποδισάμενος παρέδωκε τοῖς Ὀλυνθίοις, δωρησάμενος ἅμα καὶ τὰς κατὰ τὴν χώραν κτήσεις. μετὰ δὲ ταῦτα παρελθὼν ἐπὶ πόλιν Κρηνίδας, ταύτην μὲν ἐπαυξήσας οἰκητόρων πλήθει, μετωνόμασε Φιλίππους, ἀφ᾽ ἑαυτοῦ προσαγορεύσας. τὰ δὲ κατὰ τὴν χώραν [1] χρύσεια μέταλλα, παντελῶς ὄντα λιτὰ καὶ ἄδοξα ταῖς κατασκευαῖς, ἐπὶ τοσοῦτον ηὔξησεν, ὥστε δύνασθαι φέρειν αὐτῷ πρόσοδον πλεῖον ἢ ταλάντων χιλίων. ἐκ δὲ τούτων ταχὺ σωρεύσας πλοῦτον, ἀεὶ μᾶλλον διὰ τὴν εὐπορίαν τῶν χρημάτων εἰς ὑπεροχὴν μεγάλην ἤγαγε τὴν Μακεδονικὴν βασιλείαν· νόμισμα γὰρ [2] χρυσοῦν κόψας, [3] τὸ προσαγορευθὲν ἀπ᾽ ἐκείνου [4] Φιλίππειον, μισθοφόρων τε δύναμιν ἀξιόλογον συνε-

Crenidas e nomine suo Philippos appellat, ibique aurifodinas excolit,

unde ingentes opes ad ipsum redeunt.

1 Χρύσεα ora Steph.
2 Χρυσοῦ Vat. Basil.
3 Notam defectus habet a Steph.
4 Φιλίππιον Reg. 2.

niense praesidium ex urbe deduxit, & clementer tractatum Athenas remisit. Non parum enim populum Atheniensem reverebatur, quod potentia & dignitate civitas illa praestabat, Pydnamque servitio mancipatam Olynthiis tradebat, agros simul & fundos territorii ipsis donans. Hinc ad Crenidas profectus, urbem habitatorum frequentia amplificatam, de nomine suo Philippos nuncupavit. Quin & aurifodinas, quae per regionem illam erant, perquam tenues & obscuras hactenus, operum structuris eo provexit, ut plusquam CIƆ talentûm reditum afferre possent. Unde coacervatis brevi divitiis, ad luculentiorem subinde maiestatem regnum Macedoniae hac opum abundantia promovit. Aureum enim nummum, Philippicum ab eo dictum, cudit, & validas mercede mi-

στήσατο, καὶ τῶν Ἑλλήνων πολλοὺς διὰ [1] τούτου προετρέψατο προδότας γενέσθαι τῶν πατρίδων. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων αἱ κατὰ μέρος πράξεις ἕκαστα δηλώσουσιν. ἡμεῖς δὲ ἐπὶ τὰς συνεχεῖς πράξεις [2] μεταβιβάσομεν τὸν λόγον.

Olymp. CV, 4.

Bellum Dionis in Dionysium, Siciliae tyrannum.

θ'. Ἐπ' ἄρχοντος γὰρ Ἀθήνησιν Ἀγαθοκλέους, Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Μάρκον Φάβιον καὶ Γάϊον [3] Ποιτήλιον. ἐπὶ δὲ τούτων Δίων ὁ Ἱππαρίνου κατέπλευσεν εἰς τὴν Σικελίαν, καταλύσων τὴν Διονυσίου τυραννίδα. ἐλαχίσταις δὲ τῶν πρὸ αὐτοῦ πάντων χρησάμενος ἀφορμαῖς, μεγίστην δυναστείαν τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην κατέλυσεν ἀνελπίστως. τίς γὰρ ἂν πιστεύσειεν ὅτι δυσὶ φορτηγοῖς ναυσὶ καταπλεύσας, περιεγένετο δυνάστου, ναῦς μὲν μακρὰς ἔχοντος τετρακοσίας, [4] στρατιώτας δὲ πεζοὺς μὲν εἰς δέκα μυριάδας, ἱππεῖς δὲ μυρίους· ὅπλων δὲ καὶ σίτου καὶ χρη-

1 Τούτων Vat. Basil. Reg. 2. & in marg. Steph.

2 Μεταβιβάσωμεν Reg. 2. Basil.

3 Πετίλιον sola Steph. ora cum Cospo. Edd. Πόπλιον.

4 Πεζοὺς δὲ στρατ. Reg. 1. Basil.

litantium copias contraxit, multosque Graecorum ad patriae suae proditionem muneribus illexit. Quae singula particularis hinc rerum series planiora faciet. Nunc ad subsequentia stilum transferemus.

IX. Iam Athenis reipublicae princeps erat Agathocles, Romaeque consulatum administrabant M. Fabius & C. Poetelius, cum Dion Hipparini in Siciliam ad opprimendum Dionysii tyrannidem traiecit. Exiguis vero adiumentis, ut nemo quisquam ante ipsum, instructus, maximum totius Europae dominatum praeter omnium spem evertit. Quis enim credidisset, eum, qui cum duabus tantum onerariis appulerat, superiorem futurum dynasta, qui longis navibus CCCC, peditum millibus centum, & X millibus equitum, armorum praeterea frumenti-

μάτων τοσαύτην παρασκευὴν, ὅσην εἰκὸς [1] ἦν κεκτῆσθαι τὸν μέλλοντα χορηγήσειν δαψιλῶς ταῖς προειρημέναις δυνάμεσι· χωρὶς δὲ τῶν εἰρημένων, πόλιν μὲν ἔχοντα μεγίστην τῶν Ἑλληνίδων, λιμένας δὲ καὶ νεώρια καὶ κατεσκευασμένας ἀκροπόλεις ἀναλώτους, ἔτι δὲ συμμάχων δυνατῶν ἔχοντα πλῆθος; αἰτία δ' ὑπῆρχε τῷ Δίωνι τῶν προτερημάτων μάλιστα μὲν ἡ ἰδία λαμπρότης τῆς ψυχῆς καὶ ἀνδρεία, καὶ ἡ τῶν ἐλευθεροῦσθαι μελλόντων εὔνοια· τὸ δὲ τούτων ἁπάντων μεῖζον, ἥ τε ἀνανδρία τοῦ τυράννου, καὶ τὸ τῶν ἀρχομένων πρὸς αὐτὸν μῖσος. πάντα γὰρ ταῦτα πρὸς ἕνα καιρὸν συνδραμόντα, παραδόξως τὰς ἀπιστουμένας πράξεις πρὸς τέλος ἤγαγεν. ἡμεῖς δ' ἀφέμενοι τούτων τῶν λόγων, ἐπὶ τὴν ἀναγραφὴν τῶν κατὰ μέρος πεπραγμένων [2] τρεψόμεθα. Δίων γὰρ ἐκ [3] Ζακύνθου τῆς πρὸς Κεφαλληνίαν δυσὶ φορτίσι ναυσὶν ἀναχθεὶς, κατέπλευ-

E Zazyntho ad Minoam urbem advectum Dionem

1 Ἐστὶ marg. Steph. 2 Τρεψάμεθα Reg. 1. 3 Ζακίνθου Basil.

que & pecuniarum tanto apparatu instructus erat, quantus potentiae illius conveniebat, qui in tantas, ut recensuimus, copias affatim sumtus facturus esset, & qui, praeter iam dicta, urbem Graecarum omnium maximam, portus insuper navaliaque, & arces egregie munitas atque inexpugnabiles, tantam denique vim auxiliarium potentissimorum habebat? Successus autem Dionis maxime iuvabant serenitas animi ac fortitudo, & in libertatem vindicandorum popularium addictae voluntates: & quod maius his omnibus, effeminata tyranni mollities & ignavia, odiumque subditorum adversus ipsum. Haec omnia cum uno temporis momento simul concurrerent, res incredibiles ad exitum nec opinatum perduxere. Verum exordio hoc abrupto, ad rerum particulatim gestarum descriptionem nos convertemus. Dion igitur e Zazyntho, Cephalleniae propinqua, cum navibus suis evectus, ad

σε τῆς Ἀκραγαντίνης εἰς τὴν ὀνομαζομένην Μίνωαν. αὕτη δὲ τὸ μὲν παλαιὸν ὑπὸ Μίνωος ἐκτίσθη τοῦ βασιλέως Κρητῶν, καθ' ὃν καιρὸν ζητῶν Δαίδαλον ἐπεξενώθη Κωκάλῳ τῷ βασιλεῖ τῶν Σικανῶν· κατὰ δὲ τοὺς ὑποκειμένους καιροὺς ἡ μὲν πόλις αὕτη τοῖς Καρχηδονίοις ὑπήκουσεν, ὁ δὲ ἐπιστάτης αὐτῆς, ὄνομα Πάραλος, φίλος ὢν Δίωνος, προθύμως ὑπεδέξατο [1] αὐτόν. ὁ δὲ Δίων, ἐξελόμενος ἐκ τῶν φορτηγῶν πανοπλίας πεντακισχιλίας, τῷ Παράλῳ παρέδωκε, καὶ παρεκάλεσεν αὐτὸν ἁμάξαις παρακομίσαι πρὸς τὰς Συρακούσας· αὐτὸς δὲ τοὺς μισθοφόρους παραλαβὼν, ὄντας χιλίους, προῆγεν ἐπὶ τὰς Συρακούσας· ἐν παρόδῳ δὲ τοὺς Ἀκραγαντίνους καὶ Γελώους καί τινας τῶν τὴν μεσόγειον οἰκούντων Σικανῶν τε καὶ Σικελῶν, ἔτι δὲ Καμαριναίους καὶ Μαδιναίους πείσας συνελευθερῶσαι τοὺς Συρακουσίους, προῆγεν ἐπὶ τὴν κατάλυσιν τοῦ τυράννου. πολλῶν δὲ πάντοθεν συῤῥυέντων μετὰ τῶν ὅπλων,

recipit Paralus, Carthag. praefectus, eius amicus.

Ultro ad eum deficiunt Siciliae populi;

1 Αὐτοὺς Basil. & in Steph. ora.

Minoam (ut vocatur) Agrigentini tractus urbem appulit. Haec a Minoë quondam rege Cretensium condita fuit, quo tempore Daedalum quaerens, Cocali Sicanorum regis hospes erat: tum vero Carthaginiensibus parebat, praefectusque eius Paralus, Dionis amicus, promto illum animo suscepit. Dion ergo, cum desumtas ex onerariis quinquies mille panoplias Paralo tradidisset, rogavit eum, ut plaustris Syracusas hasce devehendas curaret. Ipse, adiunctis sibi mercenariis, qui CIↃ erant, eodem iter intendit. In transitu Agrigentinos & Geloos, nonnullosque de Sicanis & Siculis mediterranea incolentibus, Camarinaeos insuper & Madinaeos, ad liberandum communi ope Syracusanos adhortatus sibi iunxit: cumque his ad labefactandum tyranni opes perrexit. Et quia ex omnibus hinc inde locis armati ad ipsum con-

ταχὺ πλείους τῶν δισμυρίων στρατιωτῶν ἠθροίσθησαν. οὐδὲν δ' ἧττον καὶ πολλοὶ τῶν ἐκ τῆς Ἰταλίας Ἑλλήνων καὶ Μεσσηνίων μετεπέμφθησαν, καὶ πάντες σὺν πολλῇ προθυμίᾳ κατὰ σπουδὴν ἧκον.

his se iungunt Graeci ex Italia.

ι. Ὡς δ' ἐπὶ τοὺς ὅρους τῆς Συρακουσίας ὁ Δίων ἦν, ἀπήντα πρὸς αὐτὸν πλῆθος ἀνόπλων ἀνθρώπων ἔκ τε τῆς χώρας καὶ τῆς πόλεως. ἀπίστως γὰρ διακείμενος ὁ Διονύσιος πρὸς τοὺς Συρακουσίους, πολλῶν τὰ ὅπλα παρῃρεῖτο. κατὰ δὲ τοῦτον τὸν καιρὸν ὁ μὲν τύραννος περὶ τὰς νεοκτίστους πόλεις [1] κατὰ τὸν Ἀδρίαν διέτριβε μετὰ πολλῶν δυνάμεων. οἱ δ' ἐπὶ τῆς φυλακῆς τῶν Συρακουσῶν ἀπολειφθέντες ἡγεμόνες, τὸ μὲν πρῶτον ἐπειρῶντο μετακαλεῖσθαι τοὺς Συρακουσίους ἀπὸ τῆς [2] ἀποστάσεως· ἀκατασχέτου δὲ τῆς ὁρμῆς τῶν ὄχλων οὔσης, ἐπιγνόντες τοὺς μισθοφόρους καὶ τοὺς τὰ τοῦ δυνάστου φρονοῦντας, ἤθροισαν, καὶ τὰς τάξεις πλη-

Dionysius quamvis aciem contra instruxisset,

1 Περὶ ad Steph. marg. Reg. 1. Vulgatum tenet Basil.   2 Ὑποστάσεως Basil. solus.

fluebant, brevi supra CCIↃↃ CCIↃↃ hominum sub vexillis habebantur. Nihilo minus tamen ex Italia quoque Graecorum & Messeniorum multi acciti fuerant, omnesque cum magna propensione animorum non cunctanter adventarunt.

X. Quamprimum vero agri Syracusani confinia attigit Dion, multitudo hominum inermis ex rure & oppido illi occurrit. Cum enim Dionysius male fideret Syracusanis, multos armis exuerat. Eo tum forte tempore tyrannus ad urbes in Adria nuper exstructas cum magnis copiis haerebat. Interea duces, ad custodiam urbis Syracusanae relicti, a defectionis ausu revocare cives attentabant. Ubi vero impetum multitudinis nullo modo cohiberi posse vident, recensito peregrino milite, & coactis, qui in urbe principis adhuc partes fovebant, exple-

ῥώσαντες, τοῖς ἀφεστηκόσιν ἐπιθέσθαι διέγνωσαν. Δίων δὲ τοῖς μὲν ἀνόπλοις τῶν Συρακουσίων διέδωκε τὰς πεντακισχιλίας πανοπλίας, τοὺς δὲ ἄλλους ἐκ τῶν δυνατῶν τοῖς παρατυχοῦσιν ὅπλοις συνεσκεύασε. συναγαγὼν δ' ἅπαντας εἰς κοινὴν ἐκκλησίαν, ἀπεφαίνετο μὲν ἑαυτὸν ἥκειν ἐπὶ τὴν ἐλευθέρωσιν τῶν Σικελιωτῶν, παρεκάλει δὲ στρατηγοὺς αἱρεῖσθαι τοὺς εὐθέτους πρὸς τὴν ἀποκατάστασιν τῆς αὐτονομίας, καὶ τὴν κατάλυσιν τῆς ὅλης τυραννίδος· τὸ δὲ πλῆθος, ὥσπερ ἀπὸ μίας φωνῆς, ἀνεβόησε στρατηγοὺς αἱρεῖσθαι τόν τε Δίωνα καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Μεγακλῆν αὐτοκράτορας. εὐθὺς οὖν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐκτάξας τὴν δύναμιν, προσῆγε τῇ πόλει. οὐδενὸς δ' ἀντιποιουμένου τῶν ὑπαίθρων, ἀδεῶς εἰσῆλθεν ἐντὸς τοῦ τείχους, καὶ διὰ τῆς Ἀχραδινῆς πορευθεὶς εἰς τὴν ἀγορὰν, κατεστρατοπέδευσεν, οὐδενὸς τολμῶντος ἐπεξιέναι. ὁ δὲ σύμπας ἀριθμὸς ἦν τῶν με-

tamen Dion, cui populus favebat, urbem Syracusas occupat.

tisque ordinibus, invadere defectores constituunt. Tum Dion v panopliarum CIↃ inter Syracusanos armis destitutos distribuit, ceteros etiam armis fortuitis, prout poterat, instruxit: convocatisque in concionem publicam universis, ad restituendum Siculorum nationi libertatem se venisse, profitetur, ducesque iubet creari, qui & liberae iurisdictoni restituendae, & tyrannidi funditus exscindendae, idonei fuerint. Statim una voce ab universo populo conclamatur, Dionem, eiusque fratrem Megaclem, imperatores cum summa potestate eligendos esse. Confestim igitur a concione, instructo inque ordinem dispofito exercitu, ad urbem movet: dumque nemo patentem sibi campum afferit, fidenter moenia intrat, & per Achradinen in forum progressus, castris ibi locum deligit, cum hostium nemo opponere se illi auderet. Numerus autem militantium cum Dione quinqua-

τὰ Δίωνος στρατιωτῶν οὐκ ἐλάττους τῶν πεντακισμυρίων. οὗτοι δὲ πάντες ἐστεφανωμένοι κατῆλθον εἰς τὴν πόλιν, προηγουμένου τοῦ τε Δίωνος καὶ τοῦ Μεγακλέους, καὶ μετὰ τούτων τριάκοντα Συρακουσίων, οἳ μόνοι τῶν κατὰ τὴν Πελοπόννησον φυγάδων Συρακουσίοις μετασχεῖν τῶν κινδύνων ἠθέλησαν.

ια΄. Τῆς δὲ πόλεως πάσης μετημφιασμένης ἀντὶ τῆς δουλείας τὴν ἐλευθερίαν, καὶ τὸ σκυθρωπὸν τῆς τυραννίδος εἰς πανηγυρικὴν ἱλαρότητα τῆς τύχης ἀγούσης, πᾶσα οἰκία θυσιῶν καὶ χαρᾶς ἔγεμε, τῶν ἰδιωτῶν ἐπὶ ταῖς ἰδίαις ἑστίαις θυμιώντων, καὶ περὶ μὲν τῶν παρόντων ἀγαθῶν εὐχαριστούντων τοῖς θεοῖς, περὶ δὲ τῶν μελλόντων εὐχὰς ἀγαθὰς ποιουμένων. ἐγένετο δὲ καὶ τῶν γυναικῶν ἐπὶ ταῖς ἀνελπίστοις εὐημερίαις ὀλολυγμὸς πολὺς, καὶ κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν συνδρομαί. οὐδεὶς δ' ἦν ἐλεύθερος, οὐ δοῦλος, οὐ ξένος, ὃς οὐκ ἔσπευ- Syracuſani omnes Dionem cum ſumma congratulatione recipiunt.

ginta millibus non erat minor. Hique omnes corollis redimiti urbem intraverant, praeeunte Dione cum Megacle & XXX Syracuſanis, qui exſulum in Peloponneſo ſoli eandem periculi aleam cum civibus Syracuſanis experiri voluerant.

XI. Tunc civitas tota pro ſervitute libertatem induit: & triſtitiam, tyrannidis comitem, in panegyricam feſtamque hilaritatem fortuna mutavit, omniſque domus ſacrificiis & gaudiis plena erat, cum & homines in focis ſuis thymiamata adolerent, gratamque pro bonis praeſentibus Diis mentem teſtificarentur, & fauſta pro futurorum exitu vota conciperent. Crebra quoque iubilatio feminarum tunc oriebatur, ſuper felicitate tam inſperata exſultantium, & tota paſſim urbe concurſus fiebant. Non liber, non ſervus, non peregrinus tum erat, qui

His auditis Dionysius, tum circa Cauloniam Italiae commoratus, Syracusas redit,

δεν ἰδεῖν τὸν Δίωνα καὶ τὴν ἀρετὴν τἀνδρός· πάντες δ' [1] ἀπεδέχοντο μειζόνως ἢ κατ' ἄνθρωπον. καὶ τοῦτ' εὐλόγως ἔπασχον διὰ τὸ μέγεθος καὶ παράδοξον τῆς μεταβολῆς. πεντηκονταετοῦς γὰρ δουλείας πεπειραμένοι, καὶ τῆς ἐλευθερίας [2] διὰ τὸν χρόνον ἐπιλελησμένοι, δι' ἑνὸς ἀνδρὸς ἀρετὴν ἀπελύθησαν τῆς συμφορᾶς. Διονύσιος δὲ κατὰ τούτους τοὺς καιροὺς αὐτὸς μὲν ἔτυχε διατρίβων περὶ Καυλωνίαν τῆς Ἰταλίας, Φίλιστον δὲ τὸν στρατηγὸν περὶ τὸν Ἀδρίαν ὄντα μετεπέμψατο, μετὰ τῆς ναυτικῆς δυνάμεως, καὶ προσέταξε [3] εἰς τὰς Συρακούσας πλεῖν. ἀμφοτέρων δ' εἰς τὸν αὐτὸν τόπον ἐλθεῖν σπευδόντων, ὁ μὲν Διονύσιος ἧκεν εἰς τὰς Συρακούσας, [4] ἡμέραις ὕστερον ἑπτὰ τῆς Δίωνος καθόδου. εὐθὺς οὖν καταστρατηγῆσαι βουλόμενος τοὺς Συρακου-

1 Ἀπέχοντο Basil. sed bene docta manus in edito meo correxit.
2 Deficiunt haec tria in Basil. notaque defectus a Steph. sunt circumscripta.
3 Stigma Steph. apposuit, neque legitur in Basil. neque Reg. utroque πᾶσιν post προσέταξε. Ego hos sequor, deleoque πᾶσιν.
4 Ἡμέραις Reg. ambo, Vatic. Vulgo ἡμέρας, operarum opinor negligentia.

Dionem non spectatum accelerasset, virtutemque viri, quam omnes magis, quam pro conditione humana, suspiciebant. Nec praeter rationem hoc illis accidebat: tam ingens haec erat mutatio, & tam inopinatus illius eventus. Nam ubi L annorum servitutem experti, per longum temporis intervallum libertatis iam oblivia traxerant, unius hominis virtute effectum est, ut calamitate eximerentur. Sub id vero tempus ad Cauloniam Italiae morabatur Dionysius. Philistum igitur, exercitus ducem, circa Adriam tum versantem, cum classe arcessit, utque recto Syracusas cursu petat iniungit. Cumque ad eundem uterque locum citato itinere properaret, Dionysius septimo die post reditum Dionis Syracusas pervenit. Mox astu Syracusanos circumvenire cogitans, de

σίους, περὶ διαλύσεως ἐπρεσβεύετο, καὶ πολλὰς ἐμφάσεις ἐδίδου παραδώσειν τὴν τυραννίδα τῷ δήμῳ, καὶ τῆς δημοκρατίας ἀλλάξεσθαι τιμὰς ἀξιολόγους· ἠξίου τε πρέσβεις ἀποστεῖλαι πρὸς αὐτὸν, μεθ' ὧν συνεδρεύσας καταλύσηται τὸν πόλεμον. οἱ μὲν οὖν Συρακούσιοι, μετεωρισθέντες ταῖς ἐλπίσιν, ἐξαπέστειλαν πρέσβεις τοὺς ἀξιολογωτάτους τῶν ἀνδρῶν. ὁ δὲ Διονύσιος τούτοις μὲν φυλακὴν περιστήσας, [1] ἀνεβάλετο τὴν ἔντευξιν· αὐτὸς δ' ὁρῶν τοὺς Συρακουσίους, διὰ τὴν ἐλπίδα τῆς εἰρήνης, τά τε περὶ τὰς φυλακὰς ῥαθύμως ἔχοντας, καὶ τὰ πρὸς μάχην ἀπαρασκεύους, ἄφνω τὰς πύλας τῆς κατὰ τὴν Νῆσον ἀκροπόλεως ἀνοίξας, ἐξεχύθη συντεταγμένῃ τῇ δυνάμει. legatosque de componendis rebus mittit accipitque.

ιβʹ. Τῶν δὲ Συρακουσίων κατεσκευακότων ἀπὸ θαλάττης εἰς θάλατταν διατειχίσματα, προσέπεσον οἱ μισθοφόροι τῷ τείχει μετὰ πολλῆς βοῆς καὶ καταπλήξεως· καὶ πολλοὺς μὲν τῶν φυλάκων ἀνεῖλον, τοῦ Intra tempus induciarum contra fidem cum Dionysius Syracusanos adortus esset,

1 Ἀνεβάλλετο Basil.

pace legatos misit, per quos variis utique modis ostendit, se populo dominatum restituere velle, si in Democratia honores aliquos insignes recipere sibi liceat. Legatos itaque ad se mitti petit, quibuscum, habito senatu, bello finem statuat. Syracusani, in spes sublimes adducti, legationem ex primariis ad ipsum viris mittunt: quibus custodia statim adhibita, Dionysius de die in diem colloquium suspendit. Interim Syracusanos spe pacis custodias negligentius obire, & ad dimicandum imparatiores esse, videns, reseratis extemplo arcis, quae in Insula est, portis, cum agmine instructo erupit.

XII. Murus illic a mari ad mare Syracusanorum opera exstructus erat. Hunc Dionysiani magno cum vociferatu & terrore invadunt. Cumque, non paucis excubi-

δὲ τείχους ἐντὸς γενόμενοι, πρὸς τοὺς ἐκβοηθοῦντας διηγωνίζοντο. ὁ δὲ Δίων ἀνελπίστως παρεσπονδημένος, μετὰ τῶν ἀρίστων στρατιωτῶν ἀπήντα τοῖς πολεμίοις· καὶ συνάψας μάχην, πολὺν ἐποίει φόνον ἐν σταδίῳ. ὀλίγῳ δὲ διαστήματι τῆς διατειχίου ἔσω μάχης οὔσης, συνέδραμε πλῆθος στρατιωτῶν εἰς στενὸν τόπον. διὸ καὶ παρ' ἀμφοτέροις οἱ ταῖς ἀνδραγαθίαις πρωτεύοντες συγκατέβησαν εἰς τὸν κίνδυνον· καὶ τῶν μὲν τοῦ Διονυσίου μισθοφόρων διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἐπαγγελιῶν, τῶν δὲ Συρακουσίων διὰ τὴν ἐλπίδα τῆς ἐλευθερίας εἰς ὑπερβάλλουσαν φιλοτιμίαν ἐκτραπέντων, [1] τὸ μὲν πρῶτον ἰσσόῤῥοπος ἦν ἡ μάχη, τῆς παρ' ἀμφοτέροις ἀρετῆς οὔσης ἰσομάχου, καὶ πολλοὶ μὲν ἔπιπτον, οὐκ ὀλίγοι δὲ κατετιτρώσκοντο, πάσας τὰς πληγὰς ἐναντίας λαμβάνοντες· (οἱ μὲν γὰρ πρωτοστάται τὸν ὑπὲρ τῶν ἄλλων θάνατον ὑπέμενον εὐψύχως, οἱ δ' ἐπιτεταγμένοι

1 Ἰσόῤῥοπος ἦν τὸ &c. Reg. 1.

ventum est ad proelium atrocissimum,

torum occisis, interius penetrassent, cum ceteris ad defensionem progressis manus conferunt. Dion igitur, contra fidem induciarum nec opinato deceptus, cum fortissimorum agmine obviam hosti tendit, proelioque conferto, caedem prolixam intra stadium peragit. Quamquam vero pugna exiguum intervallum intra murum commissa habebatur, non exigua tamen in locum hunc angustum turba militum confluxerat. Quo factum, ut utrinque virtute praecellentes in certamen descenderent. Dionysianos promissorum amplitudo, Syracusanos libertatis spes ad summum vincendi studium excitabat. Cum igitur aequalis utrinque in pugnando virtus esset, diu anceps consistebat proelium: multique cadebant, nec pauci vulneribus, adverso pectore exceptis, conficiebantur. Nam primipilares mortem pro aliis generosis animis oppetebant.

τοὺς πίπτοντας ὑπερασπίζοντες, καὶ τοῖς δεινοῖς ἐγκαρτεροῦντες, τοὺς ἐσχάτους κινδύνους ὑπὲρ τῆς νίκης ἀνεδέχοντο) μετὰ δὲ ταῦτα Δίων μὲν ἀριστεῦσαι βουλόμενος ἐν τῇ μάχῃ, καὶ σπεύδων δι' ἑαυτοῦ περιποιήσασθαι τὴν νίκην, εἰς μέσους ἐβιάσατο τοὺς πολεμίους· ἡρωϊκῶς δ' ἀγωνιζόμενος, πολλοὺς μὲν ἐφόνευσε, τὴν δ' ὅλην σύνταξιν τῶν μισθοφόρων διακόψας, [1] ἐναπελείφθη μόνος τῷ πλήθει· πολλῶν δ' ἐπ' αὐτὸν ῥιφέντων βελῶν εἴς τε τὴν ἀσπίδα καὶ τὸ κράνος, ταῦτα μὲν ἐξέφυγε διὰ τὴν τῶν ὅπλων κατασκευήν· εἰς δὲ τὸν δεξιὸν βραχίονα τρωθεὶς, [2] συγκατηνέχθη τῷ βάρει τῆς πληγῆς, καὶ τοῖς πολεμίοις παρ' ὀλίγον ὑποχείριος ἐγένετο. οἱ δὲ Συρακούσιοι, δείσαντες ὑπὲρ τῆς κατὰ τὸν στρατηγὸν σωτηρίας, ἐπέρραξαν τοῖς μισθοφόροις βαρείᾳ συντάξει· καὶ τὸν μὲν Δίωνα καταπονούμενον ἐξήρπασαν ἐκ τῶν κινδύνων, τοὺς δὲ πολεμίους βιασά-

in quo Dionis virtus eminuit,

1 Ἐναπελείφθη Reg. 1. Basil. In Steph. edito ἐναπελήφθη.

2 Κατηνέχθη Reg. 1. Tum παρ' ὀλίγον, quod & in Basil.

Post hos collocati, scutis cadentes protegebant. Quaevis denique adversa fortiter eluctantes, ultimum pro victoria discrimen in se recipiebant. Dion vero, egregii quidpiam in hoc proelio designare cupiens, ut suo victoriam Marte pararet, in medios hostium globos violenter sese intulit, & heroice depugnando, trucidatis quamplurimis, totam mercenariorum aciem divulsit, solusque tandem in media hostium turba relictus stetit. Ibi licet multis undique telis, in scutum & galeam coniectis, impeteretur, armorum tamen firmitas periculum ab eo depulit, quoad dextrum sauciatus brachium, ob vulneris gravitatem labare coepit. Nec multum aberat, quin hostium manus subiisset; nisi Syracusani, de incolumitate ducis solliciti, conferta manu impressionem in Dionysianos fecissent, & Dione (qui iam viribus exhaustus erat) periculis ex-

qua hostem cum magna clade in fugam egit.

μενοι φυγεῖν ἠνάγκασαν. ὁμοίως δὲ καὶ [1] κατὰ τὸν ἄλλον τόπον τοῦ τείχους προτερούντων τῶν Συρακουσίων, οἱ τοῦ τυράννου μισθοφόροι συνεδιώχθησαν ἐντὸς πυλῶν τῶν ἐν τῇ Νήσῳ. ἐπιφανεῖ δὲ μάχῃ νικήσαντες οἱ Συρακούσιοι, καὶ τὴν ἐλευθερίαν βεβαίως κτησάμενοι, τρόπαιον ἔστησαν κατὰ τοῦ τυράννου.

Dionysius, honore caesis habito & distributis inter milites praemiis, studium pro se accendit:

ιγʹ. Μετὰ δὲ ταῦτα Διονύσιος μὲν ἐπταικὼς, καὶ τὴν δυναστείαν ἀπογιγνώσκων ἤδη, ἐν μὲν ταῖς ἀκροπόλεσιν ἀπέλιπε φρουρὰς ἀξιολόγους, αὐτὸς δὲ τοὺς τετελευτηκότας ὀκτακοσίους ὄντας, λαβὼν τὴν ἀναίρεσιν αὐτῶν, ἔθαψε λαμπρῶς, χρυσοῖς μὲν στεφάνοις ἐστεφανωμένους, πορφυρίσι δὲ καλαῖς περιβεβλημένους. ἤλπιζε γὰρ διὰ τῆς τούτων σπουδῆς προτρέψασθαι τοὺς ἄλλους εἰς τὸ προθύμως κινδυνεύειν ὑπὲρ τῆς τυραννίδος. τοὺς δ' ἀνδραγαθήσαντας μεγάλαις δωρεαῖς ἐτίμησε. πρὸς δὲ τοὺς Συρακουσίους διεπέμπετο περὶ

1 Κατὰ τῶν ἄλλων τόπων Reg. 1.

emto, hostes fugam arripere coëgissent. Sic cum alia etiam muri parte cives praevalerent, peregrinus tyranni miles intra portas Insulae fuga sibi prospicere coactus est. Nobili igitur proelio victores Syracusani, libertate iam firmiter recuperata, tropaeum contra tyrannum excitarunt.

XIII. Dionysius hac clade affectus, ubi de dominatu suo actum iam esse vidit, idoneis arces praesidiis munit, & caesos in acie, (ↀ CCC hi erant numero) impetratis ab hoste cadaveribus, honorifice, aureis nimirum coronis redimitos, & purpureis vestibus eleganter amictos, sepulturae mandavit. Hoc enim erga defunctos studio alios se inescaturum sperabat, ut pro tyrannide sua discrimina promtius adirent. Tum, qui fortiter rem gesserant, magnis ab eo muneribus honestantur. Misit inde, qui de pace cum Syracusanis tractarent. At Dion, novas

διαλύσεως· ὁ δὲ Δίων, περὶ μὲν τῶν πρεσβειῶν ἀεί τινας εὐλόγους προφάσεις πορίζόμενος, [1] ἀνεβάλλετο. ἐν τοσούτῳ δὲ [2] τὸ λοιπὸν τοῦ τείχους κατασκευάσας μεθ' ἡσυχίας, τότε τὰς πρεσβείας μετεπέμπετο, κατεστρατηγηκὼς τοὺς πολεμίους ταῖς τῆς εἰρήνης ἐλπίσι. γενομένων δὲ λόγων περὶ συλλύσεως, ὁ Δίων ἀπεκρίθη τοῖς πρέσβεσι, μίαν εἶναι σύλλυσιν, ἐὰν ἀποθέμενος τὴν τυραννίδα, βούληται τυχεῖν [3] τιμῶν τινων. ὁ δὲ Διονύσιος, ὑπερηφάνου τῆς ἀποκρίσεως γενομένης συναγαγὼν τοὺς ἡγεμόνας ἐβουλεύετο πῶς χρὴ τοὺς Συρακουσίους ἀμύνασθαι· πάντων δ' εὐπορῶν, πλὴν σίτου, καὶ θαλαττοκρατῶν, ἐλῄστευε τὴν χώραν, καὶ τὰς τροφὰς ἐκ τῶν προνομῶν κακῶς πορίζόμενος, ἐξαπέστειλε ναῦς φορτίδας καὶ χρήματα πρὸς τὸν τοῦ σίτου καταγορασμόν. οἱ δὲ Συρακούσιοι ναῦς [4] μακρὰς πολλὰς ἔχον-

tunc misit, qui de pace agerent.

Dion autem hanc unam proponit, ut principatu abiret.

Interea res in mutuis praedationibus subsistit.

1 Ἀνεβάλλετο Reg. 1.
2 Non est in Basil.
3 Τινῶν τιμῶν Reg. 1. Basil.
4 Μακρὰς πολλὰς Reg. 1. Vulgo οὐ interponitur.

subinde excusationes commentus, legationis negotium procrastinabat. Interea reliquam muri partem sine interpellatione absolvit. Tunc vero, exspectatione pacis hostem frustratus, legatos arcessit. Ibi cum de bello componendo verba fierent, Dion, hanc unicam pacificandi viam esse, respondit, si tyrannide deposita honores sibi quosdam Dionysius habere velit. Quod responsum cum superbum nimis tyranno videretur, cum ducibus in senatum advocatis consultat, qua ratione Syracusanos ulcisci queat. Omni quidem copia abundabat, praeterquam frumento, & mare insuper in potestate habebat. Ideo praedationibus agrum infestum reddebat, & alimentis pabulando ad tempus difficulter acquisitis, naves tandem onerarias & pecunias ad commeatus praestinandos misit. At Syracusani, cum navium longarum multum habe-

τες, καὶ κατὰ τοὺς εὐκαίρους τόπους ἐπιφαινόμενοι, πολλὴν τῆς ὑπὸ τῶν [1] ἐμπόρων κομιζομένης ἀγορᾶς παρῃροῦντο. καὶ τὰ μὲν περὶ τὰς Συρακούσας ἐν τούτοις ἦν.

In Graecia Alexander Pheraeus ab uxore & fratribus occisus, qui ipsi tyrannidem affectant.

ιδ'. Κατὰ δὲ τὴν Ἑλλάδα, Ἀλέξανδρος ὁ Φερῶν τύραννος ὑπὸ τῆς ἰδίας γυναικὸς Θήβης καὶ τῶν ταύτης ἀδελφῶν Λυκόφρονος καὶ Τισιφόνου ἐδολοφονήθη. οὗτοι δὲ τὸ μὲν πρῶτον ὡς τυραννοκτόνοι μεγάλης ἐτύγχανον ἀποδοχῆς· ὕστερον δὲ μετανοήσαντες, καὶ τοὺς μισθοφόρους χρήμασι πείσαντες, ἀνέδειξαν ἑαυτοὺς τυράννους, καὶ πολλοὺς μὲν τῶν ἀντιπραττόντων ἀνεῖλον, κατασκευασάμενοι δὲ δύναμιν ἀξιόλογον, βίᾳ κατεῖχον τὴν ἀρχήν. οἱ δ' Ἀλευάδαι καλούμενοι παρὰ τοῖς Θετταλοῖς, δι' εὐγένειαν δὲ ἀξίωμα ἔχοντες περιβόητον, ἀντέπραττον τοῖς τυράννοις. οὐκ ὄντες δὲ καθ' ἑαυτοὺς ἀξιόμαχοι, προσελάβοντο Φίλιππον σύμμαχον

Aleuadae, auxiliante Philippo, libertatem Thessalis vindicant;

1 Εὐπόρων Basil.

rent, opportunis locis mercatores aggressi, magnam annonae, quae a mercatoribus advehebatur, partem ipsis adimebant. Rerum ergo Syracusanarum status tum ita se habebat.

XIV. Ceterum in Graecia Alexander, Pherarum tyrannus, a Thebe uxore sua, eiusque fratribus Lycophrone ac Tisiphono, dolose trucidatus fuit. Hi primo, ut tyrannicidae, in gratia non exigua fuerunt: sed consiliis postea mutatis, cum militem peregrinum largitionibus sibi devinxissent, pro tyrannis sese gesserunt, multosque voluntatibus ipsorum adversantes trucidarunt, validisque copiis instructi, vi principatum retinuerunt. At Aleuadae qui nuncupantur, homines propter nobilitatem dignitate celebres, tyrannos sibi oppugnandos proposuere. Cum vero per se tantae molitioni non suffice-

τὸν Μακεδόνων βασιλέα. οὗτος δ' ἐπανελθὼν εἰς τὴν Θετταλίαν κατεπολέμησε τοὺς τυράννους, καὶ ταῖς πόλεσιν ἀνακτησάμενος τὴν ἐλευθερίαν, μεγάλην εὔνοιαν εἰς τοὺς Θετταλοὺς ἐνεδείξατο· διόπερ ἐν ταῖς [1] μετὰ ταῦτα πράξεσιν ἀεὶ συναγωνιστὰς ἔσχεν, οὐ μόνον αὐτὸς, ἀλλὰ [2] καὶ μετὰ ταῦτα ὁ υἱὸς Ἀλέξανδρος. τῶν δὲ συγγραφέων Δημόφιλος μὲν ὁ Ἐφόρου τοῦ ἱστοριογράφου υἱὸς, τὸν παραλειφθέντα πόλεμον ὑπὸ τοῦ πατρὸς, ὀνομασθέντα δὲ ἱερὸν, συντεταγμένος, ἐντεῦθεν ἦρκται, ἀπὸ τῆς καταλήψεως τοῦ ἐν Δελφοῖς ἱεροῦ καὶ τῆς συλήσεως τοῦ μαντείου ὑπὸ Φιλομήλου τοῦ Φωκέως· ἐγένετο δὲ ὁ πόλεμος οὗτος ἔτη ἕνδεκα, ἕως τῆς φθορᾶς τῶν διανειμαμένων τὰ ἱερὰ χρήματα. Καλλισθένης δὲ τὴν τῶν Ἑλληνικῶν πραγμάτων ἱστορίαν γέγραφεν ἐν βίβλοις δέκα, καὶ κατέστροφεν εἰς τὴν κατάληψιν τοῦ ἱεροῦ, καὶ παρανομίαν Φιλομήλου τοῦ Φωκέως. Δίϋλλος δ' ὁ Ἀθηναῖος ἦρκται τῆς ἱστορίας ἀπὸ

quo ipso Philippus Thessalorum amicitiam sibi conciliavit.

Adiecta notitia trium historicorum: Demophili,

Callisthenis

& Diylli,

1 Μεταταῦτα Reg. 1. semper. 2 Μετὰ ταῦτα καὶ Basil.

rent, Philippi Macedonum regis auxilium sibi adiunxerunt. Hic in Thessaliam reversus, tyrannos debellat, civitatibus libertatem recuperat, suamque erga Thessalos benevolentiam magnopere testatam facit. Quocirca in omnibus, quae postea gessit, perpetuos non solum ipse, verum etiam filius dehinc Alexander, hos certaminum socios & auxiliares habuit. Inter scriptores Demophilus, Ephori historici filius, qui derelictam a patre historiam belli, quod Sacrum nominatur, concinnavit, ab eo tempore exorditur, quo Delphici oraculi templum a Philomelo Phocensi occupatum direptumque fuit. Bellum vero id per annos XI, donec sacrae pecuniae raptores misere periissent, duravit. Callisthenes vero, X libris res Graecorum complexus, ad templum nefario Philomeli scelere captum historiae seriem deduxit. A sacrilegio

τῆς ἱεροσυλήσεως, καὶ γέγραφε βίβλους εἴκοσι καὶ [1] ἑπτὰ, συμπεριλαβὼν πάσας τὰς ἐν τοῖς χρόνοις τούτοις γενομένας πράξεις περί τε τὴν Ἑλλάδα καὶ τὴν Σικελίαν.

Olymp. CVI, 1.

ιέ. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησιν Ἐλπίνου, Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Μάρκον Ποπίλλιον [2] Λαινάτην καὶ [3] Γναῖον Μαμέλιον Ἰμπεριῶσον· Ὀλυμπιὰς δ' ἤχθη ἕκτη πρὸς ταῖς ἑκατὸν, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Πῶρος [4] Μαλιεύς. ἐπὶ δὲ τούτων, κατὰ μὲν τὴν Ἰταλίαν ἠθροίσθη περὶ τὴν Λευκανίαν πλῆθος ἀνθρώπων παντα-χόθεν μιγάδων, πλείστων δὲ δούλων δραπετῶν. οὗτοι δὲ τὸ μὲν πρῶτον λῃστρικὸν ἐνεστήσαντο βίον, καὶ διὰ τὴν ἐν ταῖς ἀγραυλίαις καὶ καταδρομαῖς συνήθειαν, ἔσχον τριβὴν καὶ μελέτην τῶν κατὰ πόλεμον ἔργων. διὸ καὶ τοῖς πολεμικοῖς ἀγῶσι προτεροῦντες τῶν ἐγχωρίων, εἰς αὔξησιν ἀξιολογωτέραν κατέστησαν. καὶ πρῶ-

In Italia novus populus coalescit, Brutii, e colluvie fugitivorum in Lucania collecti.

1 Ἑξ ora Steph. πέντε Reg. 1. marg. Steph. *C. Manlium* Cospus.
2 Λενάτην Reg. 2. Paullo ante Πούπλιον edd.
3 Γνάον Vatic. Tum Μαιμέλιον 4 Μαλλιεὺς Basil. & Cosp.

vero hoc suae Diyllus Atheniensis historiae libros XXVII auspicatus, res Graeciae & Siciliae his temporibus gestas recenset.

XV. Cum Archontis magistratum Athenis Elpines, & consulatum Romae M. Popilius Laenas, & Cn. Manlius Imperiosus administrarent, iamque Olympias sexta post centesimam ageretur, qua stadii coronam meruit Porus Maliensis; in Italia multitudo quaedam hominum promiscuorum, plerique autem servi erant fugitivi, ex variis undique locis circa Lucaniam confluxit. Hi primitus vitam praedatoriam instituebant. Mox excubiarum in agris, & incursionum consuetudine, rerum bellicarum exercitationem usumque sibi compararunt. Cum bellicis ergo conflictibus terrae incolis superiores evaderent, ad augmentum insigne progressi fuerunt. Ac principio Te-

τον μὲν Τερίναν πόλιν ἐκπολιορκήσαντες διήρπασαν, [1] ἔπειτ᾽ Ἀρπώνιον, καὶ Θουρίους, καὶ πολλὰς ἄλλας χειρωσάμενοι, κοινὴν πολιτείαν συνέθεντο· καὶ προσηγορεύθησαν Βρέττιοι, διὰ τὸ πλείστους εἶναι δούλους. κατὰ γὰρ τὴν τῶν ἐγχωρίων διάλεκτον οἱ δραπέται Βρέττιοι προσηγορεύοντο. τὸ μὲν οὖν τῶν Βρεττίων πλῆθος οὕτω συνέστη κατὰ τὴν Ἰταλίαν.

ιστ'. Κατὰ δὲ τὴν Σικελίαν Φίλιστος μὲν ὁ Διονυσίου στρατηγὸς, πλεύσας εἰς Ῥήγιον, διεκόμισε τοὺς ἱππεῖς εἰς Συρακούσας, ὄντας πλείους τῶν πεντακοσίων. προσθεὶς δὲ τούτοις ἱππεῖς τε ἄλλους πλείονας, καὶ πεζοὺς δισχιλίους, ἐστράτευσεν ἐπὶ Λεοντίνους, ἀφεστηκότας ἀπὸ Διονυσίου. νυκτὸς δὲ παρεισπεσὼν ἐντὸς τοῦ τείχους, κατελάβετο μέρος τῆς πόλεως. γενομένης δὲ μάχης ἰσχυρᾶς, καὶ τῶν Συρακουσίων βοηθησάντων, ἡττηθεὶς ἐξέπεσεν ἐκ τῶν Λεοντίνων. Ἡρακλείδης δὲ ὁ καταλελειμμένος ὑπὸ Δίωνος ναύαρχος τῶν μακρῶν

In Sicilia Philiſtus, Dionyſii imperator, Leontinorum urbe expulſus,

1 Ἔπειτα Ταρπάνιον ora Steph. quod librariorum peccato debetur.

rinam urbem expugnatam diripuerunt. Hinc, Arponio Thuriiſque, & multis aliis ſubactis, propriam ſibi rempublicam conſtituerunt. Et quia plerique ſervierant, Brutiorum nomen aſſumſere. Indigenarum enim ſermone fugitivi Brutii nuncupantur. Brutiorum ergo in Italia multitudo hunc ad modum coaluit.

XVI. In Sicilia tum Philiſtus, Dionyſii legatus, Rhegium tranſmiſit, & ſupra IↃ equites Syracuſas tranſportavit; aliumque his equitatum numeroſiorem, cum CIↃ CIↃ peditatu adiiciens, Leontinos, qui deſciverant a Dionyſio, invaſit. Noctu igitur furtim moenia ingreſſus, partem urbis occupat: ubi validus oritur conflictus, &, ſuppetias ferentibus Syracuſanis, Philiſtus viribus inferior Leontinorum oppido exturbatur. Interim Heraclides, a Dione Praetor navium longarum in Peloponneſo

νεῶν ἐν Πελοποννήσῳ, διά τινας χειμῶνας ἐμποδισθεὶς ὑστέρησε τῆς καθόδου τῶν περὶ τὸν Δίωνα, καὶ τῆς τῶν Συρακουσίων ἐλευθερώσεως· ἧκε δ' ἄγων ναῦς μὲν μακρὰς εἴκοσι, χιλίους δὲ στρατιώτας καὶ πεντακοσίους. ὢν δὲ ἀνὴρ ἐπισημότατος, καὶ δόξας ἄξιος ὑπάρχειν, ᾑρέθη ναύαρχος ὑπὸ τῶν Συρακουσίων, καὶ μετὰ Δίωνος τεταγμένος, διεπολέμει πρὸς Διονύσιον. μετὰ δὲ ταῦτα Φίλιστος ἀποδειχθεὶς στρατηγὸς, καὶ καταρτίσας τριήρεις ἑξήκοντα, πρὸς Συρακουσίους ἐναυμάχησεν, ἔχοντας ναῦς παραπλησίους τὸν ἀριθμόν. γενομένου δ' ἀγῶνος καρτεροῦ, καὶ τοῦ Φιλίστου τὸ μὲν πρῶτον διὰ τῆς ἰδίας ἀνδραγαθίας προτεροῦντος, ὕστερον δὲ [1] ἀποληφθέντος ὑπὸ τῶν πολεμίων, οἱ μὲν Συρακούσιοι πανταχόθεν κυκλώσαντες τὰς ναῦς, ἐφιλοτιμοῦντο ζωγρίᾳ λαβεῖν τὸν στρατηγόν· ὁ δὲ Φίλιστος, εὐλαβηθεὶς τὴν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας αἰκίαν, ἑαυτὸν

mox summus classis praetor creatus, cum Heraclide, Syrac. navarcho, mari confligitur.

Proelio victus Philistus, morte voluntaria periit.

1 Ἀποληφθέντος Reg. 1. optime. Vulgo ἀπολειφθέντος.

relictus, cum per tempestatum remoras ad reditum Dionis in patriam, & Syracusarum liberationem, maturius adesse non licuisset, venit tandem cum XX navibus longis, & CIↃ IↃ armatis. Et quia vir nobilissimus erat, dignusque habitus, qui tantae rei praeficeretur, navarchus a Syracusanis declaratur, & communicato cum Dione consilio & opera, bellum adversus Dionysium administrabat. Sub haec Philistus, summus classis Praetor a Dionysio creatus, triremibus LX instructis bellum navale cum Syracusanis, numero navium haud inferioribus, suscepit. Acre tum proelium conferitur, in quo sua primum virtute Philistus praevalebat. Sed ab hostibus tandem circumventus, cum Syracusani undique circumfusi id summo studio agerent, ut imperatorem vivum caperent; ille, ut vitaret, quae in captivos committi solent, probra & cruciatus, mortem sibi conscivit, postquam

ἀπέσφαξεν, πλείστας μὲν καὶ μεγίστας χρείας [1] παρεσχημένος τοῖς τυράννοις, πιστότατος δὲ τῶν φίλων τοῖς δυνάσταις γεγονώς. οἱ δὲ Συρακούσιοι νικήσαντες τῇ ναυμαχίᾳ, τὸ μὲν σῶμα τοῦ Φιλίστου διαμερίσαντες, καὶ δι' ὅλης τῆς πόλεως ἑλκύσαντες, ἄταφον ἐξέρριψαν· Διονύσιος δὲ τὸν μὲν πρακτικώτατον τῶν φίλων ἀποβαλὼν, καὶ στρατηγὸν μὲν ἕτερον ἀξιόχρεων οὐκ ἔχων, αὐτὸς δ' οὐ δυνάμενος φέρειν τὸ τοῦ πολέμου βάρος, ἐξέπεμψε πρεσβευτὰς πρὸς τὸν Δίωνα· τὸ μὲν πρῶτον τὴν ἡμίσειαν τῆς ἀρχῆς παραδιδοὺς, ὕστερον δὲ βουλόμενος ὅλην ἐγχειρίζειν. Hac re perterritus Dionysius Dioni regnum offert:

ιζ'. Τοῦ δὲ Δίωνος ἀποκριθέντος, ὅτι τοῖς Συρακουσίοις δίκαιόν ἐστι παραδιδόναι τὴν ἀκρόπολιν ἐπί τισιν ἐξαιρέτοις χρήμασι καὶ τιμαῖς, ὁ μὲν Διονύσιος ἕτοιμος ἦν τὴν ἄκραν παραδιδόναι τῷ δήμῳ, ὥστε τοὺς μισθοφόρους καὶ τὰ χρήματα λαβόντα εἰς τὴν Ἰταλίαν μεταστῆναι· ὁ δὲ Δίων συνεβούλευε τοῖς Συρακουσίοις mox, relictis in arce mercenariis, cum thesauris clam in Italiam aufugit.

1 Παρεσχηκὼς Reg. 1.

maximum sui usum tyranno praebuisset, summamque fidei integritatem prae ceteris amicis principibus declarasset. Syracusani, proelio victores, dilancinatum Philisti cadaver per totam urbem tractarunt, & insepultum tandem abiecerunt. Dionysius ergo, amisso amicorum strenuissimo, cum, qui digne subrogaretur, non inveniret, nec per se belli onus gestare posset, missis ad Dionem legatis dimidium regni primum obtulit, mox totum ipsi cedere voluit.

XVII. Sed ubi Dion respondit, aequum esse, ut arce Syracusanis dedita, sub conditione selectarum quarundam opum honorumque excedat; ad reddendam populo arcem, his pactis, ut mercenariis opibusque assumtis in Italiam traiiceret, paratus erat tyrannus: Dionisque

δέχεσθαι τὰ διδόμενα. ὁ δὲ δῆμος ὑπὸ τῶν ἀκαίρων δημηγόρων πεισθεὶς, ἀντεῖπε, νομίζων [1] κατὰ κράτος ἐκπολιορκήσειν τὸν τύραννον. μετὰ δὲ ταῦτα ὁ μὲν Διονύσιος τοὺς ἀρίστους τῶν μισθοφόρων ἀπέλιπε φυλάξοντας τὴν ἄκραν, αὐτὸς δ' ἐνθέμενος τὰ χρήματα καὶ πᾶσαν τὴν βασιλικὴν παρασκευὴν, ἔλαθεν ἐκπλεύσας, καὶ κατῆρεν εἰς τὴν Ἰταλίαν. οἱ δὲ Συρακούσιοι πρὸς ἀλλήλους ἐστασίασαν, τῶν μὲν οἰομένων δεῖν τὴν στρατηγίαν καὶ τὴν τῶν ὅλων ἐξουσίαν ἐγχειρίζειν Ἡρακλείδῃ, διὰ τὸ τοῦτον δοκεῖν μηδέ ποτ' ἂν ἐπιθέσθαι τυραννίδι· τῶν δὲ ἀποφαινομένων τὸν Δίωνα δεῖν ἔχειν τὴν τῶν ἁπάντων ἡγεμονίαν. πρὸς δὲ τούτοις, πολλῶν ὀφειλομένων μισθῶν τοῖς ἐκ Πελοποννήσου ξένοις τοῖς [2] ἠλευθερωκόσι τὰς Συρακούσας, καὶ χρημάτων σπανιζούσης τῆς πόλεως, οἱ μὲν μισθοφόροι, τῶν χρημάτων ἀποστερούμενοι, συνεστράφησαν, ὄντες πλείους τῶν τρισχι-

Inde diffidia inter Dionem & Syracufanos, tumultus fimul mercenariorum oriuntur,

1 Κατακράτος Reg. 1. femper. 1 Ἐλευθερωκόσι Bafil.

confilium erat, ut oblata acciperentur. Sed populus, ab importunis oratoribus in contrariam fententiam pertractus, Dioni refragabatur, quod vi tyrannum a fe expugnatum iri non dubitaret. Tum Dionyfius conductitiorum fortiffimos ad cuftodiam arcis reliquit: fed ipfe, thefauris cum omni regia fupellectili in naves translatis, clam inde folvit, & in Italiam traiecit. Interea Syracufani in partes difcefferunt, dum hi militare imperium fummamque poteftatem Heraclidae, quod is nunquam tyrannidem affectaturus videatur, demandandum cenfent; alii Dionem rerum fummae praeficiendum contendunt. Acceffit huc, quod plurimum ftipendii exteris militibus, qui ex Peloponnefo liberatum Syracufas venerant, debebatur. Cum igitur pecuniarum indigentia civitas laboraret, mercenarii ftipendiis fraudati in agmen fefe colligebant: ter mille autem plures erant, fpectatae

λίων· πάντες δ' ἐπίλεκτοι ταῖς ἀρεταῖς, καὶ διὰ τὴν ἄθλησιν τῶν πολεμικῶν ἔργων διαπεπονημένοι, πολὺ τῶν Συρακουσίων ταῖς ἀρεταῖς ὑπερεβάλλοντο. ὁ δὲ Δίων, ἀξιούμενος ὑπὸ τῶν μισθοφόρων συναποστῆναι, καὶ παρὰ τῶν Συρακουσίων [1] ὡς κοινῶν ἐχθρῶν λαβεῖν τιμωρίαν, τὸ μὲν πρῶτον ἀντεῖπε, μετὰ δὲ ταῦτα συναναγκαζόμενος ὑπὸ τῆς περιστάσεως, προσεδέξατο τὴν ἡγεμονίαν τῶν ξένων, καὶ μετ' ἐκείνων ταχθεὶς, ἀνέζευξεν ἐπὶ τοὺς Λεοντίνους. οἱ δὲ Συρακούσιοι συστραφέντες ἐδίωκον τοὺς μισθοφόρους, καὶ κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν συνάψαντες μάχην, καὶ πολλοὺς ἀποβαλόντες ἀπεχώρησαν. ὁ δὲ Δίων λαμπρᾷ μάχῃ νικήσας, οὐδὲν ἐμνησικάκησε τοῖς Συρακουσίοις· ἀποστειλάντων γὰρ πρὸς αὐτὸν κήρυκα περὶ τῆς τῶν νεκρῶν ἀναιρέσεως, τήν τε τῶν νεκρῶν ἀναίρεσιν ἔδωκε, καὶ τοὺς ἁλόντας πολλοὺς ὄντας ἀπέλυσεν ἄνευ λύτρων. πολλοὶ γὰρ ἐν τῇ

qui duce Dione Syracusanos proelio fundunt.

Itaque Syracusani Dionis veniam implorare coguntur.

1 Stigma habet a Steph. neque est in Basil.

virtutis omnes, longoque rerum bellicarum usu exercitati; quo factum, ut fortitudine Syracusanis longe praestarent. Ab his Dion rogatur, ut una secum deficiens, de Syracusanis, ut communi hoste, vindictam exigat. Quod ille quamvis primum denegaret, praesente tamen rerum statu coactus, externi militis imperium deinde suscipit, cumque illis coniunctus, Leontinos versus agmen duxit. At Syracusani, inter se adunati, mercenarios persequuntur, & conserta inter vias pugna, post magnam suorum iacturam retrocedunt. Quamquam vero insignem victoriam obtinuerat Dion, iniuriarum tamen erga populares recordari noluit. Cum enim de tollendis ad sepulturam mortuis caduceatorem ad ipsum mitterent, non solum hoc ipsis concessit, sed captivorum multos absque pretio liberos dimisit. Complures

φυγῇ μέλλοντες φονεύεσθαι, διηγόρευον ἑαυτοὺς εἶναι τῶν τὰ Δίωνος φρονούντων· καὶ πάντες διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ἐξέφυγον τὸν θάνατον.

PosteaDionysius, misso Nypsio cum navibus & commeatu, Syracusis relictum praesidium novis auxiliis auget.

ιη′. Μετὰ δὲ ταῦτα Διονύσιος μὲν στρατηγὸν ἀπέστειλεν εἰς τὰς Συρακούσας Νύψιον τὸν Νεαπολίτην, ἀνδρείᾳ καὶ συνέσει στρατηγικῇ διαφέροντα· συνεξέπεμψε δ' αὐτῷ καὶ φορτηγὰ πλοῖα, σίτου καὶ τῆς ἄλλης ἀγορᾶς γέμοντα. οὗτος μὲν οὖν ἐκ Λοκρῶν ἀναχθεὶς, ἐτέλει τὸν εἰς Συρακούσας πλοῦν· οἱ δὲ κατὰ τὴν ἀκρόπολιν μισθοφόροι τοῦ τυράννου, κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ἐπιλιπόντος τοῦ σίτου, καὶ τῇ σπάνει τῶν ἀναγκαίων δεινῶς [1] πιεζόμενοι, μέχρι μέν τινος ὑπέμενον εὐψύχως τὴν ἔνδειαν, τῆς δὲ φύσεως ὑπὸ τῆς ἀνάγκης ἡττωμένης, καὶ τῆς σωτηρίας ἀπογιγνωσκομένης, συνδραμόντες εἰς ἐκκλησίαν νυκτὸς, ἐψηφίσαντο παραδοῦναι τὴν ἀκρόπολιν καὶ σφᾶς αὐτοὺς τοῖς Συρακου-

1 Πιεζούμενοι Vatic.

enim in fuga iam iam trucidandi, Dionis se causae aequiores fuisse profitebantur. Eaque de causa praesens mortis discrimen omnes effugerunt.

XVIII. Posthac Dionysius Nypsium, civem Neapolitanum, fortitudine ac militari scientia praestantem, cum imperio Syracusas mittit, cumque eo naves onerarias, frumentis alioque commeatu refertas, expedit. Is, a Locris provectus, cursum Syracusas versus peragebat. Interea praesidiarii tyranni in arce, licet ob defectum annonae summa rerum necessariarum inopia vexarentur, ad tempus tamen aliquod magna animorum constantia famem tolerabant. Ad extremum vero, cum necessitas naturam vinceret, nec ullam salutis viam aliam prospicerent, concilio per noctem inito, arcis ac suimet ipsorum postridie deditionem facere Syracusanis decreverunt.

σίοις ἅμ᾽ ἡμέρᾳ. ἤδη δὲ τῆς νυκτὸς ληγούσης, οἱ μὲν μισθοφόροι κήρυκας ἐξέπεμπον πρὸς τοὺς Συρακουσίους περὶ τῆς διαλύσεως· ὁ δὲ Νύψιος διαφαινούσης ἤδη τῆς ἡμέρας κατέπλευσε μετὰ τοῦ στόλου, καὶ καθωρμίσθη περὶ τὴν Ἀρέθουσαν. διόπερ τῆς ἐνδείας παραχρῆμα μεταβαλούσης εἰς πολλὴν δαψίλειαν τῶν ἐπιτηδείων, ὁ μὲν στρατηγὸς Νύψιος ἐκβιβάσας τοὺς στρατιώτας, κοινὴν ἐκκλησίαν συναγαγὼν, καὶ διαλεχθεὶς οἰκείως τοῖς παροῦσι καιροῖς, προθύμους κατεσκεύασε πρὸς τοὺς μέλλοντας κινδύνους. ἡ μὲν οὖν ἀκρόπολις ἤδη παραδιδομένη τοῖς Συρακουσίοις, τὸν εἰρημένον τρόπον ἀνελπίστως διεφυλάχθη· οἱ δὲ Συρακούσιοι πληρώσαντες ἁπάσας τὰς τριήρεις, [1] ἐπέπλευσαν τοῖς πολεμίοις ἔτι περὶ τὴν ἐξαίρεσιν τῆς ἀγορᾶς διατρίβουσιν. ἀπροσδοκήτου δὲ τῆς ἐφόδου γενομένης, καὶ τῶν κατὰ τὴν ἀκρόπολιν μισθοφόρων [2] τεθορυβημένως ἀντιταχθέντων ταῖς πολεμικαῖς τριήρεσιν, ἐγένετο ναυμαχία,

Syracusani, proelio navali victoriam consecuti, indulgent conviviis & languescunt.

1 Ἐξέπλευσαν Reg. 1. 2 Τεθορυβημένων Vat. Reg. 2. Basil.

Iamque nox finita erat, & mercenarii caduceatores de pacificatione ad oppidanos mittebant, cum extemplo Nypsius primo statim diluculo cum classe advehitur, eamque in Arethusae portu sistit. Statim ergo extrema victus penuria, in largam alimoniae copiam mutatur. Tum exposito imperator milite omnes in concionem advocat, & oratione ad praesens tempus accommodata, exercitum allocutus, cunctos ad futura deinceps pericula promtos & alacres reddit. Arx itaque, iam iam tradenda Syracusanis, ad hunc, quem diximus, modum ex insperato conservata est. Tum Syracusani, impletis quotquot aderant triremibus, in hostem subito invehuntur, adhuc in eximendo commeatu occupatum. Et quamvis subita haec esset incursio, praesidiumque arcis mercenarium tumultuarie triremibus hosticis occurreret, navale tamen

καθ' ἣν οἱ Συρακούσιοι [1] ἐπροτέρησαν, καί τινας μὲν τῶν νεῶν κατέδυσαν, τινῶν δ' ἐγκρατεῖς κατέστησαν, τὰς δὲ λοιπὰς πρὸς τὴν γῆν κατεδίωξαν· μετεωρισθέντες δ' ἐπὶ τῷ προτερήματι, τοῖς μὲν θεοῖς μεγαλοπρεπῶς ἔθυσαν ἐπινίκια, αὐτοὶ δ' εἰς εὐωχίας καὶ [2] πότους ἐκτραπέντες, καταφρονοῦντες τῶν ἡττημένων, ῥαθύμως εἶχον [3] τὰ περὶ τὰς φυλακάς.

Hac usus opportunitate Nypsius hostem opprimit,

ιθ΄. [4] Νύψιος δ' ὁ τῶν μισθοφόρων στρατηγὸς, [5] ἀναμαχέσασθαι καὶ ἀναλαβεῖν βουλόμενος τὴν ἧτταν, νυκτὸς ἐκτεταγμένῃ τῇ δυνάμει παραδόξως προσέπεσε τῷ κατεσκευασμένῳ τείχει. εὑρὼν δὲ τοὺς φύλακας διὰ τὴν καταφρόνησιν καὶ μέθην εἰς ὕπνον τετραμμένους, προσέθηκε τὰς παρεσκευασμένας κλίμακας πρὸς τὴν χρείαν. διὰ δὲ τούτων οἱ κράτιστοι τῶν μισθοφόρων ἀνέβησαν ἐπὶ τὸ τεῖχος, καὶ τοὺς φύλακας φο-

1 Ἐπροετέρησαν Baſ. προετέρησαν edd. ceteri.

2 Τόπους frequenti lapſu Baſil.

3 Notam defectus adſcriptam habet a Steph. deſitque τὰ in Reg. 1.

4 Νυψίας ora Steph.

5 Ἀναλαβεῖν καὶ μαχέσασθαι Vatic. Baſil. qui in margine ultimum, in ipſo contextu μαχέσθαι praefert.

proelium committitur, in quo victores Syracuſani hoſtium naves aliquot demergunt, nonnullas capiunt, & reliquas in fugam actas ad litus uſque perſequuntur. Hoc elati ſucceſſu, ſacra quidem ob partam victoriam Diis magnifice peregerunt: ſed interim ad convivia & heluationes converſi, dum hoſtem devictum (ſcilicet) flocci pendunt, excubias negligenter adminiſtrant.

XIX. Nypſius ergo, cladem noviter acceptam pugnando reſarcire cupiens, cum ordinatis noctu copiis ex improviſo murum nuper exſtructum invadit, vigileſque ex nimia fiducia & temulentia in ſomnum prolapſos offendens, ſcalas, ad hunc uſum fabricatas, applicat. Quarum adminiculo ex praeſidiariis fortiſſimi murum

γεύσαντες, ἀνέῳξαν τὰς πύλας. εἰσπεσόντων δὲ τῶν στρατιωτῶν εἰς τὴν πόλιν, οἱ μὲν στρατηγοὶ τῶν Συρακουσίων ἐκ τῆς μέθης μεθύοντες ἐπειρῶντο βοηθεῖν, ἐμποδιζόμενοι δὲ ταῖς ὁρμαῖς διὰ τὸν οἶνον, οἱ μὲν ἀνῃρέθησαν, οἱ δ' ἔφυγον· κατειλημμένης δὲ τῆς πόλεως, καὶ τῶν ἐκ τῆς ἀκροπόλεως στρατιωτῶν σχεδὸν ἁπάντων εἰσπεσόντων ἐντὸς τοῦ περιτειχίσματος, τῶν δὲ Συρακουσίων διὰ τὸ παράδοξον καὶ τὴν ἀταξίαν ἐκπεπληγμένων, πολὺς [1] ἐγίνετο φόνος. τῶν δὲ τοῦ τυράννου στρατιωτῶν πλειόνων ἢ μυρίων ὄντων, καὶ συντεταγμένων καλῶς, οὐδεὶς τὸ βάρος αὐτῶν ὑπομεῖναι δυνατὸς ἦν, ἅτε τοῦ θορύβου καὶ τῆς ταραχῆς, ἔτι δὲ ἀναρχίας τοὺς ἐλαττουμένους ἐμποδιζούσης. κρατηθείσης δὲ τῆς ἀγορᾶς ὑπὸ τῶν πολεμίων, εὐθὺς ἐπὶ τὰς οἰκίας οἱ νενικηκότες ὥρμησαν· καὶ πολλὰ μὲν χρήματα διεφορεῖτο, οὐκ ὀλίγα δὲ σώματα γυναικῶν καὶ παίδων, ἔτι

urbem capit,

& largam praedam aufert.

1 Ἐγένετο Reg. uterque & Baſ.

tranſcendunt, caeſiſque cuſtodibus, portas referant. Impreſſione itaque ſubito in urbem facta, Syracuſanorum duces, ab ingurgitatione adhuc ebrii, auxilium ſuis ferre conabantur; ſed cum vinum conatus impediret, alii cadebant, alii fugae ſe mandabant. Iamque urbs capta erat, & milites ex arce ferme omnes intra munitiones urbis penetraverant: dumque oppidani propter inopinatum hunc caſum, & ordinis confuſionem attoniti, trepidant, ingens peragitur caedes. Et quia propugnatorum tyranni plures quam CCIↃↃ erant, aciemque probe ordinatam habebant; nemo vires ipſorum ſuſtinere poterat, quippe cum tumultu & conſternatione, ducumque inopia victi impedirentur. Occupato igitur foro, ſtatim in domos ab hoſtibus iam victoria fretis irruitur. Ibi magna vis opum diripitur: nec exigua feminarum, puerorum, miniſtro-

δ' οἰκετῶν ἐξηνδραποδίζετο· κατὰ δὲ τοὺς στενωποὺς καὶ τὰς ἄλλας ὁδοὺς ἀντιταττομένων Συρακουσίων, ἐγίνοντο συνεχεῖς συμπλοκαὶ, καὶ πολλοὶ μὲν ἀπέθνησκον, οὐκ ὀλίγοι δὲ τραύμασι περιέπιπτον. τὴν μὲν οὖν νύκτα διετέλεσαν ἀλλήλους ἀναιροῦντες, ὡς ἔτυχε, διὰ τὸ σκότος, καὶ πᾶς τόπος νεκρῶν ἔγεμεν.

Consternati Syracusani Dionem advocant,

κ΄. Ἅμα δ' ἡμέρᾳ τὸ μὲν τῆς συμφορᾶς μέγεθος συνεωράθη, οἱ δὲ Συρακούσιοι, μίαν ἔχοντες σωτηρίαν τὴν ἀπὸ τοῦ Δίωνος βοήθειαν, ἐξαπέστειλαν ἱππεῖς εἰς Λεοντίνους, δεόμενοι τοῦ Δίωνος μὴ περιϊδεῖν τὴν πατρίδα [1] δοριάλωτον γινομένην, καὶ τῶν μὲν ἡμαρτημένων δοῦναι συγγνώμην αὐτοῖς, τὰς δὲ παρούσας δυστυχίας ἐλεήσαντα, διορθώσασθαι τὴν τῆς πατρίδος συμφοράν. ὁ δὲ Δίων, λαμπρὸς ὢν τὴν ψυχὴν, καὶ διὰ τὴν ἐκ φιλοσοφίας παιδείαν ἐξημερωμένος τοὺς λογισμοὺς,

1 Δοριάλωτον Basil. Cett. δορυάλωτον.

rumque turba in captivitatem trahitur. In angiportis ceterisque vicis, resistentibus Syracusanis, continuae fiunt dimicationes. Multitudo ingens cadit, nec minor sauciatur. Et noctem quidem illam mutuis in se caedibus grassando, ut sors ferebat, in tenebris transegerunt, nullusque locus in urbe cadaveribus non stratus & oppletus erat.

XX. Quamprimum vero illuxit, tum demum calamitatis magnitudo conspiciendam se dedit. Cum ergo nullam, nisi a Dionis auxilio, salutem haberent cives, equitum suorum nonnullos ad eum in Leontinorum urbem properare iubent, cum obtestatione rogatum, ne patriam hosti praedam fieri sinat, sed venia delictorum sibi concessa, praesentis infortunii misertus, ex profligatissima conditione patriam allevet erigatque. Dion, qui vir magnanimus erat, & mentem philosophiae studiis excultam & mansuefactam habebat, civibus suis neutiquam

οὐκ ἐμνησικάκησε τοῖς πολίταις, ἀλλὰ τοὺς μισθοφόρους πείσας, παραχρῆμα ἀνέζευξε· καὶ διανύσας ὀξέως τὴν εἰς Συρακούσας ὁδὸν, ἧκε πρὸς τὰ ἑξάπυλα. ἐνταῦθα δὲ διατάξας [1] στρατιώτας, προσῆγε κατὰ τάχος, καὶ κατέλαβεν ἐκ τῆς πόλεως [2] τέκνα μὲν καὶ γυναῖκας καὶ τοὺς γεγηρακότας, ὑπὲρ τοὺς μυρίους. οὗτοι δὲ πάντες ἀπαντῶντες μετὰ δακρύων ἱκέτευον ἀμύναι τοῖς ἰδίοις ἀκληρήμασιν. οἱ δὲ τῆς ἀκροπόλεως μισθοφόροι, κεκρατηκότες ἤδη τῆς προθέσεως, τὰς μὲν [3] περὶ τὴν ἀγορὰν οἰκίας διαρπάσαντες ἐνέπρησαν, ἐπὶ δὲ τὰς λοιπὰς ὁρμήσαντες, διήρπαζον τὰς ἐν ταύταις κτήσεις. καθ᾽ ὃν δὴ καιρὸν Δίων κατὰ [4] πολλοὺς τόπους εἰσπεσὼν εἰς τὴν πόλιν, καὶ τοῖς πολεμίοις περὶ τὰς ἁρπαγὰς ἀσχολουμένοις ἐπιθέμενος, πάντας τοὺς περιτυγχάνοντας ἔκτεινε, κομίζοντας ἐπὶ τῶν ὤμων

qui ſingulari virtute & ſollertia hoſtes ultus, rem reſtituit,

1 Τοὺς στρατιώτας Baſil.
2 Τέκνα μὲν καὶ Vatic. Reg. 2. μὲν deerat edd. Paullo ante κατατάχος Reg. 1. & Baſil.
3 Τῆς ἀγορᾶς Reg. 1.
4 Πλείους marg. Steph.

ſuccenſendum arbitratus, militibus ſtipendio conductis expeditionem perſuadet. Cumque his iter confeſtim ingreditur, viamque Syracuſanam emenſus, ad Hexapyla pervenit. Ibi diſpoſita in ordinem acie, concitatius pergit, & obviam ſibi habet magnam puerorum, mulierum, ſenumque ex urbe ſupra CCIↃↃ turbam. Qui omnes ſupplicum more, profuſiſque eum lacrimis orabant, ut aerumnis hiſce ſuis opitularetur. Interea praeſidium arcis, ſui iam voti compos, aedes circumforaneas prius direptas incenderant, iamque in reliquas impetu facto, quidquid facultatum inerat, praedam ſibi faciebant: quo ipſo temporis momento Dion, pluribus ſimul locis impreſſionem in urbem faciens, hoſtes, iam unice in rapinis occupatos, invadit, & quotquot illi occurrunt, qui variarum ſupellectilium ſarcinis humeros gravatos ha-

παντοδαπὰς κατασκευάς. διὰ δὲ τὸ παράδοξον τῆς παρουσίας, καὶ τὴν ἀταξίαν [1] καὶ ταραχὴν τῶν διαφορούντων τὰς κτήσεις, εὐχερῶς ἅπαντες ἐχειροῦντο. τέλος δὲ, πλειόνων ἢ τετρακισχιλίων φονευθέντων, τῶν μὲν ἐν ταῖς οἰκίαις, τῶν δ' ἐν ταῖς ὁδοῖς, οἱ λοιποὶ συνέφυγον εἰς τὴν ἀκρόπολιν, καὶ τὰς πύλας [2] κλείσαντες ἐξέφυγον τὸν κίνδυνον· Δίων δὲ κάλλιστον τῶν προγεγενημένων ἔργων ὑπ' αὐτοῦ διαπραξάμενος τὰς μὲν καιομένας οἰκίας διέσωσε, κατασβέσας τὴν φλόγα, τὸ δὲ περιτείχισμα καλῶς κατασκευασάμενος, μιᾷ πράξει τήν τε πόλιν ὠχύρωσε, καὶ τοὺς πολεμίους ἀποτειχίσας εἶρξε τῆς ἐπὶ τὴν γῆν ἐξόδου, καθαρὰν δὲ τῶν νεκρῶν ποιήσας τὴν πόλιν, καὶ τρόπαιον στήσας, ἔθυσε τοῖς θεοῖς ὑπὲρ τῆς σωτηρίας. συναχθείσης δ' ἐκκλησίας, ὁ μὲν δῆμος εὐχαριστῶν στρατηγὸν ἐχειροτόνησεν

& apud omnes praecipuam gratiam meruit.

1 Καὶ τὴν ταρ. Reg. 1. Basil. 2 Ἐγκλείσαντες Reg. 1.

bebant, eos omnes trucidat. Nam quia ſubito illos adventu oppreſſerat, & ſine ordine ac tumultuarie praedas hinc illinc hoſtes differebant, minimo negotio ſternebantur omnes. Ad extremum, cum ultra CIↃ CIↃ CIↃ CIↃ partim intra aedes, partim in viis, trucidati eſſent, ſuperſtites in arcem refugerunt, portiſque occluſis, periculum evitarunt. Dion ubi facinus hoc, omnium ab ipſo prius geſtorum longe pulcherrimum, confecerat, domos iam flagrantes, exſtinctis incendiis, conſervat, murumque arci praetenſum firmiter inſtaurat: & ſic una eademque opera urbem praemunit, hoſtique intercluſo exitum ad terram obſtruxit. Hinc urbem a cadaverum ſtrage repurgat, erectoque tropaeo, ſacrum Diis epulum, ob vindicatam patriae ſalutem, inſtituit. Populus contra, ut gratum Dioni animum teſtaretur, advocata concione, ſummi imperatoris munus ei ſuffragiis publicis

αὐτοκράτορα τὸν Δίωνα, καὶ τιμὰς [1] ἀπένειμεν ἡρωϊκάς· ὁ δὲ Δίων, ἀκολούθως τοῖς πεπραγμένοις, ἐπιεικῶς τοὺς μὲν ἐχθροὺς ἅπαντας ἀπέλυσε τῶν ἐγκλημάτων, καὶ τὸ πλῆθος παραμυθησάμενος εἰς κοινὴν ἤγαγεν ὁμόνοιαν· οἱ δὲ Συρακούσιοι πανδήμοις ἐπαίνοις καὶ ἀποδοχαῖς μεγάλαις ἐτίμων τὸν εὐεργέτην, ὡς μόνον σωτῆρα γεγονότα τῆς πατρίδος. καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Σικελίαν ἐν τούτοις ἦν.

κα΄. Κατὰ δὲ τὴν Ἑλλάδα, Χίων καὶ Ῥοδίων καὶ Κώων, ἔτι δὲ Βυζαντίων διαπολεμούντων πρὸς Ἀθηναίους τὸν συμμαχικὸν πόλεμον, ἀμφότεροι μεγάλας παρασκευὰς ἐποιοῦντο, βουλόμενοι ναυμαχίᾳ κρῖναι τὸν πόλεμον. Ἀθηναῖοι δὲ Χάρητα [2] μὲν μετὰ νεῶν ἑξήκοντα προαπεσταλκότες ἦσαν ἐν τοῖς ἄνω καιροῖς, τότε δὲ ἄλλας ἑξήκοντα πληρώσαντες, καὶ στρατηγοὺς ἐπιστήσαντες τοὺς ἐπιφανεστάτους τῶν πολιτῶν, Ἰφικράτην

In Graecia bellum sociale continuatur.

Chareti additi Iphicrates & Timotheus cum nova classe & aequato imperio.

1 Ἀπένειμαν Vat. sine causa. 2 Omittit Basil.

commendat, cultusque heroicos impertitur. Exin Dion, prout rebus ab ipso gestis consentaneum erat, omnibus, qui ex malevolentia & odio in ipsum deliquerant, humaniter ignovit, populumque monitis & exhortationibus crebris ad concordiae, inter omnes aeque tuendae, studium perduxit. Cives autem per omnes passim ordines laude ac veneratione magnifice virum bene de ipsis meritum, ut unicum patriae servatorem, remunerarunt. Atque hic tum Siciliae status fuit.

XXI. In Graecia, dum crudescente adhuc bello sociali Chii, Rhodii, Coi, nec non Byzantii, cum Atheniensibus belligerantur, utrinque magni fiunt apparatus, ut exitum rei pugna navali experiantur. Athenienses igitur, licet Charetis ductu LX navium classem iam antea expedivissent, alias tamen LX, prioribus superadditas, miserunt: quarum praeturam civium suorum nobilissimis,

καὶ Τιμόθεον, ἐξαπέστειλαν κοινῇ μετὰ Χάρητος διαπολεμεῖν τοῖς ἀφεστηκόσι τῶν συμμάχων. οἱ δὲ Χῖοι καὶ Ῥόδιοι καὶ Βυζάντιοι μετὰ τῶν συμμάχων ἑκατὸν ναῦς πληρώσαντες, Ἴμβρον μὲν καὶ Λῆμνον οὖσαν Ἀθηναίων ἐπόρθησαν· ἐπὶ δὲ Σάμον πολλῇ δυνάμει στρατεύσαντες, τὴν μὲν χώραν ἐδῄωσαν, τὴν δὲ πόλιν ἐπολιόρκουν κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν. πολλὰς δὲ καὶ ἄλλας νήσους οὔσας ὑπ' Ἀθηναίους κακοποιήσαντες, χρήματα ἤθροισαν εἰς τὰς τοῦ πολέμου χρείας. οἱ δὲ τῶν Ἀθηναίων στρατηγοὶ πάντες ἀθροισθέντες τὸ μὲν πρῶτον [1] ἐπεβάλοντο πολιορκῆσαι τὴν τῶν Βυζαντίων πόλιν· μετὰ δὲ ταῦτα τῶν Χίων καὶ τῶν συμμάχων τὴν μὲν πολιορκίαν τῆς Σάμου λυσάντων, ἐπὶ δὲ τὴν βοήθειαν τοῖς Βυζαντίοις τρεπομένων, συνηθροίσθησαν πάντες οἱ στόλοι περὶ τὸν Ἑλλήσποντον. μελλούσης δὲ γίνεσθαι τῆς ναυμαχίας, μέγας ἄνεμος ἐπιπεσὼν διε-

Imbrum & Lemnum, aliasque insulas, populantur socii rebelles.

Athen. duces, dum ad Byzantium obviam fiunt hosti, de committendo proelio dissentiunt.

1 Ἐμβάλοντο Reg. 1. perperam, ut & ὑπεβάλοντο Basil.

Iphicrati & Timotheo, commendarunt, ut aequato cum Charete imperio, adversus rebelles socios bellum continuarent. Ex altera parte Chii, Rhodii, & Byzantii, cum auxiliaribus, C navium classe instructa, Imbrum & Lemnum Atheniensibus addictas populantur. Inde magnis copiis Samum adorti, agros devastant, & urbem terra marique oppugnant. Multas praeterea iuris Attici insulas diripiendo, pecunias ad belli usus compilant. Atheniensium inde Praetores, contractis in unum copiis, ad obsidendum Byzantium animos simul omnes adiecere. Sed cum sub haec Chii sociique foederis, Sami obsidione soluta, ad Byzantiorum tutelam se convertissent, omnes copiae navales ad Hellespontum convenere. Iamque proximum erat, ut proelio navali decerneretur; cum subito ingens ventorum procella ingruens coepta inter-

κώλυσεν αὐτῶν τὴν προαίρεσιν. τοῦ δὲ Χάρητος παρὰ φύσιν βουλομένου ναυμαχεῖν, καὶ τῶν περὶ τὸν Ἰφικράτην καὶ Τιμόθεον ἐναντιουμένων, διὰ τὸ μέγεθος τοῦ κλύδωνος, ὁ μὲν Χάρης ἐπιμαρτυρόμενος τοῖς στρατιώταις, [1] διέβαλε τοὺς συνάρχοντας ὡς προδότας, καὶ πρὸς τὸν δῆμον ἔγραψε περὶ αὐτῶν ὡς ἐγκαταλελοιπότων ἑκουσίως τὴν ναυμαχίαν. οἱ δ' Ἀθηναῖοι παροξυνθέντες, καὶ κρίσιν τῷ Ἰφικράτει καὶ Τιμοθέῳ προθέντες, ἐζημίωσαν αὐτοὺς πολλοῖς ταλάντοις, καὶ τῆς στρατηγίας ἀπέστησαν.

Quo facto Iphicrates & Timotheus, proditionis accufati, imperio privantur.

κβ'. Χάρης δὲ παραλαβὼν παντὸς τοῦ στόλου τὴν ἡγεμονίαν, καὶ σπεύδων τῆς δαπάνης ἀπαλλάξαι τοὺς Ἀθηναίους, ἐπεχείρησε πράξει παραβόλῳ. [2] Ἀρταβάζου γὰρ ἀποστάντος ἀπὸ τοῦ βασιλέως, καὶ μέλλοντος ὀλίγοις στρατιώταις πρὸς τοὺς σατράπας διαγωνίζεσθαι μυριάδας ἑπτὰ στρατιωτῶν ἔχοντας, συμμαχήσαντος αὐτῷ Χάρητος πάσῃ τῇ δυνάμει, καὶ νική-

Iam Chares Artabazo, qui tum a rege Perfarum defecerat, inconfulte auxilio venit.

1 Διέβαλλε τοὺς συναρχοντ. Baf. Reg. 2.

2 Solus Cofpus *Artabazus*. Φαρναβάζου edd.

vertit. Dumque nihilominus, etiam adverfante natura, Chares confligendum ftatuit; Iphicrates autem & Timotheus, propter vim tempeftatis, refragantur: Chares, militum fidem obteftatus, collegas proditionis incufat, perque literas populo fignificat, ex induftria proelium ab illis deftitutum. Quo exafperati cives, actionem utrique intendunt, & multis talentis plexos ab imperii munere removent.

XXII. Chares exinde claffis totius praeturam adeptus, dum impendiis rempublicam liberare properat, facinus quoddam praeceps aggreditur. Artabazus a rege defecerat, iamque parva manu cum LXX Satraparum, quibus inftructi erant, millibus dimicaturus erat. Ad hunc fe Chares cum univerfis copiis aggregat. Artabazus igitur,

σαντος τὴν τοῦ βασιλέως δύναμιν· ὁ μὲν [1] Ἀρταβάζος ἀποδιδοὺς τῆς εὐεργεσίας χάριτας, ἐδωρήσατο πλῆθος χρημάτων, ἐξ ὧν δυνατὸν ἦν πᾶσαν τὴν δύναμιν ὀψωνιάζεσθαι.

Quamobrem regis iram veriti Athenienses, extemplo bello sociali abstinent, & cum sociis pacem componunt.

οἱ δ' Ἀθηναῖοι τὸ μὲν πρῶτον ἀπεδέξαντο τὴν πρᾶξιν τοῦ Χάρητος, ὕστερον δὲ τοῦ βασιλέως πρέσβεις ἀποστείλαντος, καὶ κατηγοροῦντος τοῦ Χάρητος, τὴν ἐναντίαν ἔσχον γνώμην. διεδόθη γὰρ λόγος ὅτι τοῖς πολεμίοις τῶν Ἀθηναίων βασιλεὺς ἐπηγγείλατο τριακοσίαις ναυσὶ συγκαταπολεμήσειν τοὺς Ἀθηναίους. ταῦτ' οὖν ὁ δῆμος εὐλαβηθεὶς, ἔκρινε καταλύσασθαι τὸν πρὸς τοὺς ἀφεστηκότας πόλεμον. εὑρὼν δὲ κἀκείνους ἐπιθυμοῦντας τῆς εἰρήνης, ῥᾳδίως πρὸς αὐτοὺς διελύσατο. ὁ μὲν οὖν συμμαχικὸς ὀνομασθεὶς πόλεμος

In Philippum Maced. tres reges simul conspirant: Thracum, Paeonum, Illyriorum.

τοιοῦτον ἔσχε τὸ τέλος, διαμείνας [2] ἔτη τρία. κατὰ δὲ τὴν Μακεδονίαν, τρεῖς βασιλεῖς συνέστησαν ἐπὶ τὸν Φίλιππον, ὅ, τε τῶν Θρᾳκῶν καὶ Παιόνων καὶ Ἰλλυ-

1 Iterum *Artabazus* in Cospi versione. Vulgo Φαρνάβαζος.

2 *Tres annos* Cospus. In edd. ἔτη τέτταρα.

victoriam de regiis adeptus, ut gratiam pro benefactis repensaret, tanta illum pecuniae summa remunerat, ut in totum inde exercitum stipendia erogare posset. Pergratum hoc Charetis factum initio Atheniensibus accidit. Sed posteaquam per legationem de ista Charetis iniuria rex cum civitate expostulavit, longe secius affecti erant. Diditus enim rumor erat, regem CCC navium subsidia hostibus Atheniensium promisisse. Id reformidans populus, bellum cum defectoribus componere decrevit. Quos cum non minus pacis cupidos esse cognovit, facile cum illis transegit. Sociale itaque bellum, cum III durasset annos, hoc fine terminatum est. Interim in Macedonia tres simul reges, Thracum utique, Paeonumque, & Illyriorum contra Philippum conspirant. Hi, Macedo-

ριῶν. οὗτοι γὰρ ὄντες ὅμοροι τοῖς Μακεδόσι, καὶ τὴν αὔξησιν ὑφορώμενοι τοῦ Φιλίππου, καθ' ἑαυτοὺς μὲν οὐκ ἦσαν ἀξιόμαχοι, προηττημένοι· κοινῇ δὲ πολεμοῦντες [1] ὑπέλαβον ῥαδίως αὐτοῦ περιέσεσθαι. διόπερ ἀθροιζόντων τὰς δυνάμεις, ἐπιφανεὶς ἀσυντάκτοις καὶ καταπληξάμενος, ἠνάγκασε προσθέσθαι τοῖς Μακεδόσιν.

Hos ſubito, nec dum paratos, opprimit Philippus.

κγ'. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Καλλιστράτου, Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Μάρκον Φάβιον καὶ Γάϊον Πλώτιον. ἐπὶ δὲ τούτων ὁ κληθεὶς ἱερὸς πόλεμος συνέστη, καὶ [2] διέμεινεν ἔτη ἐννέα. Φιλόμηλος γὰρ ὁ Φωκεὺς, ἀνὴρ θράσει καὶ παρονομίᾳ διαφέρων, κατελάβετο μὲν τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερὸν, ἐξέκαυσε δὲ τὸν ἱερὸν πόλεμον, διὰ τοιαύτας τινὰς αἰτίας· Λακεδαιμονίων πρὸς Βοιωτοὺς διαπολεμησάντων τὸν Λευκτρικὸν πόλεμον, καὶ καταπολεμηθέντων, οἱ μὲν Θηβαῖοι, διὰ τὴν

Olymp. CVI, 2.

In Graecia *bellum ſacrum* oritur.

Cum Lacedaemonii Leuctrico bello Cadmeam occupaſſent,

1 Ὑπέβαλον Baſ. prono errore.

2 Sic Vat. Reg. uterque, Baſ. In Steph. ed. διέμενειν, operarum peccato.

nibus finitimi, cum vires Philippi, in dies magis ac magis creſcentes, lividis oculis intuerentur, nec tamen iampridem ab eo victis pares ad rebellandum vires ſuppeterent, hoc modo victoriam de ipſo relaturos ſe confidebant, ſi iunctis illi copiis bellum inferrent. Verum hos, dum copias adhuc cogunt, nec ullos dum ordines inſtructos habent, ſubito adventu oppreſſos, & perculſos, in iura Macedonici regni concedere Philippus coëgit.

XXIII. Poſtquam Archon Athenis Calliſtratus, Conſules Romae M. Fabius, & C. Plotius creati eſſent, bellum, quod ſacrum nominatur, conflatum eſt, novemque annos duravit. Philomelus enim Phocenſis, confidentia & ſcelerata morum pravitate nemini ſecundus, templo in Delphis occupato, bellum ſacrum his de cauſis accendit. Cum Lacedaemonii Leuctrico, quod cum Thebanis geſſerant, bello devicti eſſent, Thebani propter Cad-

& Phocenses agrum Cirrhaeum operi rustico destinassent, utrisque Amphictyones multam grandem imposuerunt.

κατάληψιν τῆς Καδμείας, δίκας μεγάλας ἐπαγαγόντες τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐν Ἀμφικτύοσι, κατεδίκασαν αὐτοὺς πολλοῖς χρήμασιν. οἱ δὲ Φωκεῖς ἐπεργασάμενοι πολλὴν τῆς ἱερᾶς χώρας τῆς ὀνομαζομένης Κιῤῥαίας, δίκας ὑπέσχον ἐν Ἀμφικτύοσι, καὶ πολλοῖς ταλάντοις κατεκρίθησαν. οὐκ ἐκτινόντων δ' αὐτῶν τὰ ὀφλήματα, οἱ μὲν Ἱερομνήμονες ἐν Ἀμφικτύοσι κατηγόρουν τῶν Φωκέων, καὶ τὸ συνέδριον ἠξίουν, ἐὰν μὴ τὰ χρήματα τῷ θεῷ ἀποδῶσιν οἱ Φωκεῖς, καθιερῶσαι τὴν χώραν τῶν ἀποστερούντων [1] τὸν θεόν· ὁμοίως δ' ἔφασαν δεῖν καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς καταδικασθέντας ἐκτίνειν τὰ ὀφλήματα, ἐν οἷς ὑπῆρχον καὶ Λακεδαιμόνιοι· ἐὰν δὲ μὴ ὑπακούωσι, κοινῇ ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων μισοπονηρίας ἀξιοῦσθαι. τῶν δ' Ἑλλήνων συνεπικυρούντων τὰ δόγματα τῶν Ἀμφικτυόνων, καὶ τῆς τῶν Φωκέων χώρας μελλούσης καθιεροῦσθαι, ὁ Φιλόμηλος μέγι-

1 Τῷ θεῷ ora Steph. Venet.

meam occupatam, Spartanis in Amphictyonum iudicio magnopere accusatis, grandem pecuniae summam irrogarant. Phocenses etiam, quod magnum terrae sacrae tractum, quae Cirrhaea nuncupatur, opere rustico excoluissent, repetundarum in senatu Amphictyonum arcessiti, ac multis talentis condemnati fuerunt. Cum vero multam non exsolverent; Hieromnemones, impacta Phocensibus dica, senatum Amphictyonum rogarunt, ut nisi pecunia Deo persolveretur, depeculatorum agros Deo consecrarent. Itemque a ceteris quoque damnatis, inter quos erant Lacedaemonii, exigenda, quae deberentur, contendebant. Quod si parere abnuerent, communi omnium Graecorum odio expositi forent. Hoc Amphictyonum decretum cum Graecorum suffragiis comprobaretur, iamque prope esset, ut ager Phocensium sacris Dei usibus addiceretur; Philomelus, cuius summa tunc

στον ἔχων ἐν τοῖς Φωκεῦσιν ἀξίωμα, [1] διελέχθη τοῖς ὁμοεθνέσι, διδάσκων ὡς ἐκτίσαι μὲν οὐ δύναιται τὰ χρήματα, διὰ τὸ μέγεθος τῆς καταδίκης· περιορᾶν δὲ καθιερωμένην τὴν χώραν οὐ μόνον [2] ἀνάνδρων ὑπάρχειν, ἀλλὰ καὶ κίνδυνον [3] ἐπιφέρειν, καὶ τῷ τῶν πάντων βίῳ ἀνατροπήν. ἐπειρᾶτο δὲ καὶ τὰς κρίσεις τῶν Ἀμφικτυόνων ἀδίκους δεικνύναι κατὰ τὸ δυνατόν. μικρᾶς γὰρ παντελῶς χώρας κατεργασθείσης, μεγίστας ζημίας τεθεῖσθαι. συνεβούλευεν οὖν ταύτας ἀκύρους ποιῆσαι, καὶ μεγάλας ἀφορμὰς ἔχειν [4] ἀπέφαινε τοὺς Φωκεῖς κατὰ τῶν Ἀμφικτυόνων. τὸ γὰρ παλαιὸν τοῦ μαντείου τὴν ἐξουσίαν καὶ προστασίαν ἐσχηκέναι τούτους. καὶ μάρτυρα τὸν ἀρχαιότατον καὶ μέγιστον τῶν ποιητῶν Ὅμηρον παρείχετο, λέγοντα·

Sed Philomelus Phocensis populares suos oratione permovit, ut huic sententiae parere recusarent.

1 Διηλέχθη Vat. Tum τοῖς ὁμοέθνοις Reg. 1. Basil.
2 Ἄνανδρον idem. ἀνάνδρως Baf.
3 Ἐπιφέρειν τῇ τῶν ἁπάντων τοῦ βίου ἀνατροπῇ marg. Stephan. cum Venet.
4 Ἀπέφαινε Vat. Reg. uterque, Basil. Edd. ἀπεφαίνετο.

inter Phocenses dignitas erat, verba popularibus faciens, pecunias, ob multae irrogatae granditatem, nequaquam exsolvi posse; pati vero, ut ager devoveatur, non effeminatorum modo hominum esse, sed cum periculo coniunctum, vitaeque omnium labefactationem & ruinam afferre, docebat: operam quoque dabat, ut pro qua posset facultate, inter differendum sententias Amphictyonum quam iniquissimas esse, demonstraret; siquidem ob pusillum agri hactenus a se culti, mulcta longe maxima esset inflicta. Consilium proinde illis dabat, ut iudicium illud rescinderent, causasque, cur id facerent, non exiguas Phocensibus suppetere confirmabat. Iam olim in potestate ac clientela ipsorum oraculum fuisse: in cuius rei testimonium antiquissimi, omniumque maximi poëtae, Homeri versus allegabat, ubi canit poëta:

Αὐτὰρ [1] Φωκήων Σχέδιος καὶ Ἐπίστροφος ἦρχον,
Οἳ Κυπάρισσον ἔχον, Πυθῶνά τε [2] πετρήεσσαν.

διόπερ ἔφη δεῖν ἀμφισβητεῖν περὶ τῆς τοῦ μαντείου προστασίας, ὡς οὔσης πατρίου τοῖς Φωκεῦσιν. [3] ἐπηγγέλλετο δὲ κατορθώσειν τὴν ἐπιβολήν, ἐὰν αὐτὸν αὐτοκράτορα καταστήσωσι στρατηγὸν τῆς ὅλης ἐπιβολῆς, καὶ κύριον.

Philomelus, a Phocensibus imperator creatus, Archidamo, rege Laced. in partes suas tracto,

κδ'. Τῶν δὲ Φωκέων διὰ τὸν ἐκ τῆς καταδίκης φόβον ἑλομένων αὐτὸν. αὐτοκράτορα στρατηγόν, ὁ Φιλόμηλος ἐνεργῶς ἐπετέλει τὰς [4] ἐπαγγελίας. πρῶτον μὲν γὰρ παρελθὼν εἰς τὴν Σπάρτην, ἐν ἀπορρήτοις διελέχθη τῷ βασιλεῖ τῶν Λακεδαιμονίων Ἀρχιδάμῳ, ὅτι κοινὸς ὁ ἀγών ἐστιν αὐτῷ περὶ τοῦ ποιῆσαι τὰς κρίσεις τῶν Ἀμφικτυόνων ἀκύρους. εἶναι γὰρ καὶ κατὰ τῶν Λακεδαιμονίων μεγάλας καὶ ἀδίκους ἀποφάσεις τῶν Ἀμφικτυόνων. ἐδήλωσεν οὖν αὐτῷ διότι τοὺς Δελφοὺς

1 Φωκείων Basil.
2 Πτερήεσσαν Vatic.
3 Ἐπηγγέλετο Reg. 1.
4 Ἐπαγγελείας Basil.

Qui Cyparisson habent, Pythonaque rupe iacentem,
Phocenses, Schediusque regunt, & Epistrophus acer.

Idcirco de patrocinio templi fatidici controversandum esse, quod patrium & avitum utique esset Phocensibus, afferebat. Quod si absolutam sibi potestatem, ut summo imperatori, novi huius negotii traderent, summa illud dexteritate se administraturum, spopondit.

XXIV. Quid fit? Phocenses, multae in se decretae metu, dictatorem creant Philomelum. Is promissa factis gnaviter exsequitur. Et statim itinere Spartam suscepto, arcanos hac de re sermones cum Archidamo Lacedaemoniorum rege confert, quod ipsi non minus, quam sibi, contendendum sit, ut irritae sententiae Amphictyonum reddantur. Nam & contra Lacedaemonios enormiter iniusteque Amphictyones pronuntiasse. Consilium igi-

καταλαβέσθαι διέγνωκεν, καὶ τῆς προστασίας ἐὰν ἐγκρατὴς γένηται, τὰ δόγματα τῶν Ἀμφικτυόνων ἀκυρώσει. ὁ δ' Ἀρχίδαμος ἀποδεξάμενος τὸν λόγον, φανερῶς μὲν κατὰ τὸ παρὸν οὐκ ἔφησε βοηθήσειν, λάθρα δὲ πάντα συμπράξειν, χορηγῶν καὶ χρήματα καὶ μισθοφόρους. ὁ δὲ Φιλόμηλος παρὰ μὲν τούτου πεντεκαίδεκα[1] τάλαντα λαβὼν, ἰδίᾳ δὲ προσθεὶς οὐκ ἐλάττω τούτων, μισθοφόρους τε ξένους ἐμισθώσατο, καὶ τῶν Φωκέων ἐπέλεξε χιλίους, οὓς ὠνόμασε πελταστάς. ἀθροίσας δὲ στρατιωτῶν πλῆθος, καὶ καταλαβόμενος τὸ μαντεῖον, τούς τε Θρακίδας καλουμένους τῶν Δελφῶν ἐναντιουμένους ἀνεῖλε, καὶ τὰς οὐσίας αὐτῶν ἐδήμευσε· τοὺς δ' ἄλλους ὁρῶν καταπεπληγμένους, παρεκάλει θαῤῥεῖν, ὡς οὐδενὸς ἐσομένου περὶ αὐτοὺς δεινοῦ. διαβοηθείσης δὲ τῆς περὶ τὸ ἱερὸν καταλήψεως, Λοκροὶ μὲν οἱ πλησίον οἰκοῦντες παραχρῆμα ἐστράτευσαν ἐπὶ

acceptaque ab eo pecunia, bellum movet,

Delphos vi occupat,

Locros finitimos proelio fundit,

1 Λαβὼν τάλαντα Reg. 1. Paullo ante ἀκυρῶσαι non malum foret.

tur Delphos occupandi, & si patrocinium eius sui iuris fecerit, Amphictyonum decreta antiquandi, regi aperit. Archidamus, cui non improbaretur haec oratio, in praesens quidem manifestis se illum auxiliis non instructurum, sed clanculum pecuniis, & militibus, qui stipendia facerent, praesto futurum, recepit. Tum Philomelus, acceptis ab eo XV talentis, deque suo totidem adiectis, peregrinos hinc inde milites stipendio conduxit. E Phocensibus autem CIↃ delegit, quos peltastas nominavit. Magna itaque vi militum coacta, templum invadit. Obsistunt quidem illi Delphorum nonnulli, qui Thracidae nuncupantur: verum hos ille occidit, & facultates eorum vulgo diripiendas permittit. Ceterosque perculsos videns, bonum habere animum iussit: nihil enim mali passuros. Iamque fani occupati fama longe lateque vagabatur, cum Locri, finitimos incolentes tractus, arma-

τὸν Φιλόμηλον· γενομένης δὲ περὶ Δελφοὺς μάχης, οἱ μὲν Λοκροὶ λειφθέντες καὶ πολλοὺς ἀποβαλόντες τῶν στρατιωτῶν ἔφυγον εἰς τὴν οἰκείαν· ὁ δὲ Φιλόμηλος ἐπαρθεὶς τῇ νίκῃ, τὰς τῶν Ἀμφικτυόνων ἀποφάσεις ἔκ τε τῶν στηλῶν ἐξέκοψε, καὶ τὰ περὶ τῶν καταδίκων γράμματα κατέλυσεν. αὐτὸς δὲ διέδωκε λόγον ὡς οὔτε συλᾶν τὸ μαντεῖον διέγνωκεν, οὔτ' ἄλλην οὐδεμίαν παράνομον πρᾶξιν συντελεῖν βεβούλευται, τῆς δὲ προγονικῆς προστασίας ἀμφισβητῶν, καὶ τὰς τῶν Ἀμφικτυόνων ἀδίκους ἀποφάσεις ἀκυρῶσαι βουλόμενος, βοηθεῖ τοῖς πατρίοις νόμοις τῶν Φωκέων.

Amphictyonum decreta delet & abrogat.

κε´. Οἱ δὲ Βοιωτοὶ συνελθόντες εἰς ἐκκλησίαν, ἐψηφίσαντο βοηθεῖν τῷ μαντείῳ, καὶ παραχρῆμα στρατιώτας ἐξέπεμψαν. τούτων δὲ πραττομένων, ὁ Φιλόμηλος τεῖχός τε περιεβάλετο τῷ ἱερῷ καὶ μισθοφόρους ἤθροισε πολλούς, ἀναβιβάσας τοὺς μισθοὺς καὶ ποιήσας

Boeoti dum infesto exercitu templum recuperare decernunt, Philomelus terras occupatas munit,

tis Philomelum copiis aggrediuntur, commiſſaque circa Delphos pugna, ſuccumbunt, & poſt magnam ſuorum caedem, domum fuga ſe recipiunt. Philomelus, hac victoria excitatus, decreta Amphictyonum e columnis excidit, & tabulas damnatorum abolevit. Interea rumores paſſim diſſeminaverat, ſe neque templum exſpoliare conſtituiſſe, neque alterius iniqui facinoris deſignandi conſilia agitare: ſed quia praerogativam a maioribus traditam vindicet, & iniuſtas Amphictyonum ſententias abrogare cupiat, patriis Phocenſium legibus defenſionem praeſtare.

XXV. At Boeoti, publicam ad deliberationem congregati, templo ſuccurrendum decernunt, & armatorum confeſtim manum expediunt. Quae dum geruntur, Philomelus muro templum circumdat, & conſcriptis hinc inde militum copiis, dimidium toti ſupererogans, ſtipen-

ἡμιολίους· καὶ τῶν Φωκέων ἐπιλέγων τοὺς ἀρίστους κατέγραφε, καὶ ταχὺ δύναμιν ἀξιόλογον ἤθροισεν. οὐκ ἐλάττους γὰρ τῶν πεντακισχιλίων στρατιωτῶν ἔχων, προεκάθητο τῶν Δελφῶν, φοβερὸς ὢν ἤδη τοῖς πρὸς αὐτὸν [1] πολεμεῖν βουλομένοις. μετὰ δὲ ταῦτα στρατεύσας εἰς τὴν τῶν Λοκρῶν χώραν, καὶ πολλὴν τῆς πολεμίας γῆς δῃώσας, κατεστρατοπεδεύσατο πλησίον ποταμοῦ τινος, ῥέοντος παρὰ φρούριον ὀχυρόν. τούτῳ δὲ προσβολὰς ποιησάμενος, καὶ μὴ δυνάμενος ἑλεῖν, τῆς μὲν πολιορκίας ἀπέστη, πρὸς δὲ τοὺς Λοκροὺς συνάψας μάχην, ἀπέβαλε τῶν στρατιωτῶν εἴκοσι, καὶ τῶν νεκρῶν οὐ δυνηθεὶς κρατῆσαι, τὴν ἀναίρεσιν αὐτῶν διὰ κήρυκος ᾐτήσατο. οἱ δὲ Λοκροὶ τὴν ἀναίρεσιν οὐ συγχωροῦντες, ἀπόκρισιν ἔδωκαν, ὅτι παρὰ πᾶσι τοῖς Ἕλλησι κοινὸς νόμος ἐστὶν ἀτάφους ῥίπτεσθαι τοὺς ἱεροσύλους· ὁ δὲ Φιλόμηλος χαλεπῶς φέρων τὸ συμβεβη-

copias auget,

Locros iterum pugna vincit, eorumque terras vaftat.

1 Defideratur v. πολεμεῖν in Bafil.

dium auget, delectuque habito, Phocenfium fortiffimos accenturiat; brevique tam infignem exercitum contraxit, ut non infra V CIↃ fub fignis haberet; tranfituque ad Delphos occupato, bello ipfum aggrefsuris iam formidabilis erat. Hinc armis in Locrorum terram promotis, compluribus in locis eam populatur, & iuxta flumen quoddam, caftellum egregie munitum praeterlabens, caftra ponit. Id oppugnationibus aliquot tentatum ubi capere nequit, obfidione intermiffa, cum Locris manus conferens, XX fuorum amittit: quorum cadavera dum recuperare vi non poteft, per caduceatorem, ut fibi reftituantur, petit. Locri, collectione mortuorum negata, refpondent, apud univerfos Graecos communi lege fancitum haberi, ut facrilegi abiiciantur infepulti. Hanc repulfam moleftiffime ferens Philomelus, cum Locren-

κὸς, συνῆψε μάχην τοῖς Λοκροῖς, καὶ πᾶσαν εἰσενεγκάμενος φιλοτιμίαν, ἀνεῖλέ τινας τῶν πολεμίων, καὶ τῶν σωμάτων κυριεύσας, ἠνάγκασε τοὺς Λοκροὺς ἀλλαγὴν ποιήσασθαι τῶν νεκρῶν. κρατῶν δὲ τῶν ὑπαίθρων, καὶ πολλὴν πορθήσας τῆς Λοκρίδος, ἐπανῆλθεν εἰς Δελφοὺς, ἐμπεπληκὼς ὠφελείας τοὺς στρατιώτας. μετὰ δὲ ταῦτα περὶ τοῦ πολέμου βουλόμενος χρήσασθαι τῷ μαντείῳ, τὴν [1] Πυθίαν ἠνάγκασεν ἀναβᾶσαν ἐπὶ τὸν τρίποδα δοῦναι τὸν χρησμόν.

Tum Pythiam de exitu belli responsa dare cogit.

κϛʹ. Ἐπεὶ δὲ τοῦ τρίποδος ἐμνήσθην, οὐκ ἄκαιρον προσαναλαβεῖν ἡγοῦμαι τὴν παλαιὰν περὶ αὐτοῦ παραδεδομένην ἱστορίαν. λέγεται γὰρ τὸ παλαιὸν αἶγας εὑρεῖν τὸ μαντεῖον· οὗ χάριν αἶξι μάλιστα χρηστηριάζονται μέχρι τοῦ νῦν οἱ Δελφοί. τὸν δὲ τρόπον τῆς εὑρέσεως γενέσθαι φασὶ τοιοῦτον· ὄντος χάσματος ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ, καθ᾽ ὃν ἐστι νῦν τοῦ ἱεροῦ τὸ καλούμενον ἄδυτον, καὶ περὶ τοῦτο γενομένων αἰγῶν, διὰ τὸ μήπω

Digressio de oraculi Delphici primis originibus & institutis.

1 Πυθεῖ Vatic.

sibus iterum confligit, omnique studio elaborans, nonnullis hostium interfectis cadaveribus potitur; atque ita ad permutationem inhumatorum eos cogit. Iamque campos in potestate habens, Locride passim devastata, cum milite praedis onusto Delphos regreditur. Exin de belli eventu ex oraculo aliquid rescifcere cupiens, vi Pythiam adegit, ut tripode conscenso, responsum sibi daret.

XXVI. Postquam vero mentio tripodis hic sese offert, historiam, antiquitus de illo traditam, hic repetere, non intempestivum arbitror. Olim a capris oraculum hoc inventum memoratur. Cuius gratia mactatis ut plurimum capris, ad hunc usque diem sortes faticidas Delphi captant. Inventionis hunc porro modum tradunt. Terrae hiatus eo loco fuit, ubi nunc adytum (quod vocatur) templi exsistit, circumque hunc caprae pascentes

κατοικεῖσθαι τοὺς Δελφοὺς, [1] ἀεὶ τὴν προσιοῦσαν τῷ χάσματι καὶ προσβλέψασαν αὐτῷ, σκιρτᾶν θαυμαστῶς, καὶ προΐεσθαι φωνὴν διάφορον, ἢ πρότερον εἰώθει φθέγγεσθαι. τὸν δ' ἐπιστατοῦντα ταῖς αἰξὶ θαυμάσαι τὸ παράδοξον, καὶ προσελθόντα τῷ χάσματι, καὶ κατιδόντα, οἷόνπερ ἦν, ταυτὸ παθεῖν ταῖς αἰξίν. ἐκείνας τε γὰρ ὅμοια ποιεῖν τοῖς ἐνθουσιάζουσι, καὶ τοῦτον προλέγειν τὰ μέλλοντα γίγνεσθαι. μετὰ δὲ ταῦτα τῆς φήμης παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις διαδοθείσης περὶ τοῦ πάθους τῶν [2] προσιόντων τῷ χάσματι, πλείους ἀπαντᾷν ἐπὶ τὸν τόπον· διὰ δὲ τὸ παράδοξον [3] πάντων ἀποπειρωμένων, τοὺς ἀεὶ πλησιάζοντας ἐνθουσιάζειν. δι' ἃς αἰτίας [4] θαυμασθῆναί τε τὸ μαντεῖον, καὶ νομισθῆναι τῆς Γῆς εἶναι τὸ χρηστήριον· καὶ χρόνον μέν τινα τοὺς βουλομένους μαντεύεσθαι, προσιόντας τῷ χάσμα-

1 Αἰεὶ Reg. 2. In altero, Basil. & Schol. in Aristophanis Plut. v. 9, ἀεὶ τῷ χάσματι τὴν προσιοῦσαν.

2 Προϊόντων Reg. 1.

3 Τῶν ἀποπειρωμένων Regius 1. Basil. & ora Steph.

4 Θαυμαστωθῆναι Steph. marg.

oberrarunt, quod Delphi tunc nondum colerentur. Ibi frequenter accidit, ut quaecunque propius ad voraginem accedens despiceret, mirum in modum exsultaret, & vocem ab usitata prius dissonam emitteret. Id pastor gregis ut insolens admiratus, quid rei foret, exploraturus accessit, & ipse despectans, eodem modo, quo caprae, affectus abiit. Nam istae ut divino afflatae spiritu se gerere: hic futuros eventus praecinere. Mox fama per rupis accolas divulgata, quod tam miris proximantes specui modis afficerentur, plures eo loci convenere; cumque propter rei novitatem periculum facerent omnes, quicunque propius adierant, furore divino corripiebantur. Hinc locus ille ceu fatidicus pro miraculo habitus, Terraeque oraculum esse creditum fuit. Duravit ad tempus ille mos, ut, qui divinare vellent, antro propinquan-

τι ποιεῖσθαι τὰς μαντείας ἀλλήλοις· μετὰ δὲ ταῦτα, πολλῶν καθαλλομένων εἰς τὸ χάσμα διὰ τὸν ἐνθουσιασμὸν, καὶ πάντων ἀφανιζομένων, δόξαι τοῖς κατοικοῦσι περὶ τὸν τόπον, ἵνα μηδεὶς κινδυνεύῃ, προφῆτίν τε μίαν πᾶσι καταστῆσαι γυναῖκα, καὶ διὰ ταύτης γίνεσθαι τὴν χρησμολογίαν· ταύτῃ δὲ κατασκευασθῆναι μηχανὴν, ἐφ᾽ ἣν ἀναβαίνουσαν ἀσφαλῶς ἐνθουσιάζειν καὶ μαντεύεσθαι τοῖς βουλομένοις. εἶναι δὲ τὴν μηχανὴν τρεῖς ἔχουσαν βάσεις, ἀφ᾽ ὧν αὐτὴν τρίποδα κληθῆναι· σχεδὸν δὲ παντὸς τοῦ κατασκευάσματος ἀπομιμήματα γίνεσθαι τοὺς ἔτι καὶ νῦν κατασκευαζομένους χαλκοῦς τρίποδας. ὃν μὲν οὖν τρόπον εὑρέθη τὸ μαντεῖον, καὶ δι᾽ ἃς αἰτίας ὁ τρίπους κατεσκευάσθη, ἱκανῶς εἰρῆσθαι νομίζω. θεσπιῳδεῖν δὲ τὸ ἀρχαῖον λέγεται παρθένους, διά τε τὸ τῆς φύσεως [1] ἀδιάφθορον, καὶ τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ὁμογενές· ταύτας γὰρ εὐθετεῖν πρὸς

1 Ἀδιάφορον Basil.

tes de futuris alter alteri refponfarent. Sed cum multi, per exceffum mentis lymphaticum, in fpecum defultarent, omnefque e confpectu hominum auferrentur; confultius accolis vifum, ne quis idem periculum incurreret, unam ex omni feminarum fexu vatem confecrari, quae fatidicis pofthac effatis praeeffet; machinamque illi fabricari, qua confcenfa, citra noxam afflatu divino repleri, & confulentibus vaticinari poffet. Machinae tres erant bafes: unde tripodi illi nomen obvenit. Figuram eius propemodum omnes hodieque conflati ex aere tripodes imitantur. Quem igitur ad modum oraculi fedes inventa, quibufque de caufis tripus exftructus fit, fatis iam declaratum arbitror. Sortes a virginibus quondam editas, fama eft, quod & naturam haberent incorruptam, & fexus cum Diana communionem. Adde, quod fervan-

τὸ τηρεῖν τὰ ἀπόῤῥητα τῶν [1] χρησμῳδουμένων. ἐν δὲ τοῖς νεωτέροις χρόνοις φασὶν [2] Ἐχεκράτην τὸν Θετταλὸν, παραγενόμενον εἰς τὸ χρηστήριον, καὶ θεασάμενον τὴν χρησμολογοῦσαν παρθένον, ἐρασθῆναι διὰ τὸ κάλλος αὐτῆς, καὶ συναρπάσαντα βιάσασθαι· τοὺς δὲ Δελφοὺς διὰ τὸ γεγενημένον πάθος, εἰς τὸ λοιπὸν νομοθετῆσαι μηκέτι παρθένον χρηστηριάζειν, ἀλλὰ γυναῖκα πρεσβυτέραν πεντήκοντα ἐτῶν χρησμολογεῖν· κοσμεῖσθαι δ' αὐτὴν παρθενικῇ σκευῇ, καθάπερ ὑπομνήματι τῆς παλαιᾶς [3] προφήτιδος. τὰ μὲν οὖν περὶ τῆς εὑρέσεως τοῦ μαντείου μυθολογούμενα, τοιαῦτ' ἐστίν· ἡμεῖς δ' ἐπανάξομεν ἐπὶ τὰς Φιλομήλου πράξεις.

κζ'. Οὗτος γὰρ κρατῶν τοῦ μαντείου προσέταττε τῇ Πυθίᾳ [4] τὴν μαντείαν ἀπὸ τοῦ τρίποδος ποιεῖσθαι, [5] κατὰ τὰ πάτρια. ἀποκριναμένης δ' αὐτῆς ὅτι ταῦτά ἐστι τὰ πάτρια, διηπειλήσατο καὶ συνηνάγκασε τὴν

Pythia contra morem coacta reſpondet, licere quaecunque velit.

1 Χρησμοδοτουμένων Regius 1. ſatis bene.
2 Ἐχεκράτη Reg. 1. & Schol. ad Plut. Ariſtoph. v. 9.
3 Προφήτιδος in Reg. 1. optime. Vulgo προφητείας.
4 Τὰς μαντείας ora Steph.
5 Καὶ τὰ Baſil.

dis oraculorum ſecretis magis idoneae viderentur. Sed propinquiore (aiunt) memoria Theſſalus quidam Echecrates, ad oraculum profectus, ex fatidicae virginis intuitu, propter eximiam eius venuſtatem, amore exardeſcit, raptaeque ſtuprum offert. Quod facinus Delphos impulit, ut lege ſancita caverent, ne virguncula deinceps, ſed femina quinquagenaria maior, virgineo tamen ornatu, tanquam in priſtinae vatis memoriam, Dei reſponſis praeſideret. Haec ſunt, quae de oraculo primitus reperto, ex vetuſta fabularum traditione, referuntur. Iam ad Philomeli res geſtas regrediemur.

XXVII. Is, fano in poteſtatem redacto, Pythiam ritu patrio ex tripode oraculum ſibi reddere iuſſit. Cumque vates, hunc patrium eſſe morem diceret, minis illam ad-

ἀνάβασιν ποιεῖσθαι ἐπὶ τὸν τρίποδα. ἀποφθεγξαμένης δ' αὐτῆς πρὸς τὴν ὑπεροχὴν τοῦ βιαζομένου, ὅτι ἔξεστιν αὐτῷ πράττειν ὃ βούλεται, ἀσμένως τὸ ῥηθὲν ἐδέξατο, καὶ τὸν προσήκοντα χρησμὸν ἔχειν ἀπεφήνατο. εὐθὺς δὲ καὶ τὸν χρησμὸν ἔγγραφον ποιήσας, καὶ [1] προθεὶς εἰς τοὐμφανὲς, ἅπασιν ἐποίησε φανερὸν, ὅτι ὁ θεὸς αὐτῷ δίδωσιν ἐξουσίαν πράττειν ὅ, τι βούλεται. συναγαγὼν δ' ἐκκλησίαν, καὶ τὴν μαντείαν τοῖς πλήθεσι δηλώσας, καὶ παρακαλέσας θαῤῥεῖν, ἐτρέπετο πρὸς τὰς τοῦ πολέμου πράξεις. ἐγένετο δ' αὐτῷ καὶ σημεῖον ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ἀπόλλωνος. ἀετὸς γὰρ [2] ὑπερπετόμενος τὸν νεὼν τοῦ θεοῦ, καὶ συγκυλισθεὶς ἐπὶ τὴν γῆν, τὰς τρεφομένας ἐν τῷ ἱερῷ περιστερὰς ἐθήρευεν, ὧν ἐνίας ἀπ' αὐτῶν ἥρπαζε τῶν βωμῶν. τὸ δὲ σημεῖον ἔφασαν οἱ περὶ ταῦτ' ἀσχολούμενοι σημαίνειν τῷ Φιλομήλῳ

Alio insuper prodigio laetus,

1 Προσθεὶς Reg. 1. Mox τὸ συμφανὲς Reg. 2. & Basil. prave.

2 Ὑπερπετάμενος Reg. 1. Vid. ad L. IV, 77.

egit, ut tripodem conscenderet. Ibi mulier, ad vim inferentis auctoritatem sese accommodans, licere ipsi, quidquid liberet, respondit. Quod laeto ille animo complexus, conveniens negotio suo responsum se habere, affirmavit. Idque statim in tabula descriptum, publice omnibus legendum proposuit, ut omnibus demonstraret, quod rerum pro libitu gerendarum licentiam ipsi Deus tradidisset. Concione etiam populi advocata, divinam ex adyto vocem multitudini exponit, omnesque ad constantiam exhortatur. Hinc ad negotia belli denuo se convertit. Quin & prodigium ad ipsum Apollinis templum ei offertur. Nam aquila, fanum Dei supervolitans, & ad terram se devolvens, nutritas in templo columbas venabatur, adeo ut nonnullas ex ipsis altaribus corriperet. Eo portendi Philomelo & Phocensibus, hisce studiis oc-

καὶ τοῖς Φωκεῦσι κρατήσειν τῶν περὶ Δελφοὺς πραγμάτων. ἐπαρθεὶς οὖν ἐπὶ τούτοις, ἐπέλεξε τῶν φίλων τοὺς εὐθετωτάτους εἰς τὰς πρεσβείας, καὶ τούτων τοὺς μὲν εἰς τὰς Ἀθήνας, τοὺς δ' εἰς Λακεδαίμονα, [1] τοὺς δ' εἰς τὰς Θήβας ἐξέπεμψεν· ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς τὰς ἄλλας τὰς ἐπισημοτάτας τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα πόλεων ἀπέστειλεν, ἀπολογούμενος, ὅτι κατείληπται τοὺς Δελφοὺς, οὐ τοῖς ἱεροῖς χρήμασιν ἐπιβουλεύων, ἀλλὰ τῆς τοῦ ἱεροῦ προστασίας ἀμφισβητῶν· εἶναι γὰρ Φωκέων αὐτὴν ἰδίαν ἐν τοῖς παλαιοῖς χρόνοις ἀποδεδειγμένην. τῶν δὲ χρημάτων τὸν λόγον ἔφη πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν ἀποδώσειν, καὶ τόν τε σταθμὸν καὶ [2] τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀναθημάτων ἕτοιμος εἶναι παραδιδόναι τοῖς βουλομένοις ἐξετάζειν. ἠξίου δὲ, ἄν τις δι' ἔχθραν ἢ φθόνον πολεμῇ Φωκεῦσι, μάλιστα μὲν συμμαχεῖν, εἰ δὲ μή γε, τὴν ἡσυχίαν ἄγειν. τῶν δὲ πρέσβεων τὸ προσταχθὲν πραξάντων, Ἀθηναῖοι μὲν καὶ Λακεδαιμόνιοι, καί

legationes ad Athenienſes, Laced. Thebanos mittit, nuntiantes, templi patrocinium, non opes quaeri.

Hi itaque foedere iunguntur;

1 Τοὺς δ' εἰς Reg. 2. Baſ. quod ſequor. Δὲ alii.

2 Deſit Reg. 2. Baſ. Mox παραδοῦναι Venet.

cupati dictitabant, quod rerum apud Delphos potituri eſſent. Hinc magnopere inflatus, amicorum maxime idoneos legationibus deſtinat, horumque nonnullos Athenas, quoſdam Lacedaemonem, partem etiam Thebas, itidemque ceteras Graeciae urbes inſigniores, mittit, cum hac excuſatione: Delphos a ſe occupatos, non quod ſacris opibus inſidias tendat, ſed ut fani patrocinium popularibus ſuis vindicet. Rationem etiam pecuniae cunctis Graecis reddere, ponduſque ac numerum donariorum recenſere, quiſquis id exegerit, paratum ſe eſſe, confirmat. Rogat tandem, ſi quis ex odio vel invidia bellum Phocenſibus faceſſat, ut ſecum arma potius coniungat: ſin minus, ut ab armis ſaltem abſtineat. His mandatis cum legati ſtrenue fungerentur, Athenienſes & La-

τινες ἄλλοι συμμαχίαν πρὸς αὐτὸν συνέθεντο, καὶ [1] βοηθήσειν ἐπηγγείλαντο· Βοιωτοὶ δὲ καὶ Λοκροὶ καί τινες ἕτεροι τἀναντία τούτοις ἐψηφίσαντο, καὶ τὸν πόλεμον ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ πρὸς τοὺς Φωκεῖς [2] ἐπανείλοντο. ταῦτα μὲν οὖν ἐπράχθη κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτόν.

at Boeoti & Locrenses contra pugnant.

Olymp. CVI, 3.

κη΄. Ἐπ᾽ ἄρχοντος δ᾽ Ἀθήνησι Διοτίμου, Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους, Γάϊον Μάρκιον καὶ Γναῖον Μάλλιον. ἐπὶ δὲ τούτων, Φιλόμηλος μὲν, προορώμενος τὸ μέγεθος τοῦ πολέμου, μισθοφόρων τε πλῆθος ἤθροιζε, τῶν τε Φωκέων τοὺς εὐθέτους κατέλεγεν εἰς τὴν στρατείαν. τοῦ δὲ πολέμου προσδεομένου χρημάτων, τῶν μὲν ἱερῶν ἀναθημάτων ἀπείχετο, τοὺς δὲ Δελφοὺς εὐδαιμονίᾳ καὶ πλούτῳ διαφέροντας ἐπράξατο πλῆθος χρημάτων ἱκανὸν εἰς τοὺς τῶν ξένων μισθούς. κατασκευάσας οὖν ἀξιόλογον δύναμιν, προήγαγεν εἰς ὕπαιθρον,

Ut par esset hostibus Philomelus, exactis multis pecuniis cum militum copiam conduxisset idoneam,

1 Βοηθεῖν Reg. 1. Basil. 2 Ἐπανείλαντο Vat. Bas. Reg. 1.

cedaemonii, aliique nonnulli, sociale foedus cum eo pacti, auxilia promittunt. Sed Boeoti cum Locrensibus, & quidam alii, in contrariam eunt sententiam, bellumque pro Deo contra Phocenses gerendum suscipiunt. Ista per huius anni curriculum gesta fuere.

XXVIII. Iam Athenis Diotimus Archontis, Romae C. Marcius & Cn. Manlius Consulum munus adierant; cum Philomelus, quanta belli tempestas in se irruitura esset, prospectum habens, ingentem vim militum stipendia facientium contrahebat, quibus etiam Phocenses armis idoneos, habito delectu, aggregavit. At cum pecuniis ad bellum opus esset, a sacris quidem donariis abstinuit; sed a Delphis, qui fortunae benignitate ac divitiis ceteros anteibant, pecuniarum, quantum ad stipendia mercenariorum satis foret, exegit. Cum memorabilem igitur exercitum collegisset, sub dium prodiit,

καὶ φανερὸς ἦν ἑτοίμως ἔχων διαγωνίζεσθαι πρὸς τοὺς ἀλλοτρίως διακειμένους τοῖς Φωκεῦσι. τῶν δὲ Λοκρῶν στρατευσαμένων ἐπ' αὐτὸν, ἐγένετο μάχη περὶ τὰς Φαιδριάδας καλουμένας πέτρας, ἣν νικήσας ὁ Φιλόμηλος, πολλοὺς μὲν ἀνεῖλε τῶν πολεμίων, οὐκ ὀλίγους δ' ἐζώγρησε· τινὰς δὲ κατὰ [1] τῆς πέτρας συνηνάγκασεν ἑαυτοὺς κατακρημνίσαι. μετὰ δὲ τὴν μάχην ταύτην, οἱ μὲν Φωκεῖς ἐπήρθησαν τοῖς φρονήμασι, διὰ τὴν εὐημερίαν· οἱ δὲ Λοκροὶ ταπεινωθέντες, πρέσβεις ἐξέπεμψαν εἰς τὰς Θήβας, ἀξιοῦντες τοὺς Βοιωτοὺς βοηθεῖν αὐτοῖς τε καὶ τῷ θεῷ. οἱ δὲ Βοιωτοὶ, διά τε τὴν πρὸς τοὺς θεοὺς εὐσέβειαν, καὶ διὰ τὸ συμφέρειν αὐτοῖς τὰς τῶν Ἀμφικτυόνων κρίσεις βεβαίας εἶναι, πρός τε τοὺς Θετταλοὺς ἐπρέσβευσαν καὶ τοὺς ἄλλους Ἀμφικτύονας, ἀξιοῦντες κοινῇ πολεμῆσαι τοῖς Φωκεῦσι. ψηφισαμένων δὲ τῶν Ἀμφικτυόνων τὸν πρὸς Φωκεῖς πόλεμον, πολλὴ

Locros ad petras Phaedriadas novo proelio vicit.

Tum vero Boeoti omnes concilii Amphictyonici socios ad bellum commune contra sacrilegos evocarunt.

1 Τὰς ora Steph.

manifeste iam ostendens, se cum quovis Phocensium hoste ad decernendum esse paratum. Tum arma in illum expedientibus Locris, proelio concurritur ad Phaedriades, ut nominantur, Petras, quo Philomelus victor multos hostium interemit, nec exiguum numerum cepit, nonnullos etiam de rupe se praecipites dare coëgit. Ab hac pugna res prospere succedentes animos Phocensibus attollunt: Locrensibus contra fortunae iniquitas deprimit. Legatione idcirco Thebas missa, ut sibi Deoque subveniatur, postulant. Boeoti, tum quod suam erga Deos pietatem constare vellent, tum quod rata haberi Amphictyonum decreta permultum sua interesset, per legatos a Thessalis ceterisque Amphictyonibus, ut commune secum bellum facessant Phocensibus, contendunt. Postquam ergo senatusconsultum Amphictyones de bello contra Phocenses fecerunt, ingens motus & dissidium

ταραχὴ καὶ διάστασις ἦν καθ' ὅλην τὴν Ἑλλάδα. οἱ μὲν γὰρ ἔκριναν βοηθεῖν τῷ θεῷ, καὶ τοὺς Φωκεῖς, ὡς ἱεροσύλους, κολάζειν· οἱ δὲ πρὸς τὴν τῶν Φωκέων βοήθειαν [1] ἀπέκλιναν.

Utriusque partis socii recensentur.

κθ'. Σχιζομένης δὲ τῆς τῶν ἐθνῶν καὶ πόλεων αἱρέσεως, τῷ μὲν ἱερῷ βοηθεῖν ἔγνωσαν Βοιωτοὶ καὶ Λοκροὶ καὶ Θετταλοὶ καὶ Περραιβοὶ, πρὸς δὲ τούτοις Δωριεῖς καὶ Δόλοπες, ἔτι δὲ Ἀθαμᾶνες καὶ [2] Ἀχαιοὶ καὶ Φθιῶται καὶ Μάγνητες, ἔτι δὲ Αἰνιᾶνες, καί τινες ἕτεροι· τοῖς δὲ Φωκεῦσι συνεμάχουν Ἀθηναῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι, καί τινες ἕτεροι τῶν Πελοποννησίων. προθυμότατα δὲ συνέπραττον οἱ Λακεδαιμόνιοι, καί τινες ἕτεροι, διὰ τοιαύτας αἰτίας· ἐν τῷ Λευκτρικῷ πολέμῳ Θηβαῖοι καταπολεμήσαντες τοὺς [3] Λακεδαιμονίους, δίκην ἐπήνεγκαν εἰς Ἀμφικτύονας κατὰ τῶν Σπαρτιατῶν, ὅτι Φοιβίδας ὁ Σπαρτιάτης κατελάβετο τὴν Καδμείαν,

Adiiciuntur causae, quae Lacedaemonios moverunt, ut Phocensibus se adiungerent.

1 Ἀπέκλιναν Reg. 1. quod malo. Ἀπέκλινον cett.
2 *Achaei Phtiotae* Cospus.
3 Λακεδαιμονίους ora Steph. & Venet. cui sedem suam reddo. Πολεμίους edd.

per totam Graeciam exoritur. Pars Deo subveniendum, ac Phocenses, ut sacrilegos, ultione persequendos, censere: pars ad Phocensium defensionem inclinare.

XXIX. Dumque ita in diversa gentes urbesque studia distrahuntur, Boeoti, Locrenses, Thessali, Perrhaebi, cumque his Dorienses, Dolopes, Athamanes, Achaei, Phthiotae, Magnetes, Aenianes, & quidam alii, Deo suppetias decernunt. Cum Phocensibus societatem armorum iungunt Athenienses, & Lacedaemonii, & nonnulli ex Peloponnesiis alii. In partes vero istorum promtissime transierunt cum quibusdam aliis Lacedaemonii, has ob causas. Cum Thebani in pugna Leuctrica hostes debellassent, litem Spartanis in Aphictyonum iudicio intenderant, quod Phoebidas Spartanus Cadmeam occupas-

καὶ διετιμήσαντο τὸ ἀδίκημα ταλάντων πεντακοσίων. καταδικασθέντων δὲ τῶν Λακεδαιμονίων, καὶ τὴν δίκην οὐκ [1] ἐκτιννύντων κατὰ τὸν ὡρισμένον ἐκ τῶν νόμων καιρὸν, οἱ Θηβαῖοι πάλιν δίκην ἐπήνεγκαν διπλοῦ τοῦ ἀδικήματος. τῶν δ' Ἀμφικτυόνων χιλίοις ταλάντοις καταδικασάντων, οἱ Λακεδαιμόνιοι, διὰ τὸ μέγεθος τοῦ ὀφλήματος, ὁμοίας τοῖς Φωκεῦσι τὰς ἀποφάσεις ἐποιοῦντο, λέγοντες ἀδίκως ὑπὸ τῶν Ἀμφικτυόνων καταδεδικάσθαι. διόπερ κοινοῦ ὄντες τοῦ συμφέροντος, οἱ Λακεδαιμόνιοι κατ' ἰδίαν μὲν ὤκνουν ὑπὲρ τῆς καταδίκης ἄρασθαι [2] τὸν πόλεμον, διὰ δὲ τοῦ προσώπου τῶν Φωκέων εὐσχημονέστερον ἔκρινον ἀκυρῶσαι τὰς κρίσεις τῶν Ἀμφικτυόνων. διὰ δὴ ταύτας τὰς αἰτίας ἑτοιμότατα συνεμάχουν τοῖς Φωκεῦσι, καὶ τὴν προστασίαν τοῦ ἱεροῦ συγκατεσκεύαζον αὐτοῖς.

1 Ἐκτιννύντων Vatic. Reg. uterque, Basil. Vulgo ἐκτινόντων.

2 Abest articulus a Reg. 2. & Basil.

set, eamque iniuriam IↃ talentis aestimarant. Sed cum post condemnationem illam ad definitum a legibus terminum adiudicatam multae summam non dissolvissent, Thebani novam contra illos actionem iniuriae duplicis instituerant. Ad CIↃ igitur talenta condemnati Amphictyonum calculis Spartani, ob debitorum magnitudinem, eodem quo Phocenses praetextu utebantur, quod iniustam damnationis sententiam in se tulissent Amphictyones. Quocirca, licet commune foret emolumentum, per se tamen Lacedaemonii condemnationis nomine bellum suscipere supersedebant. At sub Phocensium persona si Amphictyonum decreta irrita facerent, id equidem honestius in speciem existimabant. His ergo de causis summa propensione causam Phocensium adiutantes, tutelare ius templi interim acquirere ipsis moliebantur.

Hoſtium multitudo aucta Phocenſes adegit, ut ſacro theſauro adhibito, ampliore ſtipendio milites ad ſe allicerent.

λ΄. Φανεροῦ δ᾽ ὄντος ὅτι [1] καὶ Βοιωτοὶ μεγάλῃ δυνάμει στρατεύσουσιν ἐπὶ τοὺς Φωκεῖς, ὁ Φιλόμηλος ἔκρινε μισθοφόρων ἀθροίζειν πλῆθος. προσδεομένου δὲ τοῦ πολέμου χρημάτων πλειόνων, ἠναγκάζετο τοῖς ἱεροῖς ἀναθήμασιν ἐπιβαλεῖν τὰς χεῖρας, καὶ συλᾶν τὸ μαντεῖον. ὑποστησαμένου δ᾽ αὐτοῦ τοῖς ξένοις μισθοὺς ἡμιολίους, ταχὺ πλῆθος ἠθροίσθη μισθοφόρων, πολλῶν ὑπακουόντων πρὸς τὴν στρατείαν [2] διὰ τὸ μέγεθος τῶν μισθῶν. τῶν μὲν οὖν ἐπιεικῶν [3] ἀνδρῶν οὐδεὶς ἀπεγράψατο πρὸς τὴν στρατείαν, διὰ τὴν πρὸς τοὺς θεοὺς εὐσέβειαν· οἱ δὲ πονηρότατοι, καὶ θεῶν διὰ τὴν πλεονεξίαν καταφρονοῦντες, προθύμως συνέτρεχον πρὸς τὸν Φιλόμηλον· [4] καὶ ταχὺ δύναμις ἰσχυρὰ συνέστη τῶν πρὸς τὴν ἱεροσυλίαν ὁρμωμένων. ὁ μὲν οὖν Φιλόμηλος, διὰ τὸ μέγεθος τῆς εὐπορίας, ταχὺ δύναμιν ἀξιόχρεων

1 Nota inuſſit Steph. καί.
2 Exſulant ex Regio 1. uſque ἐπιεικῶν.
3 Οὐδεὶς ἀνδρῶν Baſil.
4 Καὶ ταχὺ δύναμιν ἀξιόχρεων κατεσκευάσατο. εὐθὺς οὖν ἐστρ. Baſ. Reg. 2. & Reg. 1. qui κατεσκευάζετο, omiſſis ceteris.

XXX. Ceterum ubi iam certum erat, validiſſimum a Thebanis exercitum in Phocenſes duci, Philomelus maiore conductitii militis robore ſe confirmare ſtatuit. At quia maiores bellum ſumtus flagitabat, donariis ſacris manus iniicere coactus, templum depraedatur. Quare cum ſtipendii ſequiplum peregrino militi polliceretur, magna vis hominum ad eum confluit, & propter ſtipendii amplitudinem ultro quamplurimi imperio ſe eius addicunt. Modeſtorum tamen virorum nullus eam in militiam nomen ſuum eſt profeſſus, quod pietas erga Deum aliud ſuadebat. Interim deterrimus quiſque, Deoſque lucri ſui gratia nauci habens, cupide Philomelo ſeſe aggregat. Brevique robuſtiſſimae copiae ex hominibus ſacrae praedae avidis coalerunt. Affluentia igitur rerum omnium in cauſa fuit, ut iuſtum non longo temporis

Proelio equestri Phocenses superiores. Iidem Thessalos fundunt.

κατεσκευάσατο. εὐθὺς οὖν ἐστράτευσεν εἰς τὴν τῶν Λοκρῶν χώραν, ἔχων στρατιώτας ἱππεῖς τε καὶ πεζοὺς πλείους τῶν μυρίων. ἀντιταχθέντων δὲ τῶν Λοκρῶν, καὶ τῶν Βοιωτῶν βοηθησάντων τοῖς Λοκροῖς, ἱππομαχία συνέστη, καθ' ἣν [1] ἐπροτέρησαν οἱ Φωκεῖς. μετὰ δὲ ταῦτα οἱ μὲν Θετταλοὶ μετὰ τῶν πλησιοχώρων συμμάχων ἀθροισθέντες εἰς ἑξακισχιλίους, ἧκον εἰς τὴν Λοκρίδα, καὶ συνάψαντες μάχην τοῖς Φωκεῦσι περὶ λόφον [2] Ἀργόλαν ὀνομαζόμενον, ἡττήθησαν. ἐπιφανέντων δὲ Βοιωτῶν μυρίοις καὶ τρισχιλίοις στρατιώταις, καὶ τῶν ἐκ Πελοποννήσου Ἀχαιῶν χιλίοις καὶ πεντακοσίοις βοηθησάντων τοῖς Φωκεῦσιν, ἀντεστρατοπέδευσαν αἱ δυνάμεις, ἀμφοτέρων ἀθροισθέντων εἰς ἕνα τόπον.

Captos Boeoti, ut sacrilegos, capite plectunt;

λα'. Μετὰ δὲ ταῦτα οἱ μὲν Βοιωτοὶ κατὰ τὰς προνομὰς ζωγρήσαντες οὐκ ὀλίγους τῶν μισθοφόρων, προα-

1 Ἐπροετέρησαν Bas. Vulgo προετέρησαν. 2 Ἀργόλαιον ora Steph.

intervallo exercitum Philomelus compararet. Et statim CCIↃↃ & amplius equitum peditumque instructa habens, in Locrensium agros expeditionem facit. Hi Boeotorum auxiliis confirmati occurrunt, proeliumque equestre committitur, quo Phocenses abeunt superiores. Haud multo post Thessali, cum finitimorum auxiliari manu, ad VI millia coacti, in Locridem descendunt, &, inito cum Phocensibus conflictu, ad collem, quem Argolam vocant, Martem adversum experiuntur. Hinc cum Boeoti cum CCIↃↃ CIↃ CIↃ CIↃ supervenirent, & Achaei e Peloponneso CIↃ IↃ in subsidium Phocensibus adducerent, copiae utrinque, in unum congregatae locum, castra castris opponunt.

XXXI. Accidit tum, ut inter pabulandum mercenariorum numerus haud exiguus in manus Boeotorum veniret. Quibus ante urbis moenia productis, praeconis

γαγόντες πρὸ τῆς πόλεως ἐκήρυξαν, ὅτι τούσδε τοὺς ἄνδρας οἱ Ἀμφικτύονες στρατευσαμένους μετὰ τῶν ἱεροσύλων θανάτῳ κολάζουσιν. εὐθὺς δὲ καὶ τῶν ἔργων τοῖς λόγοις ἀκολουθούντων, ἅπαντας κατηκόντισαν. ἐπὶ δὲ τούτοις οἱ παρὰ τοῖς Φωκεῦσι μισθοφόροι παροξυνθέντες, ἠξίουν τὸν Φιλόμηλον τῆς ὁμοίας τιμωρίας ἀξιῶσαι τοὺς πολεμίους. μεγάλην δὲ φιλονεικίαν εἰσενεγκάμενοι, καὶ πολλοὺς τῶν κατὰ τὴν χώραν πλανωμένων παρὰ τοῖς πολεμίοις ζωγρήσαντες, ἀνήγαγον, οὓς ἅπαντας ὁ Φιλόμηλος κατηκόντισεν· διὰ δὲ ταύτης τῆς κολάσεως τοὺς ἐναντίους [1] ἐποίησε μεταθέσθαι τῆς ὑπερηφάνου καὶ δεινῆς τιμωρίας. μετὰ δὲ ταῦτα τῶν δυνάμεων εἰς ἄλλην χώραν ἐμβαλουσῶν, καὶ τὴν ὁδοιπορίαν ποιουμένων διὰ τόπων καταδένδρων καὶ τραχέων, ἄφνω συνέμιξαν ἀλλήλοις οἱ προηγούμενοι τῆς στρατιᾶς. γενομένης δὲ συμπλοκῆς, εἶτα μάχης ἰσχυρᾶς, οἱ Βοιωτοὶ τῷ πλήθει πολὺ προέχοντες ἐνίκησαν τοὺς

sed Philomelus, aequa rependens, hostium immanitatem coërcet.

Tandem Philomelus, ex improviso oppressus & pulsus, in locum praeruptum agitur,

1 Ἐποίησαν Reg. 1. Basil.

voce proclamari iusserunt, viros hosce, qui militarem sacrilegis operam prostituissent, ab Amphictyonibus capite multari. Nec mora, verba res sequitur, omnesque confodiuntur. Hac re vehementer exacerbati milites, qui Phocensibus stipendiabantur, a Philomelo contendunt, ut eodem hostes supplicio dignetur: magnaque in hoc ipsi contentione incumbunt, ac plurimos hostium in agris palantes capiunt, & vivos imperatori adducunt. Quos ille omnes iaculis conficiendos suis tradit. Hac talionis exsecutione effecit, ut superbum & immane supplicii genus hostes retractarent. Cum vero deinde exercitus in alium regionis tractum se conferrent, iamque iter per silvas & aspreta facerent, ex improviso primum utrinque agmen inter se occurrit, oriturque velitatio, & acris inde pugna, qua Boeoti numero longe superio-

Φωκεῖς. τῆς δὲ φυγῆς γενομένης διὰ τόπου κρημνώδους καὶ δυσεξίτου, πολλοὶ τῶν Φωκέων καὶ μισθοφόρων κατεκόπησαν. ὁ δὲ Φιλόμηλος ἐκθύμως ἀγωνισάμενος, καὶ πολλοῖς τραύμασι περιπεσὼν, εἴς τινα κρημνώδη τόπον [1] συνεκλείσθη· οὐκ ἔχων δὲ διέξοδον, καὶ φοβούμενος τὴν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας αἰκίαν, ἑαυτὸν κατεκρήμνισε· καὶ τοῦτον τὸν τρόπον δοὺς τῷ δαιμονίῳ δίκας, κατέστρεψε τὸν βίον. ὁ δὲ συνάρχων αὐτῷ στρατηγὸς Ὀνόμαρχος, διαδεξάμενος τὴν ἡγεμονίαν, καὶ μετὰ τῆς ἀνασωζομένης δυνάμεως ἀναχωρήσας, ἀνελάμβανε τοὺς ἐκ τῆς φυγῆς ἐπανιόντας. ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, Φίλιππος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς Μεθώνην μὲν ἐκπολιορκήσας καὶ διαρπάσας κατέσκαψεν, [2] Παγὰς δὲ χειρωσάμενος, ἠνάγκασεν ὑποταγῆναι. κατὰ δὲ τὸν Πόντον, Λεύκων ὁ τοῦ Βοσπόρου βασιλεὺς ἐτελεύτησεν, ἄρξας ἔτη τεσσαράκοντα· τὴν δὲ ἀρχὴν διαδεξάμε-

unde, re desperata, se praecipitem dedit.

Eius locum Onomarchus occupat.

Philippus Methonem & Pagasas expugnat.

Leucon rex moritur; succedit Spartacus.

1 Κατεκλείσθη Reg. 1. 2 Sic omnes. Gemist. L. 11 pr. Παγάσας.

res Phocensium aciem profligant. Cumque fuga per confragosos & difficiles exitu saltus fieret, multi Phocensium & conductitiorum trucidantur. In his rerum angustiis Philomelus animose decertans, multisque vulneribus confectus, in praeruptum quendam locum coarctatur. Dumque nullam evadendi viam habet, cruciatus, qui captum se exciperent, metuens, praecipiti de rupe saltu se dimittit. Atque hoc modo numini poenas exsolvens vitam conclusit. Collega vero ipsius Onomarchus, imperatoris munere suscepto, cum reliquiis exercitus, quae cladem hanc evaserant, retro movit, & a fuga sparsim redeuntes cum ceteris coniunxit. Dum haec geruntur, Philippus, Macedonum rex, Methonen expugnat, direptamque solo aequat, & Pagas in potestatem redactas imperium accipere cogit. In Ponto Leucon, Bospori rex, moritur, post quadragesimum regni sui annum. Ei Spar-

Romani in Faliscos bellum gerunt.

νος [1] Σπαρτακὸς ὁ υἱὸς, ἐβασίλευσεν ἔτη πέντε. Ῥωμαίοις δὲ πρὸς Φαλίσκους συνέστη πόλεμος, καὶ μέγα μὲν οὐδὲν, οὐδ' ἄξιον μνήμης ἐπετελέσθη, καταδρομαὶ δὲ καὶ πορθήσεις τῆς χώρας τῶν Φαλίσκων [2] ἐγένοντο. κατὰ δὲ τὴν Σικελίαν, Δίωνος τοῦ στρατηγοῦ σφαγέντος ὑπὸ Ζακυνθίων τῶν μισθοφόρων, τὴν ἡγεμονίαν διεδέξατο Κάλλιππος, ὁ τούτους πρὸς τὸν φόνον παρασκευάσας, καὶ ἦρξε μῆνας τρισκαίδεκα.

In Sicilia, Dione occiso, Callippus imperium suscipit.

Olymp. CVI, 4.

λβ'. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησιν Εὐδήμου, Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Μάρκον Φάβιον καὶ Μάρκον [3] Ποπίλλιον. ἐπὶ δὲ τούτων Βοιωτοὶ νενικηκότες τοὺς Φωκεῖς, καὶ νομίσαντες τὸν αἰτιώτατον τῆς ἱεροσυλίας Φιλόμηλον, ὑπὸ θεῶν καὶ ἀνθρώπων κεκολασμένον, [4] ἀποτρέψειν τοὺς ἄλλους ἀπὸ τῆς ὁμοίας κακίας, ἀνέζευξαν εἰς τὴν οἰκείαν. οἱ δὲ Φωκεῖς, ἀπολυθέντες τοῦ

Boeoti victores copias domum reduxerant.

1 Σπαρτάκης ora Steph. & Ven.
2 Ἐγίνοντο Reg. 1. & Basil.
3 *Pompilium* Cospus.
4 Τρέψειν Reg. 1.

tacus filius succedens, regnum v annos tenuit. Romanis interea contra Faliscos bellum oritur, in quo nihil egregium aut memorabile effectum: incursionibus tantum ager Faliscorum devastatus. In Sicilia, Dione, qui summum exercitus imperium tenebat, a Zacynthiis mercenariis interfecto, Callippus, qui illos ad caedem instigarat, in imperio subrogatur, idque per menses XIII administrat.

XXXII. Cum Archontis deinde munus Athenienses Eudemo, Romani consulatum M. Fabio, & M. Popillio commisissent, Boeoti, victoriam de Phocensibus adepti, quod Philomelum, sacrilegii principem & auctorem, a Diis iuxta & hominibus poena affectum, suo exemplo alios a simili flagitio deterriturum existimarent, domum copias reducunt. At Phocenses, belli metu in prae-

πολέμου κατὰ τὸ παρὸν, ἐπανῆλθεν εἰς Δελφοὺς, καὶ συνελθόντες μετὰ τῶν συμμάχων εἰς κοινὴν ἐκκλησίαν, ἐβουλεύοντο περὶ τοῦ πολέμου. οἱ μὲν οὖν ἐπιεικέστατοι πρὸς τὴν εἰρήνην [1] ἔῤῥεπον, οἱ δὲ ἀσεβεῖς καὶ τόλμῃ καὶ πλεονεξίᾳ διαφέροντες, ἐφρόνουν τὰ ἐναντία, καὶ περιεβλέποντο ζητοῦντες τὸν συνηγορήσοντα ταῖς σφετέραις παρανομίαις. Ὀνόμαρχος δὲ, πεφροντισμένον λόγον διελθὼν ὑπὲρ τοῦ τηρεῖν τὴν [2] ἐξ ἀρχῆς προαίρεσιν, προετρέψατο τὰ πλήθη πρὸς τὸν πόλεμον, οὐχ οὕτω τοῦ κοινῇ συμφέροντος προνοηθεὶς, ὡς τὸ ἴδιον λυσιτελὲς προκρίνας. πολλαῖς γὰρ καὶ μεγάλαις δίκαις ὑπὸ τῶν Ἀμφικτυόνων ἦν καταδεδικασμένος ὁμοίως τοῖς ἄλλοις, καὶ τὰ ὀφλήματα οὐκ ἐκτετικώς. διόπερ ὁρῶν αἱρετώτερον αὐτῷ τὸν πόλεμον ὄντα τῆς εἰρήνης, εὐλόγως τοὺς Φωκεῖς καὶ συμμάχους παρώξυνε τηρεῖν τὴν ὑπόστασιν τοῦ Φιλομήλου. αἱρεθεὶς δὲ στρατηγὸς αὐτοκράτωρ,

Sed Onomarchus Phocenſes de novo ad bellum exhortatur, & Philomeli coepta perſequitur.

1 Ἔῤῥεπον ora St. Vat. Reg. 1. Cett. ἔβλεπον. 2 Ἐξαρχῆς Reg. 1. Baſ.

ſens exſoluti, Delphos regrediuntur, factoque ſociorum omnium concilio, de bello inter ſe conſultant. Tum aequitatis maxime amantes, ad pacem inclinare: at homines impii, audaciaque & lucri cupiditate prae ceteris inſignes, diverſum ſentire, &, qui ſceleratis ipſorum conatibus patrocinaretur, aliquem circumſpicere. Onomarchus igitur oratione praemeditata, cuius praecipuum caput erat, ut, quam amplexi fuiſſent ſententiam, tuerentur, ad bellum multitudinem inſtigavit; non tam publici commodi rationem habens, quam privatum emolumentum exiſtimans anteponendum. Iam etiam ſaepius ad graves multas, perinde atque ceteri, Amphictyonum iudicio condemnatus erat. Quas cum non expendiſſet, videns pace bellum ſibi optabilius eſſe, oratione plauſibili Phocenſes horumque ſocios ad perſiſtendum in Philomeli coeptis incitabat. Summus proinde belli dux crea-

μισθοφόρων τε πλῆθος ἤθροιζε, καὶ τὰς τῶν τετελευτηκότων τάξεις ἀναπληρώσας, καὶ τῷ πλήθει τῶν ξενολογηθέντων αὐξήσας τὴν δύναμιν, μεγάλας παρασκευὰς ἐποιεῖτο συμμάχων καὶ τῶν ἄλλων τῶν εἰς πόλεμον χρησίμων.

E somnio laeta praesagia sumit, λγ΄. Ἐπῆρε δ' αὐτὸν πρὸς τὴν ὑπόστασιν ταύτην ὄνειρος, ἔμφασιν δοὺς μεγάλης αὐξήσεώς τε καὶ δόξης. κατὰ γὰρ τὸν ὕπνον ἔδοξε τὸν κολοττὸν τὸν χαλκοῦν, ὃν ἀνέθηκαν ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ἀπόλλωνος οἱ Ἀμφικτύονες, ἀναπλάττειν εἰς ὕψος ταῖς ἰδίαις χερσὶ, καὶ ποιῆσαι πολὺ μείζονα. ὑπέλαβεν οὖν αὐτῷ σημαίνεσθαι παρὰ τῶν θεῶν αὔξησιν δόξης ἔσεσθαι διὰ τῆς αὐτοῦ στρατηγίας. quod contraria potius portendebat. τὸ δ' ἀληθὲς οὐχ οὕτως εἶχε, τοὐναντίον δὲ παρεσημαίνετο, διὰ [1] τὸ τοὺς Ἀμφικτύονας ἐκ τοῦ ζημιώματος τῶν Φωκέων εἰς τὸ ἱερὸν παρανομησάντων, καὶ διὰ τοῦτο ζημιωθέντων, ἐσημαίνετο ἡ ζημία τῶν

1 Διὰ τότ' Ἀμφ. Basil.

tus, peregrini militis robore se confirmat, & vacuos caesorum ordines explens, magnoque peregrinorum undique collectitiorum numero exercitum adaugens, maximos in auxiliares copias, & alia gerendo bello conducibilia, apparatus facit.

XXXIII. Ad persequendum vero institutum somnio quodam excitatus est, quod magni incrementi gloriaeque praesagium habere videbatur. Per quietem sibi visus est, aeneum, quem Amphictyones in fano Apollinis dedicarant, Colossum suis manibus refingere ad eam altitudinem, ut longe amplior exsisteret. Hinc magnam gloriae accessionem, quam militari imperio consecuturus esset, a Diis sibi portendi autumabat. Sed res longe aliter se habebat, cum e contrario id significaretur, multam Phocensium, quam ob violatas templi opes religionemque incestatam Amphictyones eis imponerent,

Φωκέων αὔξησιν ἀπολήψεσθαι ταῖς τοῦ Ὀνομάρχου χερσίν. ὅπερ καὶ συνέβη γενέσθαι. ὁ οὖν Ὀνόμαρχος αὐτοκράτωρ ᾑρημένος ἐκ μὲν τοῦ χαλκοῦ καὶ σιδήρου κατεσκεύασεν ὅπλων πλῆθος, ἐκ δὲ τοῦ ἀργυρίου καὶ χρυσίου νόμισμα κόψας, ταῖς τε συμμαχούσαις πόλεσι διεδίδου, καὶ μάλιστα τοὺς προεστηκότας ἐδωροδόκει. διέφθειρε δὲ καὶ τῶν πολεμίων πολλοὺς, οὓς μὲν συμμαχεῖν πείθων, οὓς δὲ τὴν ἡσυχίαν ἔχειν ἀξιῶν. πάντα δὲ ῥαδίως ἐπετέλει διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων φιλαργυρίαν. καὶ γὰρ τοὺς Θετταλοὺς μέγιστον ἔχοντας τῶν συμμάχων ἀξίωμα δωροδοκήσας, ἔπεισε τὴν ἡσυχίαν ἔχειν. καὶ τῶν μὲν Φωκέων τοὺς ἐναντιουμένους συλλαμβάνων, ἀνῄρει, καὶ τὰς οὐσίας ἐδήμευεν· εἰς δὲ τὴν πολεμίαν ἐμβαλὼν, Θρόνιον μὲν ἐκπολιορκήσας ἐξηνδραποδίσατο, [1] Ἀμφισσεῖς δὲ καταπληξάμενος, ἠνάγ-

Ferocior itaque factus, sacra templi dona in arma & pecuniam convertit:

donis poenisque socios cogit:

Thronium, Amphissas, Orchomenum capit.

1 Ἀμφισσέας Pletho.

manibus Onomarchi ad ingens augmentum provectum iri. Quod & tandem evenit. Onomarchus ergo post acceptum imperium ex aere ferroque magnam armorum vim conflavit. Ex argento vero & auro monetam percussit, quam ad confoederatas huc illuc civitates misit: inprimis autem magistratus horum largitione munerum sibi obstrinxit. Quin etiam hostium multos corrupit, alios in societatem pelliciens, alios, ut interim arma non moverent, inducens. Et haec omnia sine magno negotio perfecit, quod homines argenti cupiditate laborarent. Nam & Thessalis, praecipuae inter socios dignationis, ut a bello cessarent, muneribus persuasit. Si qui Phocensium adversarentur, hos vinculis constrictos capite multavit, bonis eorum hastae subiectis. Tum impressione in hosticum facta, Thronium expugnatum, mancipatis hominibus, vastat. Amphissenses, metu perculsos, imperata fa-

κασεν ὑποτάττεσθαι. τὰς δ᾽ ἐν Δωριεῦσι πόλεις πορθήσας, τὴν χώραν αὐτῶν ἐδῄωσεν. εἰς δὲ τὴν Βοιωτίαν ἐμβαλὼν, Ὀρχομενὸν μὲν εἷλεν, ἐπιχειρήσας δὲ πολιορκεῖν [1] Χαιρώνειαν, καὶ ἡττηθεὶς ὑπὸ Θηβαίων, ἐπανῆλθεν εἰς τὴν οἰκείαν.

Chaeroneam obsidens a Thebanis domum repellitur.

λδ΄. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Ἀρτάβαζος, ἀποστάτης ὢν τοῦ βασιλέως, διεπολέμει πρὸς τοὺς ἀποσταλέντας ὑπὸ τοῦ βασιλέως σατράπας εἰς τὸν πόλεμον· καὶ τὸ μὲν πρῶτον συμμαχοῦντος αὐτῷ Χάρητος τοῦ Ἀθηναίων στρατηγοῦ, ἐῤῥωμένως ἀντετάττετο τοῖς σατράπαις· ἐκείνου δὲ ἀπελθόντος, μονωθεὶς ἔπεισε τοὺς Θηβαίους συμμαχίαν αὐτῷ πέμψαι. οἱ δὲ Παμμένη στρατηγὸν ἑλόμενοι, καὶ δόντες αὐτῷ στρατιώτας πεντακισχιλίους, ἐξέπεμψαν εἰς τὴν Ἀσίαν. ὁ δὲ Παμμένης βοηθήσας Ἀρταβάζῳ, καὶ τοὺς σατράπας μεγάλαις μάχαις δυσὶ νικήσας, περιεποιήσατο μεγάλην δόξαν ἑαυτῷ τε καὶ τοῖς Βοιωτοῖς. ἐφάνη γὰρ θαυμα-

In Asia Artabazi bellum in regem Persarum continuatur.

Thebani Pammenem cum auxiliis mittunt, feliciter pugnantem.

1 Χερώνειαν Basil.

cere cogit. Urbibus Doriensium captis, etiam agros populatur. Hinc Boeotiam ingressus Orchomenum cepit, & iam ad Chaeroneae obsidionem grassans, cum a Thebanis victus esset, in patriam retrocedit.

XXXIV. Per id tempus Artabazus, regi perduellis factus, cum Satrapis, ad illud bellum destinatis, adhuc belligeratur. Initio quidem, cum Chares Atheniensium dux auxiliarem illi operam navaret, adversariis fortissime resistebat. At illo digresso, iam auxiliis destitutus, ad ferendam sibi opem Thebanos perpulit. Qui Pammenem, militiae isti praefectum, traditis ıɔɔ armatorum, in Asiam traiicere iusserunt. Hic Artabazo opitulans cum regios duobus magnis proeliis fudisset, ingens sibi Boeotisque suis gloriae decus comparavit. Pro miraculo enim ha-

στὸν εἰ Βοιωτοὶ, τῶν μὲν Θετταλῶν ἐγκαταλελοιπότων, τοῦ δὲ Φωκικοῦ πολέμου μεγάλους ἐπιφέροντος κινδύνους, διαποντίους δυνάμεις εἰς τὴν Ἀσίαν ἐξέπεμπον, καὶ [1] ἐπροτέρουν κατὰ τὸ πλεῖστον ἐν τοῖς κινδύνοις. ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, συνέστη πόλεμος Ἀργείοις πρὸς Λακεδαιμονίους· καὶ γενομένης μάχης περὶ πόλιν Ὀρνεὰς, ἐνίκων οἱ Λακεδαιμόνιοι, καὶ τὰς Ὀρνεὰς ἐκπολιορκήσαντες, ἐπανῆλθον εἰς τὴν Σπάρτην. Χάρης δὲ ὁ τῶν Ἀθηναίων στρατηγὸς εἰσπλεύσας εἰς Ἑλλήσποντον, καὶ Σηστὸν πόλιν ἑλὼν, τοὺς μὲν ἡβῶντας ἀπέσφαξε, τοὺς δὲ ἄλλους ἐξηνδραποδίσατο. Κερσοβλέπτου δὲ τοῦ Κότυος, διά τε τὴν πρὸς Φίλιππον ἀλλοτριότητα, καὶ τὴν πρὸς Ἀθηναίους φιλίαν, ἐγχειρίσαντος τοῖς Ἀθηναίοις τὰς ἐν Χεῤῥονήσῳ πόλεις, πλὴν Καρδίας, ἀπέστειλεν ὁ δῆμος κληρούχους εἰς τὰς πόλεις. Φίλιππος δ' ὁρῶν τοὺς Μεθωναίους ὁρμητήριον

Bellum Argivorum cum Lacedaemoniis.

Athenienſes Seſtum expugnant.

Cerſobleptes a Philippo deficit ad Athenienſes.

1 Ἐπροετέρουν Baſ. προετέρουν Reg. amb. In Ven. deſit cum ſex ſeq.

bebatur, quod Boeoti, iam a Theſſalis deſerti, quo tempore etiam ingens a Phocico bello periculum imminebat, copias ſuas trans mare in Aſiam expediviſſent, & in conflictibus ut plurimum victoria potirentur. Inter haec bellum Argivis cum Lacedaemoniis exardeſcit, initoque proelio ad oppidum Orneas, victoria penes Lacedaemonios ſtetit: qui poſt expugnationem urbis Spartam revertuntur. Chares etiam dux Athenienſium, cum claſſe Helleſpontum ingreſſus, primarium in litore oppidum Seſtum cepit, & quidquid puberum illic invenerat, trucidavit, ceteris in ſervitutem raptis. Per idem tempus Cerſobleptes, Cotyis filius, quod a Philippo averſus, Athenienſium vero amicitiae deditus eſſet, urbibus Cherſoneſi, Cardia tantum excepta, Athenienſibus ceſſerat, iamque colonias, oppida ſorte diviſuras, populus illuc miſerat. Philippus igitur, animadvertens, Metho-

Philippus Methonem vi capit, teli autem iactu alterum oculum amittit.

παρεχομένους τὴν πόλιν τοῖς πολεμίοις ἑαυτοῦ, πολιορκίαν συνεστήσατο. καὶ μέχρι μέν τινος οἱ Μεθωναῖοι διεκαρτέρουν, ἔπειτα κατισχυόμενοι, συνηναγκάσθησαν παραδοῦναι τὴν πόλιν τῷ βασιλεῖ, ὥστε ἀπελθεῖν τοὺς πολίτας ἐκ τῆς Μεθώνης, ἔχοντας ἓν ἱμάτιον ἕκαστον. ὁ δὲ Φίλιππος τὴν μὲν πόλιν κατέσκαψε, τὴν δὲ χώραν διένειμε τοῖς Μακεδόσιν. ἐν δὲ τῇ πολιορκίᾳ ταύτῃ συνέβη τὸν Φίλιππον εἰς τὸν ὀφθαλμὸν πληγέντα τοξεύματι, διαφθαρῆναι τὴν ὅρασιν.

Post haec Philippus Thessalis contra Lycophronem & Onomarchum auxilio venit.

λε΄. Μετὰ δὲ ταῦθ' ὁ Φίλιππος ὑπὸ Θετταλῶν μετακληθεὶς, ἧκεν εἰς Θετταλίαν μετὰ τῆς δυνάμεως· καὶ τὸ μὲν πρῶτον πρὸς Λυκόφρονα τὸν Φερῶν τύραννον διεπολέμει, βοηθῶν τοῖς Θετταλοῖς· μετὰ δὲ ταῦτα τοῦ Λυκόφρονος μεταπεμψαμένου παρὰ τῶν Φωκέων συμμαχίαν, ἀπεστάλη Φάϋλλος ὁ ἀδελφὸς Ὀνομάρχου μετὰ στρατιωτῶν ἑπτακισχιλίων. ὁ δὲ Φίλιππος τοὺς Φωκεῖς νικήσας, ἐξέβαλεν ἐκ τῆς Θετταλίας·

naeos urbem ſuam tanquam belli arcem hoſtibus proſtituere, obſidione illam cinxit. Quam ad tempus oppidani tolerarunt; ſed viribus tandem inferiores, urbem his pactis dedere coguntur, ut quidquid civium eſſet, cum ſingulis veſtimentis Methona excederet. Tum exciſa Philippus urbe agrum inter Macedones diſpertitur. In hac oppugnatione ſors tulit, ut teli iactu alterum percuſſus oculum rex ea parte viſum amitteret.

XXXV. Poſt haec a Theſſalis accitus, copias in Theſſaliam traduxit. Ac primum cum Lycophrone, Pheraeorum tyranno, certamen ei fuit, ut Theſſalis operam auxiliarem navaret. Poſt ubi Lycophron a Phocenſibus auxilia ſibi mitti petiviſſet, Phayllus, Onomarchi frater, cum IↃↃ CIↃ CIↃ armatorum illuc mittitur. Tum Philippus agmen Phocenſium, a ſe profligatum, Theſſalia

Ὀνόμαρχος δ' ἀναλαβὼν πᾶσαν τὴν δύναμιν, καὶ νομίζων ὅλης τῆς Θετταλίας κυριεύσειν, ἧκεν ἐν τάχει βοηθήσων τοῖς περὶ τὸν Λυκόφρονα. τοῦ δὲ Φιλίππου μετὰ τῶν Θετταλῶν ἀντιπαραταξαμένου τοῖς Φωκεῦσιν, Ὀνόμαρχος ὑπερέχων τοῖς πλήθεσι, δυσὶ μάχαις ἐνίκησε, καὶ πολλοὺς τῶν Μακεδόνων ἀνεῖλε. Φίλιππος δὲ εἰς τοὺς ἐσχάτους κινδύνους περικλεισθεὶς, καὶ τῶν στρατιωτῶν διὰ τὴν ἀθυμίαν καταλιπόντων αὐτὸν, παραθαρσύνας τὸ πλῆθος, [1] μόλις ἐποίησεν αὐτοὺς εὐπειθεῖς. μετὰ δὲ ταῦτα ὁ Φίλιππος μὲν ἀνεχώρησεν εἰς τὴν Μακεδονίαν· Ὀνόμαρχος δὲ στρατεύσας εἰς Βοιωτίαν, ἐνίκησε μάχῃ [2] τοὺς Βοιωτοὺς, καὶ πόλιν εἷλε Κορώνειαν. κατὰ δὲ τὴν Θετταλίαν Φίλιππος μὲν ἐκ τῆς Μακεδονίας μετὰ τῆς δυνάμεως ἄρτι κατηντηκὼς, ἐστράτευσεν ἐπὶ Λυκόφρονα τὸν Φερῶν τύραννον. οὗτος δὲ οὐκ ὢν ἀξιόμαχος, μετεπέμψατο συμμαχίαν πα-

Onomarchus, aliquot proeliis victor,

1 Μόγις Reg. uterque, frequenti confusione. Vid. T. Hemsterh. ad Luciani Iud. Vocal. cap. 4.
2 Deest Basil.

expellit. Onomarchus igitur, qui totius iam Thessaliae dominatum animo praeceperat, cum omni exercitus sui robore suppetias Lycophroni allatum venit. Cumque Philippus suam & Thessalorum illi aciem opponeret, Onomarchus, numero militum superior, gemino proelio vicit, nec exiguam Macedonum caedem peregit, adeo ut Philippus in summum discrimen adduceretur. Cumque iam milites ipsum desererent, exhortationibus suis, ad multitudinem institutis, aegre tandem obtinuit, ut dicto sibi audientes essent. Brevique post in Macedoniam se recepit. Hinc expeditione in Boeotiam facta, Onomarchus collatis signis Boeotos vincit, & Coroneam occupat. In Thessaliam interim Philippus cum manu armata reversus, Lycophronem tyrannum oppugnabat. Qui viribus im-

συμφορᾷ. [1] ἀλλὰ πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον ἔγραψεν ἀνθρωπίνως φέρειν τὴν εὐτυχίαν, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἀλλάξασθαι, χρημάτων πλῆθος λαβόντα· προσετίθει δὲ καὶ τῆς Ἀσίας τὴν ἐντὸς Ἅλυος χώραν, καὶ πόλεις συνεχώρησεν, ἐὰν βουληθῇ γενέσθαι φίλος. ὁ δ' Ἀλέξανδρος συναγαγὼν τοὺς φίλους, καὶ τὴν μὲν ἀληθινὴν ἐπιστολὴν ἀποκρυψάμενος, ἑτέραν δὲ γράψας, ῥέπουσαν πρὸς τὸ ἑαυτῷ συμφέρον, προσήνεγκε τοῖς συνέδροις, καὶ τοὺς πρέσβεις ἀπράκτους ἐξαπέστειλε. διόπερ ὁ Δαρεῖος, ἀπογνοὺς τὴν διὰ τῶν ἐπιστολῶν σύνθεσιν, παρασκευὰς μεγάλας ἐποιεῖτο πρὸς τὸν πόλεμον, καὶ τοὺς μὲν κατὰ τὴν τροπὴν ἀποβεβληκότας τὰς πανοπλίας καθώπλιζεν, ἄλλους δ' ἐπιλεγόμενος, εἰς στρατιωτικὰς τάξεις κατέγραφε· τὰς δ' ἐκ τῶν ἄνω σατραπειῶν δυνάμεις, ἃς ἀπολελοιπὼς ἦν διὰ τὴν ὀξύτητα τῆς στρατείας, μετεπέμπετο. καὶ τέλος τοσαύτην

unde per literas aequissimas pacis conditiones Alexandro obtulit.

His repudiatis, duplo maiorem exercitum conscribendum curavit.

1 Καὶ πρὸς μὲν Reg. 1.

est, sed per literas Alexandrum monuit, uti fortunae prosperitatem humanitus ferret, & magna pecuniarum vi accepta, permutationem captivorum faceret. Totum insuper Asiae tractum, quem Halys fluvius cursu definit, cum urbibus illi concessit, si amicus, quam hostis, esse mallet. Tum senatum amicorum ille convocat, verasque literas occultans, alias, prout ad commodum ipsius vergerent, conscriptas in medium profert. Quo factum, ut legati absque effectu remitterentur. Darius ergo, negotium per literas componi posse diffidens, in apparatus belli maximos incumbit. Milites, quos adversa proximi conflictus sors inermes fecerat, armaturis denuo instruit, aliosque novo delectu in ordines militares succenturiat. Ad haec collectas in superioribus provinciis copias, quas celeritas expeditionis eum relinquere coëgerat, arcessit.

εἰσηνέγκατο σπουδὴν εἰς τὴν κατασκευὴν τῆς δυνάμεως, ὥστε διπλασίαν γενέσθαι τῆς ἐν Ἰσσῷ παραταξαμένης. ὀγδοήκοντα μὲν γὰρ μυριάδες πεζῶν, εἴκοσι δ' ἱππέων ἠθροίσθησαν· καὶ χωρὶς ἁρμάτων δρεπανηφόρων πλῆθος. ταῦτα μὲν οὖν ἐπράχθη κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτόν.

Olymp. CXII, 1.

Alexander, factis caesorum funeribus recreatisque militibus, bellum Aegyptiis inferre parat.

μ'. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Νικηράτου, Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Μάρκον Ἀτίλιον καὶ Μάρκον Οὐαλέριον, Ὀλυμπιὰς δ' ἤχθη δευτέρα πρὸς ταῖς ἑκατὸν καὶ δέκα, καθ' ἣν ἐνίκα [1] Γρύλος Χαλκιδεύς. ἐπὶ δὲ τούτων, Ἀλέξανδρος μετὰ τὴν ἐν Ἰσσῷ νίκην, τοὺς μὲν τελευτήσαντας ἔθαψεν, ἐν οἷς καὶ τῶν πολεμίων τοὺς ἐν ταῖς ἀνδραγαθίαις θαυμασθέντας· μετὰ δὲ ταῦτα τοῖς θεοῖς μεγαλοπρεπεῖς θυσίας συντελέσας, καὶ τοὺς ἐν τῇ μάχῃ κατ' ἀρετὴν διαφόρους γενομένους τιμήσας ταῖς ἀξίαις ἑκάστους δωρεαῖς, ἐφ' ἡμέρας τινὰς ἀνέλαβε τὴν δύναμιν. ἔπειτα προάγων ἐπ'

1 Πρύαλος ora Steph. Reg. 1.

Tantum denique in redintegrationem exercitus ſtudii impendit, ut numerus, eo qui ad Iſſum fuerat, duplo maior eſſet. Octingenta enim peditum, & ducenta equitum millia convenere, & praeter haec curruum falcatorum ingens multitudo. Haec anno illo peracta ſunt.

XL. Proxime autem inſequente, quo Athenae Niceratum Archontem, Roma M. Atilium & M. Valerium Conſules habuit, & Olympias altera poſt centeſimam decimam, Grylo Chalcidenſi victore, celebrabatur, Alexander, poſtquam ad Iſſum depugnatum erat, tum ſuos in acie caeſos, tum ex hoſtibus etiam fortitudine conſpicuos, terrae mandavit. Poſt magnificis Deos epulis veneratus, milites, qui praeclara virtutis documenta in proelio ediderant, pro cuiuſque merito praemiis honeſtavit. Quo facto per dies aliquot exercitui recreandi ſui copiam praebuit. Inde Aegyptum infeſtis armis petens,

Αἰγύπτου, καὶ καταντήσας εἰς τὴν Φοινίκην, τὰς μὲν ἄλλας πόλεις παρέλαβεν, ἑτοίμως τῶν ἐγχωρίων προσδεξαμένων αὐτόν· οἱ δὲ Τύριοι, βουλομένου τοῦ βασιλέως τῷ Ἡρακλεῖ τῷ Τυρίῳ θῦσαι, προπετέστερον διεκώλυσαν αὐτὸν [1] τῆς εἰς τὴν πόλιν εἰσόδου. τοῦ δ' Ἀλεξάνδρου χαλεπῶς [2] ἐνέγκαντος καὶ διαπειλησαμένου πολεμήσειν τὴν πόλιν, οἱ Τύριοι [3] τεθαῤῥηκότως ὑπέμενον τὴν πολιορκίαν, ἅμα μὲν Δαρείῳ χαριζόμενοι καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν εὔνοιαν βεβαίαν τηροῦντες, καὶ νομίζοντες μεγάλας δωρεὰς ἀντὶ ταύτης τῆς χάριτος ἀντιλήψεσθαι παρὰ τοῦ βασιλέως, ἐπισπώμενοι μὲν τὸν Ἀλέξανδρον εἰς πολυχρόνιον καὶ ἐπικίνδυνον πολιορκίαν, διδόντες δ' ἄνεσιν [4] Δαρείῳ πρὸς τὰς παρασκευάς· ἅμα δὲ καὶ πιστεύοντες τῇ τε ὀχυρότητι τῆς νήσου καὶ ταῖς ἐν αὐτῇ παρασκευαῖς, ἔτι δὲ τοῖς ἀπογόνοις αὐτῶν Καρχηδονίοις. ὁ δὲ βασιλεὺς, ὁρῶν κατὰ θάλατταν μὲν

Dum per Phoeniciam iter facit, Tyrii conatibus eius obstant.

1 Omittit Basil.
2 Ἐνεγκόντος Reg. 1.
3 Τεθαῤῥηκότως Steph. margo, Vat. Reg. 1. quod praefero. Τεθαῤῥηκότες edd.
4 Τῷ Δαρείῳ Reg. 1. & 2.

cum Phoenicen attigisset, alias quidem urbes promta incolarum deditione, omnes in fidem suam accepit. Tyrii soli, cum rex Herculi Tyrio sacrum apud illos facere cogitasset, ingrediendae urbis suae copiam pervicacius illi denegant. Id permoleste ferens Alexander, urbi se vim Martiam illaturum minitatur. Sed Tyrii obfirmatis ad tolerandam obsidionem animis sese parant, tum quod magnam apud Darium se inituros gratiam, & ob benevolentiae fideique erga ipsum constantiam praeclaris se donis remuneratum iri putarent, dum in diuturna & periculosa urbis oppugnatione districto Alexandro moram Dario ad bellum reparandum suppeditarent; tum quod plurimum fiduciae munitionibus insulae, & praeparatis rerum copiis, in Carthaginiensibus etiam, a se oriundis, spem collocatam haberent. Rex ergo, licet a mari, tum

Inde Tyri oppugnationem Alexander aggreditur, δυσπολιόρκητον οὖσαν τὴν πόλιν, διά τε τὴν παρασκευὴν τῶν κατὰ τὸ τεῖχος ἔργων καὶ τὴν ὑπάρχουσαν ἐν αὐτῇ δύναμιν ναυτικὴν, κατὰ δὲ γῆν σχεδὸν ἀπραγμάτευτον οὖσαν, διὰ τὸ τέτταρσι σταδίοις διείργεσθαι τῆς ἠπείρου· ὅμως ἔκρινε συμφέρειν πάντα κίνδυνον καὶ πόνον ὑπομένειν [1] ὑπὲρ τοῦ μὴ καταφρονηθῆναι τὴν τῶν Μακεδόνων δύναμιν ὑπὸ μιᾶς καὶ τῆς τυχούσης πόλεως. εὐθὺς οὖν [2] καθαιρῶν τὴν παλαιὰν λεγομένην Τύρον, καὶ antiqua Tyro primum diruta. πολλῶν μυριάδων κομιζουσῶν τοὺς λίθους, χῶμα κατεσκεύαζε δίπλεθρον τῷ πλάτει. πανδημεὶ δὲ προσλαβόμενος τοὺς κατοικοῦντας τὰς πλησίον πόλεις, ταχὺ διὰ τῆς πολυχειρίας ἤνυετο τὰ τῶν ἔργων.

Aggere exstructo, dum rex urbi appropinquat, μα΄. Οἱ δὲ Τύριοι τὸ μὲν πρῶτον προσπλέοντες τῷ χώματι, κατεγέλων τοῦ βασιλέως, εἰ τοῦ Ποσειδῶνος ἑαυτὸν δοκεῖ περιέσεσθαι. μετὰ δὲ ταῦτα παραδόξως

1 Ὑπὸ Basil. 2 Καθαίρων Reg. 1.

propter rerum ad murorum defensionem praeparatarum copiam, tum propter classem inibi instructam, oppugnationem difficillimam fore, a terra vero, quod urbs IV stadiorum intervallo a continente abesset, nihil effici posse animadverteret; quidvis tamen periculi atque laboris sustineri, quam ab una, nec adeo quidem magnifacienda urbe, Macedonum potentiam despici, praestabilius esse iudicabat. Antiquam ergo Tyrum (ut tunc vocitabant) confestim demolitur: totque myriadum lapides congerentium opera fiebat, ut ad duûm plethrorum (CC pedum) latitudinem moles iaceretur. Et quia universos urbium vicinarum incolas acciverat, non multum intercedebat temporis, cum operarum multitudine opus absolveretur.

XLI. Tyrii interim, navigiis ad molem advecti, per risum & ludibria regem interrogare, num superiorem Neptuno se fore autumaret? Post, ubi, contra quam existi-

τοῦ χώματος αὐξομένου, τέκνα μὲν καὶ γυναῖκας καὶ τοὺς γεγηρακότας εἰς Καρχηδόνα διακομίζειν ἐψηφίσαντο, τοὺς δ' ἀκμάζοντας ταῖς ἡλικίαις ἐπέλεξαν πρὸς τὴν τειχομαχίαν, καὶ ναυμαχίαν [1] ἑτοίμους κατεσκεύαζον, ἔχοντες τριήρεις ὀγδοήκοντα. τέλος δὲ, τῶν τέκνων καὶ γυναικῶν μέρος μὲν ἔφθασαν ὑπεκθέμενοι πρὸς τοὺς Καρχηδονίους, καταταχούμενοι δὲ ὑπὸ τῆς πολυχειρίας, καὶ ταῖς ναυσὶν οὐκ ὄντες ἀξιόμαχοι, συνηναγκάσθησαν [2] ὑπομεῖναι πανδημεὶ τὴν πολιορκίαν. ἔχοντες δὲ πολλὴν διαψίλειαν καταπελτῶν, καὶ τῶν ἄλλων μηχανῶν τῶν πρὸς πολιορκίαν χρησίμων, ἑτέρας πολλαπλασίους κατεσκεύασαν ῥᾳδίως διὰ τῶν ἐν τῇ Τύρῳ μηχανοποιῶν, καὶ τῶν ἄλλων τεχνιτῶν, παντοδαπῶν [3] ὄντων. διὰ δὲ τούτων τῶν ὀργάνων [4] παντοδαπῶν καὶ ξένων ταῖς ἐπινοίαις κατασκευαζομένων, ἅπας μὲν ὁ

Tyrii territi liberos, uxores, senes Carthaginem transportandos curant.

1 Ἑτοίμους παρεσκευασμένους Reg. 1. Vulgo ἑτοίμως.
2 Ὑποδεῖναι Basil.
3 Deest Reg. 2. & Basil.
4 Praetereunt articulum iidem, ante παντοδ. quos amplector.

marant, incrementa moles acceperat, liberos & uxores cum senio confectis Carthaginem transportare decernunt: aetate autem florentes ad murorum defensionem deligunt, & ad navalem pugnam (LXXX enim triremes habebant) expeditos reddunt. Tandem deponenda quadam apud Carthaginienses liberorum & uxorum parte hostem antevertunt: sed ab operantium multitudine praeventi, cum navibus resistendo non essent, oppugnationem ex omni parte tolerare coguntur. Quamquam vero magnam catapultarum, aliorumque machinamentorum ad depellendam expugnationem conducibilium, vim habebant: aliis tamen longe pluribus se instruxerunt; idque non difficulter, quod machinarum fabris, omnisque generis artificibus Tyrus abundaret. Per hos cum varia novaeque artis instrumenta adornarentur, accidit, ut

περίβολος τῆς πόλεως ἐπληρώθη τῶν μηχανῶν, μάλιστα δὲ κατὰ τὸν τόπον τοῦτον ἐν ᾧ τὸ χῶμα συνήγγιζε τῷ τείχει. ὡς δ᾽ εἰς τὴν ἄφεσιν τοῦ βέλους [1] διέτεινε τὸ κατασκευαζόμενον ὑπὸ τῶν Μακεδόνων ἔργον, καὶ παρὰ τῶν θεῶν τινα προεσημαίνετο τοῖς κινδυνεύουσιν. ἐκ μὲν γὰρ τοῦ πελάγους ὁ κλύδων προσεπέλασε τοῖς ἔργοις κῆτος ἄπιστον τὸ μέγεθος, ὃ προσπεσὸν τῷ χώματι, κακὸν μὲν οὐδὲν εἰργάσατο, τῷ δὲ ἑτέρῳ μέρει τοῦ σώματος προσανακεκλιμένον ἐπὶ πολὺν χρόνον ἔμενε, καὶ πολλὴν κατάπληξιν παρείχετο τοῖς θεωμένοις τὸ παράδοξον· πάλιν δ᾽ εἰς τὸ πέλαγος νηξάμενον εἰς δεισιδαιμονίαν ἀμφοτέρους προηγάγετο. ἑκάτεροι γὰρ, ὡς τοῦ Ποσειδῶνος αὐτοῖς βοηθήσειν μέλλοντος, διέκρινον τὸ σημεῖον, ῥέποντες ταῖς γνώμαις πρὸς τὸ ἴδιον συμφέρον. ἐγίνετο δὲ καὶ ἄλλα σημεῖα παράδοξα, δυνάμενα διατροπὴν καὶ φόβον τοῖς ὄχλοις παρασχέσθαι. κατὰ γὰρ τὰς τροφὰς παρὰ τοῖς Μακεδόσιν οἱ διακλώ-

Augent terrorem varii generis prodigia.

1 Διετείνετο τὸ Reg.

univerſa urbis moenia machinis replerentur, ad eam tamen partem maxime, ubi moenibus agger imminebat. Iamque ad teli iactum a Macedonibus productum erat opus, cum in dubio verſantibus diſcrimine prodigia a Diis exhiberentur. Nam fluctus ex alto mari incredibilis belluam magnitudinis ad molem appellit. Quae ad aggerem provecta nihil equidem incommodi attulit; ſed altera corporis parte acclinata ad non mediocre tempus illic haeſit: multumque terroris hac rei novitate iniectum ſpectantibus fuit. Cumque rurſus in mare enataſſet, utroſque religione occupavit, dum auxilio Neptunum ſibi fore, pars utraque animis ad ſuam utilitatem inclinatis, hoc ſigno portendi auguratur. Prodigia inſuper alia, quae perturbationem ac terrorem vulgo incuterent, acciderunt. Nam inter comedendum apud Macedones, qui

μενοι τῶν ἄρτων αἱματοειδῆ τὴν πρόσοψιν εἶχον. ἑωρακέναι δέ τις ἔφησεν ὄψιν, καθ' ἣν ὁ Ἀπόλλων ἔλεγε μέλλειν ἑαυτὸν ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν. τοῦ δὲ πλήθους ὑπονοήσαντος ὅτι πεπλακὼς εἴη τὸν λόγον χαριζόμενος Ἀλεξάνδρῳ, καὶ διὰ τοῦτο τῶν νεώτερων ὁρμησάντων ἐπὶ τὸ λιθοβολῆσαι τὸν ἄνθρωπον, οὗτος μὲν [1] διὰ τῶν ἀρχόντων κλαπεὶς, καὶ καταφυγὼν εἰς τὸ τοῦ Ἡρακλέους ἱερὸν, διέφυγε τὴν τιμωρίαν, διὰ τὴν ἱκεσίαν· οἱ δὲ Τύριοι δεισιδαιμονήσαντες χρυσαῖς σειραῖς [2] προσέδησαν τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ξόανον τῇ βάσει, ἐμποδίζοντες, ὡς ᾤοντο, τοῦ θεοῦ τὸν ἐκ τῆς πόλεως χωρισμόν.

μβ'. Μετὰ δὲ ταῦτα οἱ μὲν Τύριοι τὴν αὔξησιν τοῦ χώματος εὐλαβηθέντες, ἐπλήρωσαν πολλὰ τῶν ἐλαττόνων σκαφῶν ὀξυβελῶν τε καὶ καταπελτῶν, καὶ τοξοτῶν καὶ σφενδονητῶν ἀνδρῶν· καὶ προσπλεύσαντες τοῖς ἐργαζομένοις τὸ χῶμα, πολλοὺς μὲν κατέτρωσαν, οὐκ

Mox navibus, tormentis, telis Tyrii infestant hostem:

1 Ὑπὸ τῶν Reg. 1. 2 Προσέδησαν idem. Vulgo περιέδησαν.

frangebantur panes, colorem sanguineum referebant. Quidam (apud Tyrios) visum sibi obtigisse affirmabat, quo urbe se excessurum Apollo denuntiasset. Ubi cum vulgus in gratiam Alexandri sermonem hunc confictum suspicaretur, ideoque ad lapidibus obruendum hominem iuvenes properarent, a magistratibus ille subductus in templum Herculis profugit, atque hoc modo, Deo supplex, capitis supplicium evasit. Hinc Tyrii, superstitione inducti, catenis aureis simulacrum Apollinis in basi devinxere, impedituri, ut persuasum habebant, Dei ex urbe migrationem.

XLII. Post haec cum molis incrementum terrorem oppidanis iniiceret, scaphas complures acutorum missilium tormentis, & catapultis, sagittariisque & funditoribus onerant, & in exstruentes aggerem invecti, multos sau-

ὀλίγους δὲ ἀπέκτειναν. εἰς ἀνόπλους γὰρ καὶ πυκνοὺς πολλῶν καὶ παντοίων βελῶν φερομένων, οὐδεὶς ἡμάρτανεν, ἑτοίμων καὶ ἀφυλάκτων τῶν σκοπῶν κειμένων. συνέβαινε γὰρ οὐ μόνον κατὰ πρόσωπον τὰ φερόμενα βέλη προσπίπτειν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ νῶτα τῶν ἀντιπροσώπων ὄντων ἐν στενῷ χώματι [1] διϊκνεῖσθαι, καὶ μηδένα δύνασθαι διαφυλάξασθαι τοὺς ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν κατατιτρώσκοντας. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος, τὸ παράλογον τῆς συμφορᾶς βουλόμενος ὀξέως διορθώσασθαι, πληρώσας πάσας τὰς ναῦς, καὶ καθηγούμενος αὐτὸς ἔπλει κατὰ σπουδὴν ἐπὶ τὸν λιμένα τῶν Τυρίων, καὶ τὴν ἐπάνοδον τῶν Φοινίκων ὑπετέμνετο. οἱ δὲ Βάρβαροι, φοβηθέντες μή ποτε κυριεύσας τῶν λιμένων, καταλάβηται τὴν πόλιν ἔρημον οὖσαν στρατιωτῶν, κατὰ πολλὴν σπουδὴν ἀνέπλεον εἰς τὴν [2] Τύρον. ἀμφοτέρων δὲ

1 Διϊχνῦσθαι Basil. Ceteri πόλιν interserunt ex glossa, quam exterminavi.
2 Τύρον. ἀμφοτέρ. Ven. Reg. 1.

ciant, nec pauciores interimunt. Cum enim in turbam densam inermemque omnis generis tela confertim torquerentur, nullus frustra, quippe in expositos ictibus & indefensos, iactum dirigebat. Nam quia in illa molis angustia obversam hosti frontem habere cogebantur, accidit, ut non ex adverso tantum, sed etiam a tergo, missilibus ferirentur, neque quisquam sibi ab utrinque sauciantibus cavere posset. Alexander itaque, ut detrimentum hoc inopinatum quam citissime resarciret, navigiis, quotquot habebat, cum milite expeditis, ita ut dux ipse esset, ad reditum Phoenicibus intercipiendum, magno studio ad portum Tyriorum contendit. Tunc Barbari, metuentes, ne, si portu foret potitus, urbem etiam propugnatoribus vacuam caperet, summa festinatione ad urbem redire instituunt. Utraque sane pars propter sum-

διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς Φιλοτιμίας ταῖς εἰρεσίαις πυκναῖς χρωμένων, καὶ τῶν Μακεδόνων ἤδη πλησιαζόντων τοῖς λιμέσιν, οἱ Φοίνικες παρ' ὀλίγον μὲν ἦλθον τοῦ πάντες ἀπολέσθαι, παρεισπεσόντες δ' ὅμως τῇ βίᾳ, καὶ τὰς τελευταίας ναῦς ἀποβαλόντες, διεσώθησαν εἰς τὴν πόλιν. ὁ δὲ βασιλεὺς, μεγάλης ἐπιβολῆς ἀποτυχὼν, πάλιν προσεκαρτέρει τῷ χώματι, καὶ τῷ πλήθει τῶν νεῶν παρείχετο τοῖς ἐργαζομένοις τὴν ἀσφάλειαν. τῶν δ' ἔργων πλησιαζόντων τῇ πόλει, καὶ τῆς ἁλώσεως προσδοκωμένης, [1] ἀργέστης ἄνεμος μέγας ἐπεγένετο, καὶ τοῦ χώματος πολὺ μέρος ἐλυμήνατο. ὁ δ' Ἀλέξανδρος εἰς ἀμηχανίαν ἐμπίπτων διὰ τὴν αὐτόματον τῶν ἔργων [2] Φθορὰν, μετεμέλετο μὲν ἐπὶ τῇ τῆς πολιορκίας ἐπιβολῇ, ὅμως δὲ τῇ Φιλοτιμίᾳ προαγόμενος, ἐκ τῆς ὀρεινῆς ἐκκόπτων ὑπερμεγέθη δένδρα παρεκόμιζε, καὶ σὺν αὐτοῖς τοῖς κλάδοις ἐγχώσας, ἐνέφραξε τὴν βίαν

Insuper tempestas aggeris partem aufert.

Nihilominus Alexander opus urget.

1 Ἀργέτης Venet. 2 Φορὰν Basil.

mam praevertendi contentionem, remis ſtrenue rem agebat. Cumque Macedones iam iam portum ſubirent, parum aberat, quin omnes interiiſſent Phoenices. Via tamen per vim aperta, extremis navium amiſſis, ſalvi in urbem rediere. Etſi autem rex magna ſpe deiectus erat, perficiendae tamen moli iterum gnaviter incubuit, naviumque frequentia effecit, ut operarii deinceps tutiores eſſent. Iamque opere ad urbem quam proxime perducto, capi eam poſſe, non obſcurum erat: cum vehementior exſurgens Caurus, bonam aggeris partem corrupit. Haec fortuita molis ruina Alexandrum tantopere animi perplexum reddidit, ut tentatae obſidionis illum poeniteret. Sed tamen gloriae ſtudio incitatus incredibili magnitudine arbores in montibus excifas (illuc) deportavit, illiſque una cum ramis terra aggeſta impletis,

τοῦ κλύδωνος· ταχὺ δ' ἀποκαταστήσας τὰ πεπονηκότα τοῦ χώματος, καὶ τῇ πολυχειρίᾳ προκόψας εἰς βέλους ἄφεσιν, ἐπέστησε τὰς μηχανὰς ἐπ' ἄκρον τὸ χῶμα· καὶ τοῖς μὲν πετροβόλοις κατέβαλλε τὰ τείχη, τοῖς δ' ὀξυβελέσιν [1] ἀνεῖργε τοὺς ἐπὶ τῶν ἐπάλξεων ἐφεστῶτας. συνηγωνίζοντο δὲ τούτοις οἵ τε τοξόται καὶ σφενδονῆται, καὶ πολλοὺς τῶν ἐν τῇ πόλει παραβοηθοῦντας κατετίτρωσκον.

Mirae varietatis machinae describuntur, quibus Tyrii hostium tela excipiunt.

μγ΄. Οἱ δὲ Τύριοι ἁλιεῖς, ἔχοντες τεχνίτας καὶ μηχανοποιοὺς, κατεσκεύασαν φιλότεχνα βοηθήματα. πρὸς μὲν γὰρ τὰ καταπελτικὰ βέλη τροχοὺς κατεσκεύασαν διειλημμένους πυκνοῖς διαφράγμασι· τούτους δὲ διά τινος μηχανῆς δινεύοντες, τὰ μὲν συνέτριβον, τὰ δὲ παρέσυρον τῶν βελῶν, [2] πάντων δὲ τὴν ἐκ τῆς βίας φορὰν ἐξέλυον· τοὺς δ' ἐκ τῶν πετροβόλων φερομένους λίθους

1 Εἶργε Bas. 2 Πᾶσαν Reg. 1. Paullo ante διανεύοντες libri omnes.

vim fluctuum obstruxit. Postquam igitur eversas molis partes celeriter restituisset, iamque intra teli iactum ab operantium multitudine agger fuisset promotus; machinis in molis arce constitutis, petrariis moenia deiiciebat, missilibusque acutis in propugnaculis collocatos submovebat. His etiam sagittariii & funditores praesto erant, & complures de propugnatoribus oppidanis graviter sauciabant.

XLIII. Mari tamen assueti Tyrii, quibus artifices & machinarum structores non deerant, singularis industriae artisque remedia sibi compararant. Nam adversus catapultarum tela rotas crebris interfepimentis distinctas fabricarunt. Has dum machinae cuiusdam adminiculo circumversant, telorum alia comminuunt, alia in transversum distorquent. Impetum denique omnium, quamlibet violentum, infringunt. Lapides autem, e petrariis rota-

δεχόμενοι μαλακαῖς τισι καὶ συνενδιδούσαις κατασκευαῖς, ἐπράϋνον τὴν ἐκ τῆς ὀργανικῆς βίας δύναμιν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἅμα τῇ κατὰ τὸ χῶμα προσβολῇ παντὶ τῷ στόλῳ περιέπλει τὴν πόλιν, καὶ τὰ τείχη περιεσκέπτετο, καὶ φανερὸς ἦν πολιορκήσων τὴν πόλιν κατὰ γῆν ἅμα καὶ κατὰ θάλατταν. τῶν δὲ Τυρίων ἀνταναχθῆναι μὲν τῷ στόλῳ μηκέτι τολμώντων, τρισὶ δὲ ναυσὶν ὁρμούντων πρὸ τοῦ λιμένος, ὁ βασιλεὺς ἐπιπλεύσας αὐταῖς, καὶ πάσας συντρίψας, ἐπανῆλθεν ἐπὶ τὴν ἰδίαν στρατοπεδείαν. οἱ δὲ Τύριοι, βουλόμενοι διπλασιάσαι τὴν ἀπὸ τῶν τειχῶν ἀσφάλειαν, ἀποστήσαντες πέντε πήχεις, ἕτερον τεῖχος ᾠκοδόμουν, δέκα πηχῶν τὸ πλάτος, καὶ τὴν [1] ἀνὰ μέσον τῶν τειχῶν σύριγγα λίθων καὶ χώματος ἐπλήρουν. ὁ δ' Ἀλέξανδρος, τὰς τριήρεις ζευγνύων, καὶ μηχανὰς παντοδαπὰς αὐταῖς ἐπιστήσας, κατέβαλεν ἐπὶ πλέθρον τοῦ τείχους·

1 Ἀναμέσον Basil.

tos, dum rebus quibusdam mollibus, & facile cedentibus excipiunt, vim tormentorum languidiorem reddunt. Tum rex, oppugnatione ex aggere non contentus, simul omni classe, veluti corona urbem cingit, & circumquaque moenibus accurate lustratis, tam mari quam terra oppugnaturum se urbem, non obscure prae se ferebat. Ast ubi Tyrii cum classe occurrere non auderent, tres in portus ostio naves, forte stationem habentes, rex adortus, omnes confringit, & hinc in castra regreditur. Mox Tyrii, ut moenia duplo firmiora redderent, v cubitorum intervallo in medio relicto, murum alterum x cubitos latum aedificant, & vacuum inter utrumque spatium lapidibus & ingesta terra complent. Alexander vero, iunctis inter se triremibus, impositisque varii generis machinamentis, ad centum usque pedes murum diruit:

καὶ διὰ τοῦ πτώματος εἰσέπιπτον εἰς τὴν πόλιν. οἱ δὲ Τύριοι τοὺς [1] εἰσβιαζομένους πυκνοῖς βέλεσι βάλλοντες, μόλις [2] ἀπετρέψαντο, καὶ τὸ πεπτωκὸς μέρος τοῦ τείχους ἀνῳκοδόμησαν νυκτὸς ἐπιλαβούσης· μετὰ δὲ ταῦτα τοῦ χώματος συνάψαντος τῷ τείχει, καὶ τῆς πόλεως χερρονήσου γενομένης, πολλοὺς [3] καὶ μεγάλους ἀγῶνας συνέβαινε γίνεσθαι κατὰ τὴν τειχομαχίαν. οἱ μὲν γὰρ τὸ δεινὸν ἔχοντες ἐν ὀφθαλμοῖς, καὶ τὴν ἐκ τῆς ἁλώσεως συμφορὰν ἀναλογιζόμενοι, ταῖς ψυχαῖς οὕτω παρέστησαν πρὸς τὸν κίνδυνον, ὥστε τοῦ θανάτου καταφρονῆσαι. τῶν γὰρ Μακεδόνων [4] προσαγαγόντων πύργους ὑψηλοὺς, ἴσους τοῖς τείχεσι, καὶ διὰ τούτων τὰς ἐπιβάθρας ἐπιβαλλόντων, καὶ θρασέως ταῖς ἐπάλξεσιν ἐπιβαινόντων, οἱ μὲν Τύριοι, διὰ τὴν ἐπίνοιαν τῶν ὀργανοποιῶν, πολλὰ πρὸς τὴν τειχομαχίαν εἶχον βοηθήματα· χαλκευσάμενοι γὰρ εὐμεγέθεις τριόδοντας

1 Βιαζομένους Reg. 2. Basil.
2 Ἀπεστρέψαντο ora Steph. Reg. 1. in quo & μόγις. In Basil. ἐπετρ.
3 Omittit copulam Basil. Mox συνέβαλε γενέσθαι Reg. 1.
4 Προσαγόντων Baf. Reg. 1. & 2.

& iam per rudera in urbem irrumpi coeptum erat. At Tyrii, denso telorum imbre effuso, vix tandem hostes avertunt, & profligati muri partem per noctem insequentem denuo exstruunt. Posteaquam vero, aggere cum moenibus coniuncto, urbs in peninsulae formam redacta fuerat, pro defensione murorum plurima eaque ingentia certamina committi coeptum est. Nam licet mali atrocitatem in conspectu haberent, & calamitates expugnationi adiunctas perpenderent; ita tamen animos contra periculum obfirmarunt, ut mortem contemtui haberent. Cum enim Macedones tantae altitudinis turres admoverent, ut murorum pinnas aequarent, & per pontes inde proiectos audacter in moenia transcenderent, Tyriis ex fabrorum ingenio & sollertia multa propugnationis auxilia suppetebant. Hamatos enim tridentes eximiae magnitu-

παρηγκιστρωμένους, τούτοις ἔτυπτον ἐκ χειρὸς τοὺς ἐπὶ τῶν πύργων καθεστῶτας. ἐμπηγνυμένων δὲ εἰς τὰς ἀσπίδας τούτων, καὶ κάλους ἐχόντων προσδεδεμένους, εἷλκον πρὸς ἑαυτοὺς, ἐπιλαμβανόμενοι τῶν κάλων. ἀναγκαῖον οὖν ἦν ἢ προΐεσθαι τὰ ὅπλα, καὶ γυμνουμένους τὰ σώματα κατατιτρώσκεσθαι, πολλῶν φερομένων βελῶν, ἢ τηροῦντας τὰ ὅπλα διὰ τὴν αἰσχύνην, πίπτειν ἀφ᾽ [1] ὑψηλῶν πύργων καὶ τελευτᾶν. ἄλλοι δ᾽ ἁλιευτικὰ δίκτυα τοῖς ἐπὶ τῶν ἐπιβαθρῶν διαμαχομένοις ἐπιρριπτοῦντες, καὶ τὰς χεῖρας ἀχρήστους ποιοῦντες, κατέσπων καὶ περιεκύλιον ἀπὸ τῆς ἐπιβάθρας ἐπὶ τὴν γῆν.

μδʹ. Ἕτερον δ᾽ ἐπενόησαν εὕρεμα φιλότεχνον κατὰ τῆς τῶν Μακεδόνων ἀνδρείας, δι᾽ οὗ τοὺς ἀρίστους τῶν πολεμίων ἀμηχάνοις καὶ δειναῖς περιέβαλον τιμωρίαις. κατασκευάσαντες γὰρ ἀσπίδας χαλκᾶς καὶ σιδηρᾶς, καὶ ταύτας πληρώσαντες ἄμμου, φλογὶ πολλῇ συνεχῶς ὑπέκαιον καὶ διάπυρον κατασκευάζον τὴν ἄμμον. Clypei ahenei, arena fervida repleti & in hostes missi.

1 Ὑψηλοῦ πύργου ora Steph.

dinis fabricati, cominus locatos in turribus percutiebant. His in clypeos hostium defixis, quod funes habebant annexos, quos apprehenderant, ad se pertrahebant. Nam alterutrum necesse erat, aut ut omissis armis, & nudatis corporibus, in tanta multitudine telorum sauciarentur, aut illis ob pudorem retentis, praecipitati e turribus interirent. Alii retibus piscatoriis in dimicantes supra pontes coniectis, quod implicitas reddiderant manus, attractos ad terram devolvebant.

XLIV. Aliud insuper mirae artis inventum contra Macedonum virtutem excogitarant, quo hostium optimos quosque horrendae & inexplicabili calamitati involverunt. Clypeos enim ex aere ferroque cusos arena replebant, eosque tam diu igne multo torrebant, donec in-

ταύτην δὲ διά τινος μηχανῆς [1] τοῖς θρασύτατα μαχομένοις ἐπεῤῥίπτουν, καὶ ταῖς ἐσχάταις συμφοραῖς περιέβαλλον τοὺς ὑποπεσόντας. διὰ γὰρ τῶν θωράκων καὶ τῶν ὑποδυτῶν παρεισπίπτουσα ἡ ἄμμος, καὶ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς θερμασίας λυμαινομένη τὰς σάρκας, ἀβοήθητον ἐποίει τὸ ἀτύχημα. διὸ καὶ παραπλησίως τοῖς βασανιζομένοις πᾶσαν δεητικὴν φωνὴν [2] προϊέμενοι, τοὺς μὲν [3] ἐπικουρήσοντας οὐκ εἶχον, αὐτοὶ δὲ διὰ τὴν δεινότητα τοῦ πάθους εἰς μανιώδεις διαθέσεις ἐμπίπτοντες ἐτελεύτων, ἐλεεινῷ καὶ ἀμηχάνῳ πάθει περιπίπτοντες. ἅμα δὲ καὶ πῦρ ἐπεῤῥίπτουν, καὶ σαυνία καὶ λίθους ἐπέβαλλον οἱ Φοίνικες, καὶ τῷ πλήθει τῶν βελῶν κατεπόνουν τὰς ἀρετὰς τῶν ἀνθισταμένων· καὶ ταῖς μὲν δρεπανηφόροις κεραίαις τὰς τῶν κριῶν ὁρμητηρίας ὑποτέμνοντες, ἄχρηστον τὴν τῶν ὀργάνων βίαν ἐποίουν, ταῖς δὲ πυρφόροις μύδρους μεγάλους διαπύρους ἐπέβαλλον

Machinae igniferae.

1 Τοῖς θρασυτάτως Reg. 1.
2 Προϊεμένοις idem, neutrum bene. Omnes praeterea δεκτικήν.
3 Ἐπικουρήσαντας Basil.

candefceret arena. Hanc cum machina quadam in animofiffime pugnantes coniicerent, extrema illos calamitate afficiebant. Nam loricis & interulis fe infinuans arena, carnefque fervore intenfiffimo perurens, nullum malo remedium concedebat. Idcirco non fecus ac torturis fubiecti, licet omnis generis querelas cum obfecratione coniunctas ederent; nemo tamen, qui opitularetur, erat: unde prae affectionis illius atrocitate ad furorem adacti, inter miferabiles & non explicandos cruciatus animam exhalabant. Interim etiam flammas, veruta, & lapides in hoftem mittere Phoenices non definebant, adeo ut multitudini telorum hoftium virtus fuccumberet. Antennis praeterea falcatis funes arietum, quibus concitabantur, fuccidentes, vim inftrumentorum enervabant. Tum machinis igniferis grandes e ferro maffas & candentes in

εἰς τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων, καὶ διὰ τὴν πυκνότητα τῶν ἀνδρῶν οὐχ ἡμάρτανον τῶν σκοπῶν· τοῖς δὲ κόραξι καὶ ταῖς σιδηραῖς χερσὶν ἀνήρπαζον τοὺς τοῖς θωρακίοις ἐφεστῶτας. τῇ δὲ πολυχειρίᾳ πάσας τὰς [1] μηχανὰς ἐνεργεῖς ποιοῦντες, πολλοὺς τῶν βιαζομένων ἀπέκτεινον.

με'. Ἀνυπερβλήτου δὲ τῆς ἐκπλήξεως οὔσης, καὶ τῆς ἐν τοῖς ἀγῶσι δεινότητος ἀνυποστάτου [2] γινομένης, οὐδ' ὣς ἔληγον τῆς τόλμης οἱ Μακεδόνες, ἀλλὰ τοὺς ἀεὶ πίπτοντας ὑπερβαίνοντες, οὐκ ἐνουθετοῦντο ταῖς τῶν ἄλλων συμφοραῖς. ὁ δ' Ἀλέξανδρος ἐπιστήσας ἐπὶ τοὺς πετροβόλους καταπέλτας, καὶ λίθους μεγάλους ἀφιείς, ἐσάλευε τὰ τείχη· τοῖς δ' ὀξυβελέσιν ἀπὸ τῶν πύργων τῶν ξυλίνων ἐκβάλλων βελῶν παντοδαπῶν πλῆθος, δεινῶς κατετίτρωσκε τοὺς ἐφεστῶτας [3] τοῖς τείχεσιν. ἀντιμηχανώμενοι δὲ πρὸς ταῦτα οἱ Τύριοι, πρὸ μὲν τῶν τειχῶν μαρμαρίνους τροχοὺς ἵστανον, καὶ διά τινων ὀρ-

Macedones, fessi laboribus, de solvenda obsidione consilia agitant: sed rex obnititur.

1 Μηχανὰς ἀνενεργεῖς Reg. 1. In Bas. ἀνεργεῖς.
2 Γενομένης Reg. 1.
3 Ἐπὶ τοῖς idem.

confertam hostium turbam mittebant, quae propter densitatem illorum aberrare non poterant. Corvis autem manibusque ferreis in loricis consistentes abripiebant. Et quia multitudine propugnatorum abundabant, omnes oppugnantium machinas eludebant, multis insuper neci datis.

XLV. Etsi vero summe perculsis animis conflictus difficultas vix amplius sustineri poterat: nihil tamen de pristina Macedones audacia remittere; sed identidem ante se prostratos supergressi, aliorum clades in documentum suum non vertere. Interim cum Alexander catapultas contra ballistas statuisset, ingentibus saxis inde missis, moenia quassat. Et e catapultis magnam omnis generis telorum vim torquens, gravissima consistentibus in muro vulnera infert. Cui malo ut machinamentum aliquod opponant Tyrii, rotas marmoreas ante moenia statuunt,

γάνων τούτους δινεύοντες, τὰ φερόμενα βέλη καταπελτικὰ συνέτριβον, καὶ εἰς τὰ πλάγια μέρη παράγοντες, ἀπράκτους ἐποίουν τὰς τῶν ἀφιεμένων πληγάς. πρὸς δὲ τούτοις, βύρσας καὶ διπλᾶς διφθέρας πεφυκωμένας καταῤῥάπτοντες, εἰς ταύτας ἀπεδέχοντο τὰς ἀπὸ τῶν πετροβόλων πληγάς· καὶ μαλακῆς τῆς ἐνδόσεως γινομένης, ἐξελύετο τῶν φερομένων πετρῶν ἡ βία. καθόλου δὲ οἱ Τύριοι πάντα τρόπον εὐρώστως ἀμυνόμενοι, καὶ κατευποροῦντες τοῖς βοηθήμασι κατεθάῤῥησαν τῶν πολεμίων, καὶ τὸ τεῖχος καὶ τὰς ἐντὸς τῶν πύργων στάσεις ἀπολιπόντες, ἐπ' αὐτὰς ὠθοῦντο τὰς ἐπιβάθρας, καὶ ταῖς τῶν πολεμίων ἀνδραγαθίαις ἀντέταττον τὰς ἑαυτῶν ἀρετάς. διὸ καὶ συμπλεκόμενοι τοῖς πολεμίοις, καὶ τὴν μάχην ἐκ χειρὸς συνιστάμενοι, μέγαν ἀγῶνα τὸν ὑπὲρ τῆς πατρίδος συνίσταντο· καί τινες πελέκεσι τῶν ἀπαντώντων τὸ προσπεσὸν μέρος τοῦ σώματος ἀπέκοπτον. ἔνθα δὴ τῶν παρὰ τοῖς Μακεδόσιν ἡγεμόνων τις,

easque instrumentis quibusdam circumagitantes, delata e catapultis tela confringunt, aut in obliquum avertentes, ne quid ictu suo noceant emissa tela, efficiunt. Ad haec coria pellesque duplicatas, & alga farctas consuunt, quibus ballistarum ictus excipiunt. Et quia molliter cedebant, vis lapidum evibratorum facile dissolvebatur. Denique nullum non fortitudinis genus in defensione adhibent Tyrii. Et quia auxiliorum copia large suppetebat, iam audentiores hosti obviam eunt. Ideoque moenibus & stationibus intra turres relictis, in ipsos erumpunt pontes, virtutemque suam hostium strenuitati opponunt. Cum quibus consertis manibus congressi, ingens pro patria certamen ineunt. Erant inter ipsos, qui securibus partes de corpore occurrentium, quaecunque ictui expositae esset, resecarent. Ibi Macedonum dux quidam,

ὄνομα μὲν Ἄδμητος, διαφέρων δὲ ἀνδρείᾳ καὶ σώματος ῥώμῃ, [1] τεθαῤῥηκὼς τὴν βίαν τῶν Τυρίων ὑπέστη, καὶ πληγεὶς πελέκει [2] μέσην τὴν κεφαλὴν, παραχρῆμα κατέστρεψε τὸν βίον ἡρωϊκῶς. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ὁρῶν τῇ μάχῃ τῶν Τυρίων κατισχυομένους τοὺς Μακεδόνας, ἀνεκαλέσατο τῇ σάλπιγγι τοὺς στρατιώτας νυκτὸς ἤδη γενομένης. καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἔκρινε λῦσαι τὴν πολιορκίαν, καὶ τὴν στρατείαν ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον ποιεῖσθαι· μετανοήσας δὲ πάλιν, καὶ νομίσας αἰσχρὸν εἶναι παραχωρῆσαι Τυρίοις τῆς [3] κατὰ τὴν πολιορκίαν δόξης, καὶ τῶν φίλων ἕνα μόνον ὁμογνωμονοῦντα λαβὼν, Ἀμύνταν τὸν Ἀνδρομένους, πάλιν πρὸς τὴν πολιορκίαν ἐτρέπετο.

μϛʹ. Παρακαλέσας δὲ τοὺς Μακεδόνας ἑαυτοῦ μὴ λειφθῆναι κατ᾽ ἀνδρείαν, ἁπάσας τὰς ναῦς πολεμικῶς κατασκευάσας, [4] προσέβαλλε τοῖς τείχεσιν ἐκθύμως κατὰ γῆν ἅμα καὶ κατὰ θάλατταν. κατανοήσας δὲ

Novo impetu terra marique ſimul facto,

1 Τὸ θράσος καὶ τὴν idem.
2 Μέσην τὴν κεφαλὴν Reg. 1. Baſil. unde articulum addidi.
3 Ἐν τῇ Reg. 1.
4 Προσεβάλετο idem.

Admetus nomine, fortitudine ac robore corporis eximius, cum impetum Tyriorum animoſius exciperet, in medium caput ſecuri percuſſus heroice vitam illico finivit. Alexander itaque, Tyrios Macedonibus ſuis praevalere conflictu videns, nocte iam appetente receptui canit. Et primo quidem ſolvere obſidionem, & in Aegyptum expeditionem facere, conſtituit. Sed mutato ſtatim conſilio, cum Tyriis defenſae urbis gloriam concedere turpe duceret; quamvis unum ſolummodo ex amicis, nempe Amyntam Andromenis, ſententiae approbatorem haberet, ad oppugnationem iterum ſe convertit.

XLVI. Macedones igitur, ne fortitudine ipſo deteriores ſe exhiberent, cohortatus, ubi claſſem univerſam neceſſariis ad bellum inſtruxiſſet, terra ſimul marique urbem aggreditur. Animadvertens autem, eam muri partem,

περὶ τὰ νεώρια τὸ τεῖχος ἀσθενέστερον [1] ὑπάρχειν, τούτῳ προσήγαγε τὰς τριήρεις ἐζευγμένας, καὶ φερούσας τὰς ἀξιολογωτάτας μηχανάς. ἐν ταύταις δὲ [2] ἐτόλμησεν ἐπιτελέσασθαι πρᾶξιν οὐδὲ αὐτοῖς τοῖς ὁρῶσι πιστευομένην· ἐπιβάθραν γὰρ ἀπὸ τοῦ ξιλίνου πύργου τοῖς τῆς πόλεως τείχεσιν [3] ἐπιβαλὼν, διὰ ταύτης μόνος ἐπέβη τῷ τείχει, οὔτε τὸν ἀπὸ τῆς τύχης φθόνον εὐλαβηθεὶς, οὔτε τὴν τῶν Τυρίων δεινότητα καταπλαγείς· ἀλλὰ τὴν καταγωνισαμένην τοὺς Πέρσας δύναμιν ἔχων θεωρὸν τῆς ἰδίας ἀνδραγαθίας, τοῖς μὲν ἄλλοις Μακεδόσιν ἀκολουθεῖν προσέταξεν, αὐτὸς δὲ καθηγούμενος τῶν εἰς χεῖρας βιαζομένων τοὺς μὲν τῷ δόρατι, τοὺς δὲ τῇ μαχαίρᾳ τύπτων ἀπέκτεινεν· ἐνίους δ' αὐτῇ τῇ περιφερείᾳ τῆς ἀσπίδος ἀνατρέπων, ἐπισχεῖν τοῦ πολλοῦ θράσους ἐποίησε τοὺς πολεμίους. ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, καθ' ἕτερον μέρος ὁ κριὸς τύπτων κατέβαλε

Alexander ipse in urbis moenia ascendit:

alia parte aries in muro ruinam facit;

1 Ὑπάρχον non male Reg. 1.
2 Ἐτόλμησεν ἐπιτελέσασθαι πρᾶξιν οὐδὲ αὐτοῖς τοῖς Vatic. Reg. 1. αὐτοῖς etiam Basil. Vulgo ἐτόλμα -- οὐδὲ τοῖς &c.
3 Ἐπιβάλλων Reg. 1.

ubi navalia erant, non ita firmam esse, triremes, quae machinas selectissimas vehebant, ceu iugo inter se connexas, illuc adigit. Ibi facinus, quod nec spectantes facile crediderint, peragere ausus fuit. Namque pontem ex lignea turri cum urbis moenibus adiecisset, solus per illam in murum transcendit, nihil fortunae invidiam reveritus, nec vehementissimo Tyriorum impetu absterritus: sed copias, quae Persis in certamine superiores exstiterant, virtutis spectatrices habens, ceteros quidem Macedones subsequi se iussit, ipse vero princeps eorum, qui vim cominus inferebant, alios hasta, alios ense feriens, obtruncat: nonnullos etiam clypei umbone subvertens, nimiam hostis audaciam compescit. Dum haec vero geruntur, alia in parte aries vastam moenium ruinam ef-

πολὺ μέρος τοῦ τείχους· διὰ δὲ τοῦ πτώματος εἰσπεσόντων τῶν Μακεδόνων, καὶ τῶν περὶ τὸν Ἀλέξανδρον διὰ τῆς ἐπιβάθρας διαβάντων ἐπὶ τὸ τεῖχος, ἡ μὲν πόλις κατείληπτο· οἱ δὲ Τύριοι πρὸς ἀλκὴν τραπέντες, καὶ παρακαλέσαντες ἀλλήλους, ἐνέφραξαν τοὺς στενωποὺς, καὶ μαχόμενοι πλὴν ὀλίγων ἅπαντες κατεκόπησαν, ὄντες πλείους τῶν ἑπτακισχιλίων. ὁ δὲ βασιλεὺς τέκνα μὲν καὶ γυναῖκας ἐξηνδραποδίσατο, τοὺς δὲ νέους [1] πάντας, ὄντας οὐκ ἐλάττους τῶν δισχιλίων, ἐκρέμασε. σώματα δ' αἰχμάλωτα τοσαῦτα τὸ πλῆθος εὑρέθη, ὥστε τῶν πλείστων εἰς Καρχηδόνα κεκομισμένων, τὰ ὑπολειφθέντα γενέσθαι πλείω τῶν μυρίων καὶ τρισχιλίων. Τύριοι μὲν οὖν, γενναιότερον μᾶλλον ἢ φρονιμώτερον ὑποστάντες τὴν πολιορκίαν, τοσαύταις περιέπεσον συμφοραῖς πολιορκηθέντες μῆνας ἑπτά. ὁ δὲ βασιλεὺς τοῦ μὲν Ἀπόλλωνος τὰς χρυσᾶς σειρὰς καὶ τὰ δεσμὰ περιελό-

itaque urbs post VII menses capitur.

Captivorum numerus.

Apollini Philalexandro & Herculi sacra facit rex;

1 Ἅπαντας idem.

fecerat. Quare cum & per nudata urbis latera Macedones irruerent, & Alexander cum suis in murum transiisset, urbs iam capta erat. Nec tamen oppidani virtutis suae immemores erant: sed cohortati se mutuo, viarum angustias munire, & pugnam eo usque continuare, dum omnes conciderentur, quorum numerus VII M. exsuperabat. Rex vero imbellem aetatem femineumque sexum servituti addicit, iuvenesque omnes, quorum numerus non infra CIƆ CIƆ erat, suspendio afficit. Atqui tanta captivorum turba inventa fuit, ut, quamvis maxima pars Carthaginem deportata esset, reliquorum tamen ultra XIII M. numerarentur. In tantas ergo calamitates Tyrii, maiori strenuitate, quam prudentia, obsidionem tolerare ausi, post VII mensium oppugnationem inciderunt. Tum aureas Apollini catenas & vincula rex detraxit, & Deum

Y 3

μενος, παρήγγειλεν ὀνομάζειν τὸν θεὸν τοῦτον Ἀπόλλω Φιλαλέξανδρον· τῷ δὲ Ἡρακλεῖ μεγαλοπρεπεῖς θυσίας συντελέσας, καὶ τοὺς ἀνδραγαθήσαντας τιμήσας, ἔτι δὲ τοὺς τετελευτηκότας μεγαλοπρεπῶς θάψας, [1] τῆς μὲν Τυρίων πόλεως κατέστησε βασιλέα τὸν ὀνομαζόμενον Βαλλώνυμον, περὶ οὗ τὰ κατὰ μέρος οὐκ ἄξιον παραλιπεῖν, διὰ τὸ τῆς περιπετείας παράδοξον.

urbi novum regem Ballonymum praeficit.

μζʹ. Τοῦ γὰρ προϋπάρχοντος βασιλέως Στράτωνος διὰ τὴν πρὸς Δαρεῖον φιλίαν ἐκπεσόντος ἐκ τῆς ἀρχῆς, ὁ Ἀλέξανδρος ἔδωκεν ἐξουσίαν Ἡφαιστίωνι καταστῆσαι βασιλέα τῆς Τύρου τῶν ἰδιοξένων, ὃν ἂν προαιρῆται. τὸ μὲν οὖν πρῶτον οὗτος εὐδοκήσας τῷ ξένῳ, παρ' ᾧ τὴν ἐπισταθμίαν ἐπεποίητο [2] κεχαρισμένως, τοῦτον ἐπεβάλετο κύριον ἀναγορεῦσαι τῆς πόλεως· ὁ δὲ, πλούτῳ μὲν καὶ δόξῃ διαφέρων τῶν πολιτῶν, οὐδεμίαν δὲ συγγένειαν ἔχων πρὸς τοὺς γεγονότας βασιλεῖς, οὐκ

Memorabilis novi Tyriorum regis fortuna & priſtina humilitas.

1 Τῇ μὲν - πόλει Baſ. 2 Κεχαρισμένος Baſ. prave. Idem mox ἐπέβαλε.

hunc deinceps Apollinem Phil-Alexandrum (quod eſt, ſingularem Alexandri amicum) vocari iuſſit. Cumque magnifica Herculi ſacra peregiſſet, & honore affectis militibus, qui ſtrenuam in oppugnatione operam navarant, defunctos honeſtiſſime tumulaſſet, Tyriorum urbi regem praefecit, cui Ballonymo nomen. Eius hiſtoriam accuratiorem poſthabere, ob tam admirabilem ſortis converſionem, indignum fuerit.

XLVII. Poſtquam enim rex ſuperior, ob amicitiam cum Dario, imperio exutus fuerat, Alexander Hephaeſtioni poteſtatem dedit, ut, quem hoſpitum ſuorum vellet, regem Tyro deſignaret. Hic benevolentiam ſuam hoſpiti, ad quem ex animi ſententia diverterat, teſtatam faciens, urbis principem illum renuntiare conſtituit. Is vero, licet opibus & dignitate cives anteiret, tamen cum nulla reges cognatione attingeret, oblatum munus non

ἐδέξατο τὴν δωρεάν. τοῦ δὲ Ἡφαιστίωνος ἐπιτρέψαντος αὐτῷ τὴν ἐκλογὴν ποιήσασθαι ἐκ τοῦ γένους τῶν βασιλέων, ἔφησεν εἶναί τινα τῆς βασιλικῆς οἰκίας ἀπόγονον, τὰ μὲν ἄλλα σώφρονα καὶ ἀγαθὸν ἄνδρα, πένητα δὲ καθ' ὑπερβολήν. συγχωρήσαντος δὲ τοῦ Ἡφαιστίωνος τούτῳ τὴν δυναστείαν, ὁ λαβὼν τὴν ἐπιτροπὴν κατήντησεν ἐπὶ τὸν ὠνομασμένον μετὰ βασιλικῆς ἐσθῆτος, καὶ κατέλαβεν αὐτὸν ἔν τινι κήπῳ μισθοῦ μὲν ἀντλοῦντα, ῥάκεσι δὲ τοῖς τυχοῦσιν ἐσθῆτι χρώμενον. δηλώσας δὲ τὴν περιπέτειαν, καὶ περιθεὶς τὴν βασιλικὴν στολὴν καὶ τὸν ἄλλον τὸν ἁρμόζοντα κόσμον, ἀνήγαγεν αὐτὸν εἰς τὴν ἀγορὰν, καὶ ἀπέδειξε βασιλέα τῶν Τυρίων. ἀσμένως δὲ τοῦ πλήθους προσδεξαμένου, καὶ τὸ παράδοξον τῆς τύχης θαυμάσαντος, οὗτος μὲν Φίλος γενόμενος Ἀλεξάνδρῳ, τὴν βασιλείαν ἔσχε παράδειγμα τοῖς ἀγνοοῦσι τὴν τῆς τύχης παράδοξον μεταβολήν. ἡμεῖς δὲ ἐπεὶ τὰ περὶ

accepit. Permiſſum igitur ab Hephaeſtione, ut aliquem e regia ſtirpe delectum nominaret. Ibi quendam e regia familia ſupereſſe indicat, virum quidem prudentem & bonum, ſed extrema paupertate afflictum. Huic cum principatum Hephaeſtio conceſſiſſet, negotii huius procurator ſtatim ad deſignatum contendens, in horto quodam ipſum offendit mercede aquas haurientem, lacernaque viliſſima amictum. Quem, mutatione fortunae indicata, regia ſtola indutum, ceteriſque ornamentis decentibus inſtructum, in forum perduxit, ac Tyriorum regem declaravit. Idque populo, tam inexſpectatum eventum demiranti, fuit quam acceptiſſimum. Sic ille, amiciſſimus deinceps Alexandro, regnum obtinuit, exemplum his (evidentiſſimum), qui ſubitam fortunae variationem nondum cognoverunt. Iam recen-

τὸν Ἀλέξανδρον διήλθομεν, μεταληψόμεθα τὴν διήγησιν.

Interea Agis, rex Laced. pro Persis in Cretam expeditionem fecerat:

μη΄. Κατὰ γὰρ τὴν Εὐρώπην Ἆγις μὲν ὁ τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεὺς, τῶν ἐκ τῆς ἐν Ἰσσῷ μάχης διασωθέντων μισθοφόρων ἀναλαβὼν ὀκτακισχιλίους, νεωτέρων πραγμάτων ἀντείχετο, χαριζόμενος Δαρείῳ. προσλαβὼν δὲ παρὰ τούτου καὶ ναῦς καὶ χρημάτων πλῆθος, ἔπλευσεν εἰς Κρήτην, καὶ τῶν πόλεων τὰς πλείους χειρωσάμενος, ἠνάγκασε τὰ Περσῶν αἱρεῖσθαι.

Amyntas in Aegyptum.

Ἀμύντας δὲ [1] φυγὼν ἐκ Μακεδονίας, καὶ πρὸς Δαρεῖον ἀναβὰς, συνηγωνίσατο μὲν τοῖς Πέρσαις [2] ἐν τῇ Κιλικίᾳ, διασωθεὶς δ' ἐκ τῆς ἐν Ἰσσῷ παρατάξεως μετὰ [3] τετρακισχιλίων μισθοφόρων, καὶ πρὸ τῆς Ἀλεξάνδρου παρουσίας διανύσας εἰς Τρίπολιν τῆς Φοινίκης, [4] ἐπέλεξεν ἐκ τοῦ παντὸς στόλου τὰς ἀρκούσας ναῦς εἰς τὸν πλοῦν τοῖς ἰδίοις στρατιώταις, τὰς δ' ἄλλας ἐνέπρησεν. διαπλεύσας δ' εἰς τὴν Κύπρον, καὶ προσλαβόμενος στρατιώτας καὶ ναῦς, διέπλευσεν εἰς τὸ Πηλούσιον. τῆς

1 Ὁ φυγὼν Reg. 1.
2 Ἐν τῇ Κιλικίᾳ desunt Basil.
3 Τρισχιλίων marg. Steph. Ven.
4 Ἐξέλεξεν Reg. 1.

ſitis Alexandri factis, narrationem alio convertemus.

XLVIII. In Europa Agis, Lacedaemoniorum rex, mercenariorum VIII M. qui ex proelio ad Iſſum evaſerant, adſcitis, novas res in Darii gratiam agitare coepit. Nam claſſe ab hoc, magnaque pecuniarum vi accepta, in Cretam inſulam tranſmiſit, & pleraque illic oppida in poteſtatem redacta, Perſarum ſequi partes coëgit. Amyntas vero, qui e Macedonia exſul ad Darium confugerat, pro Perſis in Cilicia ſteterat, & ex acie ad Iſſum cum IV M. conductitiorum elapſus, cum ante Alexandri adventum, Tripolin Phoenices traieciſſet, ex omni claſſe, quantum ſatis eſſet militibus ſuis navium, delegit, reliquis incenſis. Cum his in Cyprum tranſgreſſus, & militibus navibuſque pluribus inſtructus, ad Peluſium tranſ-

δὲ πόλεως ἐγκρατὴς γενόμενος, ἀπέφαινεν ἑαυτὸν ὑπὸ Δαρείου τοῦ βασιλέως ἀπεστάλθαι στρατηγὸν, διὰ τὸ τὸν ἡγούμενον τῆς Αἰγύπτου σατράπην συναγωνιζόμενον ἐν Ἰσσῷ τῆς Κιλικίας πεπτωκέναι. [1] ἀναπλεύσας δ' εἰς Μέμφιν, τὸ μὲν πρῶτον πρὸ τῆς πόλεως [2] παραταξάμενος τοῖς ἐγχωρίοις, ἐνίκησε. μετὰ δὲ ταῦτα, πρὸς ἁρπαγὴν τῶν στρατιωτῶν τραπέντων, ἐπεξελθόντες ἐκ τῆς πόλεως ἐπέθεντο τοῖς ἀτάκτως διαρπάζουσι τὰς ἐπὶ τῆς χώρας κτήσεις, καὶ τόν τε Ἀμύνταν ἀπέκτειναν, καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ πάντας ἄρδην ἀνεῖλον. Ἀμύντας μὲν οὖν μεγάλαις ἐπιβολαῖς [3] ἐγχειρήσας, καὶ παρ' ἐλπίδα σφαλεὶς, τοιοῦτον ἔσχε τοῦ βίου τὸ τέλος. ὁμοίως δὲ τούτῳ καὶ τῶν ἄλλων ἡγεμόνων καὶ στρατηγῶν τινες ἐκ τῆς ἐν Ἰσσῷ μάχης μετὰ στρατιωτῶν διασωθέντες ἀντείχοντο τῶν Περσικῶν ἐλπίδων. οἱ μὲν γὰρ, πόλεις ἐπικαίρους καταλαμβανόμενοι, διεφύλαττον [4] ταύτας

1 Ἀνακάμψας in Steph. ora & Reg. 1. quod non placet.

2 Παρατάξασθαι, ἐνίκησε τοὺς ἐγχωρίους Ven. παραταξάμενος Reg. 1. bene. In edd. παραταξαμένοις.

3 Ἐγχειρίσας, καὶ παρ' ἐλπίδας Reg. 1. non inepte posterius. Vid. Ducker. in Thucydid. VIII, 81. Mox τὸ ante τέλος omittit Basil.

4 Αὐτὰς Reg. 1.

misit, & potitus urbe, a Dario se missum ductorem, prae se tulit, quod Satrapes, Aegypti provinciam administrans, in Cilicia ad Issum Persis militans occubuisset. Inde Memphin subvectus, loci incolas ante urbem conferta acie devicit. Qui non multo post, milite ad praedas dilapso, ex oppido egressi, & solutis ordinibus res ex agris agentes & ferentes adorti, & ipsum Amyntam, & omnes eius ductum secutos, ad internecionem cecidere. Hunc ad modum Amyntas, res arduas quidem molitus, sed praeter spem conatibus excidens, vitam absolvit. Sic & alii praefecti, exercituumque ductores, a pugna ad Issum superstites, Persicae fortunae spebus adhuc una cum militibus innitebantur. Alii enim urbes opportunas

τῷ Δαρείῳ· οἱ δ' ἔθνη προσαγόμενοι, καὶ δυνάμεις περὶ [1] αὐτοὺς κατασκευαζόμενοι, τὰς ἁρμοζούσας χρείας τοῖς ὑποκειμένοις καιροῖς παρείχοντο. οἱ δὲ σύνεδροι τῶν Ἑλλήνων ἐψηφίσαντο πέμψαι πρέσβεις πεντεκαίδεκα, στέφανον φέροντας χρυσοῦν παρὰ τῆς Ἑλλάδος ἀριστεῖον Ἀλεξάνδρῳ, καὶ συνησθησομένους τῇ κατὰ Κιλικίαν νίκῃ. Ἀλέξανδρος δὲ στρατεύσας ἐπὶ Γάζαν φρουρουμένην ὑπὸ Περσῶν, καὶ δίμηνον προσεδρεύσας, εἷλε κατὰ κράτος τὴν πόλιν.

Graeci Alexandro, cum Gazam oppugnaret, ob victoriam apud Issum coronam auream mittunt.

Olymp. CXII, 2.

Expugnata Gaza, Alexander in Aegyptum movet,

μθʹ. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Ἀριστοφάνους, ἐν Ῥώμῃ κατεστάθησαν ὕπατοι Σπούριος [2] Ποστούμιος καὶ Τῖτος Οὐετούριος. ἐπὶ δὲ τούτων, Ἀλέξανδρος ὁ βασιλεὺς τὰ περὶ τὴν Γάζαν [3] διοικήσας, Ἀμύνταν μετὰ δέκα νεῶν εἰς Μακεδονίαν ἐξέπεμψε, προστάξας τῶν νέων τοὺς εὐθέτους ἐπιλέξαι [4] πρὸς στρατείαν· αὐτὸς δὲ μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως παρῆλθεν εἰς Αἴγυπτον, καὶ

1 Αὐτοὺς Reg. 1. Basil.
2 Ποστόμιος Reg. 2. Vat. Basil.
3 Διοικησάμενος Reg. 1.
4 Πρὸς τὴν idem.

Dario asservabant, alii nationes, in fidem suam pertractas, ad comparandos exercitus, aliosque usus tempori convenientes, accommodabant. Interea Senatus Graecorum XV legatos cum aurea corona, quae rei bene gestae praemium foret, gratulatum Alexandro de victoria prope Issum, mittere decreverant. Is tum Gazam, Persarum praesidiis defensam, admotis copiis, oppugnabat: & post bimestrum obsidionem vi urbem cepit.

XLIX. Iam Archon Athenis erat Aristophanes, & Romae consulatum gerebant Spur. Postumius & T. Veturius. Tum Alexander, res ad Gazam exsecutus, Amyntam X navium classe instructum in Macedoniam misit, cum mandato, ut, qui inter iuvenes eximii haberentur, ad militiam deligeret. Interea cum exercitu ipse toto Aegy-

παρέλαβε πάσας τὰς ἐν αὐτῇ πόλεις χωρὶς κινδύνων. οἱ γὰρ Αἰγύπτιοι, τῶν Περσῶν ἠσεβηκότων εἰς τὰ ἱερὰ καὶ βιαίως ἀρχόντων, ἄσμενοι προσεδέξαντο τοὺς Μακεδόνας. καταστήσας δὲ τὰ κατὰ τὴν Αἴγυπτον, προῆλθεν εἰς Ἄμμωνος, βουλόμενος χρήσασθαι τῷ θεῷ. κατὰ μέσην δὲ τὴν ὁδὸν ἀπήντησαν αὐτῷ πρέσβεις παρὰ Κυρηναίων, στέφανον κομίζοντες καὶ μεγαλοπρεπῆ δῶρα, ἐν οἷς ἦγον ἵππους πολεμιστὰς τριακοσίους καὶ πέντε τέθριππα τὰ κράτιστα. ὁ δὲ τούτους μὲν ἀποδεξάμενος, φιλίαν καὶ συμμαχίαν συνέθετο πρὸς αὐτούς. αὐτὸς δὲ μετὰ τῶν [1] συναποδημούντων, προῆγεν ἐπὶ τὸ ἱερόν· καὶ διανύσας ἐπὶ τὴν ἔρημον καὶ ἄνυδρον, ὑδρευσάμενος διῄει τὴν χώραν ἔχουσαν ἄμμου μέγεθος ἀέριον. ἐν ἡμέραις δὲ τέτταρσιν ἐξαναλωθέντων τῶν κομιζομένων ὑδάτων, εἰς δεινὴν σπάνιν παρεγένοντο. εἰς ἀθυ-

quae pertaesa crudelitatem Persarum, ultro in deditionem venit.

Facta cum Cyrenensibus amicitia, rex usque ad Iovis Ammonis templa penetrat.

1 Συνεπιδημούντων idem. Paullo ante ἔθετο Basil.

ptum petit, urbesque eius absque Martis discrimine in fidem accipit. Nam quod Persae multa nefarie in sacra commiserant, & violenter imperitarant, animo lubente Macedones recepere. Rebus autem in Aegypto constitutis, ad consulendum Hammonis oraculum profectionem suscepit. Iam itineris dimidium exegerat, cum Cyrenensium legati occurrunt, coronam afferentes cum donis magnificis, inter quae ter centum equi ad bella condocefacti, & v erant quadrigae de praestantissimis. Quibus acceptis, amicitiam & societatem cum illis iunxit, atque inde cum comitatu ad fanum Dei perrexit. Ad solitudines cum esset perventum, & solum prorsus aridum sumtis aquis, regionem altissimis sabuli cumulis obrutam peragrabat. Sed quatriduo exacto, ubi aqua, quam (iumenta) devexerant, iam defecisset, cum summa tandem penuria conflictabantur. Dumque in magna pertur-

μίαν οὖν πάντων ἐμπεσόντων, ἄφνω πολὺς ὄμβρος ἐξ οὐρανοῦ κατεῤῥάγη, [1] τὴν ὑπάρχουσαν τῶν ὑγρῶν ἔνδειαν παραδόξως διορθούμενος. διὸ καὶ τὸ συμβὰν ἔδοξεν ἀνελπίστως σωθεῖσι θεῶν προνοίᾳ γεγονέναι. ὑδρευσάμενοι δ' ἔκ τινος κοιλάδος, ἐπὶ τέτταρας ἡμέρας ἔχοντες ἀρκοῦσαν τὴν βοήθειαν, καὶ διελθόντες ἡμέρας τέσσαρας, [2] διεξέπεσον τὴν ἄνυδρον. ἀδήλου δὲ τῆς ὁδοῦ καθεστώσης διὰ τὸ πλῆθος τῆς ἄμμου, οἱ καθηγούμενοι τῆς ὁδοῦ προσήγγειλαν τῷ βασιλεῖ, διότι κόρακες δεξιοὶ κλάζοντες τὴν τρίβον τῆς ἐπὶ τὸ ἱερὸν φερούσης ἀτραποῦ προσημαίνουσιν. οἰωνισάμενος δὲ τὸ συμβαῖνον ὁ Ἀλέξανδρος, καὶ διαλαβὼν δέχεσθαι τὸν θεὸν ἀσμένως τὴν παρουσίαν αὐτοῦ, προῆγε κατὰ σπουδὴν, καὶ τὸ μὲν πρῶτον κατήντησεν ἐπὶ [3] πικρὰν καλουμένην λίμνην, μετὰ δὲ ταῦτα πορευθεὶς σταδίους ἑκατὸν, παρήλλαξε τὰς [4] ἐπικαλουμένας Ἄμμωνος πόλεις·

1 Καὶ τὴν -- διωρθώσατο Reg. 1.
2 Διεξέπεσαν Reg. 2.
3 Τὴν πικρὰν Basil.
4 Ὀνομαζομένας ex glossa Reg. 1.

batione & consilii inopia versantur, ecce derepente coelo praecipitatus imber praesentem humoris defectum inexspectato correxit. Eventum igitur hoc, contra quam speraverant servati, Deorum providentiae acceptum referebant. Tunc aquis e valle quadam haustis, quantum in dies IV sufficeret ad levandam sitim, quatridui deinceps itinere torridam illam solitudinem pertransierunt. At cum de via, propter arenarum multitudinem, ipsis non constaret, qui praeibant, regi nuntiant, corvos a dextra crocitantes semitam recta ad oraculum praemonstrare. Rex igitur, quod evenerat, pro felici augurio acceptans, adventumque suum Deo gratum esse interpretans, maiori alacritate progreditur. Ac primum ad amaram (ut nominant) paludem devenit. Inde stadia centum emensus, urbes Hammonis nomine

ἐντεῦθεν δὲ ὁδοιπορήσας μίαν ἡμέραν, συνήγγισε τῷ τεμένει.

ν΄. Ἡ δὲ περὶ τὸ ἱερὸν τοῦτο χώρα περιέχεται ὑπὸ ἐρήμου καὶ ἀνύδρου [1] τῆς ἄμμου, πάσης φιλανθρωπίας ἐστερημένη. αὕτη [2] δ' ἐπὶ μῆκος καὶ πλάτος ἐπὶ σταδίους πεντήκοντα παρήκουσα, πολλοῖς μὲν καὶ καλοῖς ὕδασι ναματιαίοις διαῤῥεῖται, δένδρων δὲ παντοδαπῶν καὶ μάλιστα καρπίμων [3] πληθύει· καὶ τὸν μὲν ἀέρα τῇ κράσει παραπλήσιον ἔχει ταῖς ἐαριναῖς ὥραις, τόποις δὲ καυματώδεσι περιεχομένη, μόνη παρηλλαγμένην παρέχεται τοῖς ἐνδιατρίβουσι τὴν εὐκρασίαν. τὸ μὲν οὖν τέμενος φασὶν ἱδρύσασθαι Δαναὸν τὸν Αἰγύπτιον· τὴν δὲ ἱερὰν τοῦ θεοῦ χώραν περιοικοῦσι κατὰ μὲν τὴν μεσημβρίαν καὶ δύσιν Αἰθίοπες, κατὰ δὲ τὴν [4] ἄρκτον Λιβύων νομαδικὸν ἔθνος, καὶ τὸ πρὸς τὴν [5] μεσόγειον

Ammoniacae regionis situs, templa, palatia & memorabilia.

1 Τῆς ἀμμώδους Reg. 1.
2 Δ' ἐστὶ idem.
3 Πλήθει idem.
4 Ἄρκτον μεσημβρίαν τε καὶ δύσιν Λιβ. repetitis inconsiderate superioribus vocabulis, Reg. 1.
5 Μεσογείαν idem. Paullo ante τὸ desit Basil.

celebres praeterit. Hinc unius diei itinere peracto, consecratum Deo lucum attingit.

L. Regionem fano circumiectam arenae vastae ac siticulosae includunt, omni humaniore cultu destitutae. Haec tamen ad L stadia tam in latitudinem, quam longitudinem, porrecta, fontibus amoenissimis & passim manantibus irrigatur, arborumque omne genus, maximam partem fructus gignentium, copiose alit. Coeli autem temperies verno tempori similis est. Et licet aestuosis torridisque locis undique ambiatur, salubritatis tamen mirificae temperiem sola ibi degentibus subministrat. Templum equidem a Danao Aegyptio conditum esse memorant. Ceterum terram hanc Deo sacram versus meridiem & occasum Aethiopes, ad septemtriones Nomadum ritu vivens Libyum natio, tractum in mediterranea excur-

ἀνῆκον τὸ τῶν Νασαμώνων [1] ὀνομαζόμενον ἔθνος. τῶν δ' Ἀμμωνίων κωμηδὸν οἰκούντων, κατὰ μέσην [2] αὐτῶν τὴν χώραν ἀκρόπολις ὑπάρχει τριπλοῖς ὠχυρωμένη τοῖς τείχεσι· καὶ ταύτης ὁ μὲν πρῶτος περίβολος ἔχει τῶν ἀρχαίων δυναστῶν βασίλεια, ὁ δ' ἕτερος τὴν γυναικωνῖτιν αὐλὴν καὶ τὰς τῶν τέκνων καὶ γυναικῶν καὶ συγγενῶν οἰκήσεις, καὶ φυλακτήρια τῶν τόπων, ἔτι δὲ τὸν τοῦ θεοῦ σηκὸν, καὶ τὴν ἱερὰν κρήνην, ἀφ' ἧς τὰ τῷ θεῷ προσφερόμενα τυγχάνει τῆς ἁγνείας· ὁ δὲ τρίτος τὰς τῶν δορυφόρων καταλύσεις, καὶ τὰ φυλακτήρια τῶν τὸν τύραννον δορυφορούντων. καθίδρυται δὲ τῆς ἀκροπόλεως ἐκτὸς οὐ μακρὰν ἕτερος ναὸς Ἄμμωνος, πολλοῖς καὶ μεγάλοις [3] δένδροις σύσκιος. τούτου δὲ πλησίον ὑπάρχει κρήνη, διὰ τὸ συμβεβηκὸς ὀνομαζομένη ἡλίου κρήνη· αὕτη δὲ τὸ ὕδωρ ἔχει συμμεταβαλλόμενον αἰεὶ [4] ταῖς ἡμεριναῖς ὥραις παραδόξως. ἅμ' ἡμέρᾳ γὰρ

1 Ὀνομαζομένων Reg. 1. Νασαμόνων Basil.
2 Αὐτὴν idem Reg.
3 Δένδρεσι Reg. 1.
4 Ταῖς τῆς ἡμέρας ora Stephan. Reg. 1.

rentem gens Nasamonum, quae vocatur, incolit. Hammonii vicatim habitant. In medio territorii arx exsistit triplici muro firmata. Munitio prima vetustorum principum regiam continet. Altera gynaeceum, liberorum scilicet coniugumque & propinquorum habitationes, adeoque totius loci propugnacula, templum denique Dei, & sacrum fontem, unde, quae Deo offeruntur, lustrationem accipiunt, complexa est. In tertia satellitum diversoria, & excubiae illorum, qui principem armati comitari solent, habentur. Haud procul arce extrinsecus alterum Hammonis fanum iacet, quod multae arbores procerae inumbrant. Et fons proximus est, quem Solis, ab eo quod accidit, nuncupant. Aquam enim habet, cum horis diei miris subinde vicibus se variantem. Nam sub

ἐξίησι τὴν πηγὴν [1] χλιαρὰν, προϊούσης δὲ τῆς ἡμέρας, τῇ προσθέσει τῶν ὡρῶν ἀνάλογον καταψύχεται, τοῦ μεσημβρινοῦ δὲ καύματος ἀκμάζει τῇ ψυχρότητι· πάλιν δὲ ἀνάλογον ἀπολήγει πρὸς τὴν ἑσπέραν, καὶ τῆς νυκτὸς ἐπιλαβούσης ἀναθερμαίνεται μέχρι [2] μέσων νυκτῶν, καὶ τὸ λοιπὸν ἀπολήγει, μέχρις ἂν ἅμα τῷ φωτὶ πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς ἀποκατασταθῇ τάξιν. τὸ δὲ τοῦ θεοῦ ξόανον ἐκ σμαράγδων καί τινων ἄλλων περιέχεται, καὶ τὴν μαντείαν ἰδιάζουσαν παντελῶς ποιεῖται. ἐπὶ νεὼς γὰρ περιφέρεται χρυσῆς [3] ὑπὸ ἱερέων ὀγδοήκοντα. οὗτοι δ' ἐπὶ τῶν ὤμων φέροντες τὸν θεὸν, προάγουσιν αὐτομάτως ὅπου ποτ' ἂν [4] ἄγοι τὸ τοῦ θεοῦ νεῦμα τὴν πορείαν. συνακολουθεῖ δὲ πλῆθος παρθένων καὶ γυναικῶν Παιᾶνας ᾀδόντων κατὰ πᾶσαν τὴν ὁδὸν, καὶ πατρίῳ καθυμνούντων ᾠδῇ τὸν θεόν.

1 Χλιερὸν Reg. 1.
2 Μεσονυκτίου Steph. margo.
3 Ὑπὸ ἱερέων Reg. 1. & Basil. In edd. ἱερῶν.
4 Ἄγῃ Reg. 1. Mox τὴν προθυμίαν idem: quod etsi sententiam det commodam, non praestat vulgato.

tiam recolligeret, tum, ut sat temporis ad reparandum exercitum haberet, studiose laborans. Primus igitur cursus Ecbatana illum tulit, ubi aliquamdiu subsistens, relictos a fuga milites ad se recepit, armisque nudatos rursum instruxit. A finitimis etiam gentibus militem evocavit, Satrapasque ac duces in Bactris & praefecturis superioribus per nuntios eo missos, ut in benevolentia & fide erga se persisterent, admonuit. Interea Alexander, funeratis post victoriam, qui in acie occubuerant, Arbela ingreditur: magnamque deliciarum, ornatusque regii & gazae barbaricae copiam, quippe ter mille argenti pondo (talenta), invenit. Sed cum vicinum aëris tractum ex tanta cadaverum strage infectum iri, facile colligeret, translatis statim castris, cum omnibus inde copiis Babylonem pervenit: ubi cum ab incolis benigne exci-

μίας λαμπρῶς ἑστιώντων τοὺς Μακεδόνας, ἀνέλαβε τὴν δύναμιν ἐκ τῆς προγεγενημένης ταλαιπωρίας· πλείους δὲ τῶν τριάκοντα ἡμερῶν ἐνδιέτριψε τῇ πόλει, διά τε τὴν δαψίλειαν τῶν ἐπιτηδείων, καὶ τὴν Φιλοξενίαν τῶν ἐγχωρίων· μετὰ δὲ ταῦτα τὴν μὲν ἄκραν παρέδωκε τηρεῖν Ἀγάθωνι [1] τῷ Πυδναίῳ, συστήσας αὐτῷ Μακεδόνας στρατιώτας ἑπτακοσίους· Ἀπολλόδωρον δὲ τὸν Ἀμφιπολίτην, καὶ Μένητα τὸν Πελλαῖον ἀπέδειξε στρατηγοὺς τῆς τε [2] Βαβυλῶνος καὶ τῶν σατραπειῶν μέχρι Κιλικίας. δοὺς δὲ αὐτοῖς ἀργυρίου τάλαντα χίλια, προσέταξε ξενολογεῖν στρατιώτας ὡς πλείστους. [3] Μιθρίνῃ δὲ τῷ παραδόντι τὴν ἐν Σάρδεσιν ἄκραν, Ἀρμενίαν ἔδωκεν. ἐκ δὲ τῶν ληφθέντων χρημάτων τῶν μὲν ἱππέων ἑκάστῳ ἓξ μνᾶς ἐδωρήσατο, τῶν δὲ συμμάχων, πέντε· τῶν δ' ἐκ τῆς Φάλαγγος Μακεδόνων, δύο. τοὺς δὲ ξένους [4] διμήνοις μισθοφοραῖς ἐτίμησε πάντας.

ubi provincias recens occupatas ordinat.

1 Τῷ Δυαίῳ Venet.

2 Βαβυλωνίας Reg. 1. in quo στρατιώτας post Μακεδόνας paullo ante deſit.

3 Μιθρήνῃ Reg. 1. *Mithrinnem* Coſpus.

4 Διμηναίοις Reg. 1. διμήνου Vat.

peretur, & lauta Macedonibus hoſpitia praeberentur, ab aerumnis eo uſque exantlatis exercitum recreavit. Ultraque dies XXX, commodorum abundantia & civium hoſpitalitate ſic illum attinente, in urbe commoratur. Tum Agathonem Pydnaeum, cum IↃCC Macedonum praeſidio, cuſtodiae arcis praefecit; Apollodoro vero Amphipolitae, & Meneti Pellaeo, Babylonis & Satrapiarum ad Ciliciam uſque adminiſtrationem commiſit, traditiſque CIↃ talentis argeni, ut quantas poſſent militum copias conducerent, mandavit. Mithrinae, qui Sardium arcem prodiderat, Armeniam conceſſit. De pecuniis denique, quibus illic potitus erat, minas equiti ſenas, auxiliaribus quinas, ex phalange Macedonibus binas, & peregrino militi honoris cauſa bimeſtre ſtipendium donavit.

ξέ. Τοῦ δὲ βασιλέως ἀναζεύξαντος ἐκ τῆς Βαβυλῶνος, καὶ κατὰ τὴν πορείαν ὄντος, ἧκον πρὸς αὐτὸν παρὰ μὲν Ἀντιπάτρου πεμφθέντες ἱππεῖς μὲν Μακεδόνες πεντακόσιοι, πεζοὶ δὲ ἑξακισχίλιοι· ἐκ δὲ Θρᾴκης ἱππεῖς μὲν ἑξακόσιοι, Τραλλεεῖς δὲ τρισχίλιοι καὶ πεντακόσιοι· ἐκ δὲ Πελοποννήσου πεζοὶ μὲν τετρακισχίλιοι, ἱππεῖς δὲ βραχὺ λείποντες τῶν χιλίων· ἐκ δὲ τῆς Μακεδονίας, τῶν φίλων τοῦ βασιλέως [1] υἱοὶ πεντήκοντα, πρὸς τὴν σωματοφυλακίαν ὑπὸ τῶν πατέρων ἀπεσταλμένοι. ὁ δὲ βασιλεὺς τούτους παραλαβὼν, προῆγε, καὶ κατήντησεν ἑκταῖος εἰς τὴν [2] Σιττακηνὴν ἐπαρχίαν· τῆς δὲ χώρας ταύτης πολλὴν ἀφθονίαν ἐχούσης τῶν ἐπιτηδείων πάντων, ἐν ταύτῃ πλείους ἡμέρας ἔμεινεν, ἅμα μὲν σπεύδων ἐκ τῆς κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν ταλαιπωρίας ἀναλαβεῖν τὴν δύναμιν, ἅμα δὲ τῆς στρατιωτικῆς τάξεως διανοούμενος ἐπιμεληθῆναι, καὶ τὰς ἡγεμονίας ἀναβιβάσαι, καὶ τὴν δύναμιν ἰσχυροποιῆσαι τῷ τε πλήθει

Tum profectus, in ipso itinere novas ex Europa copias recipit.

Inde in Sittacenam regionem progressus,

1 Υἱεῖς Reg. 1. 2 Σιττακηνὴν idem. Vulgo Σιτακινήν.

LXV. Iamque promotis Babylone castris, in itinere rex erat, cum IↃ ex Macedonia equites, & VI CIↃ peditum, ad haec IↃC equites e Thracia, & Trallienſium CIↃ CIↃ CIↃ IↃ, e Peloponneſo inſuper CIↃ CIↃ CIↃ CIↃ peditum, ac CIↃ ferme equites, ab Antipatro in ſupplementum miſſi, advenere. Hos L amicorum regis e Macedonia filii, ad cuſtodiam regii corporis a parentibus deſtinati, comitabantur. Quibus receptis, in profectione inſtituta perrexit, ſextiſque caſtris in Sittacenam praefecturam devenit. Et quia haec regio, quidquid ad uſum vitae neceſſarium eſſet, large ſuppeditabat, complures in ea dies ſubſtitit, tum quod exercitum ab itineris moleſtia reficere ſtuderet, tum quod ordinum militarium accuratiorem ſuſcipere curam, & praefecturas ad gradus altiores extollere, exercitumque numero militum,

in re militari nonnulla melius inſtituit:

καὶ ταῖς ἀρεταῖς τῶν ἡγεμόνων. συντελέσας δὲ τὰ δεδογμένα, καὶ μετὰ πολλῆς ἐπιμελείας περὶ τῶν [1] ἀρίστων κρίσιν ποιησάμενος, καὶ πολλοὺς ἀπὸ τῆς μεγάλης ἡγεμονίας [2] ἐπὶ μεγάλας ἐξουσίας ἀναβιβάσας, πάντας τοὺς ἡγεμόνας εἰς ἀξίωμα μεῖζον καὶ στοργὴν ἰσχυρὰν πρὸς ἑαυτὸν προήγαγεν. ἐπεμελήθη δὲ καὶ τῆς ἰδιωτικῆς τῶν στρατιωτῶν διατάξεως, καὶ πολλὰ πρὸς τὴν εὐχρηστίαν [3] ἐπινοησάμενος, ἐπὶ τὸ κρεῖττον διωρθώσατο. κατασκευάσας δὲ πᾶσαν τὴν στρατιὰν [4] εὐνοίᾳ τε πρὸς τὸν ἡγούμενον διαφέρουσαν, καὶ πρὸς τὰ παραγγελλόμενα πειθαρχοῦσαν, ἔτι δὲ ταῖς ἀνδραγαθίαις ὑπερβάλλουσαν, ἐπὶ τοὺς ὑπολειπομένους ἀγῶνας ὥρμησεν. εἰς δὲ τὴν Σουσιανὴν καταντήσας, ἀκινδύνως παρέλαβε τὰ περιβόητα ἐν Σούσοις βασίλεια, ἑκουσίως [5] Ἀβουλήτου τοῦ σατράπου παραδόν-

deinde in Suſianam movet, Suſaſque ultro in deditionem accipit.

1 Ἀριστείων ora Steph. Reg. 1.
2 Haec uſque ad μεῖζον deſunt Veneto.
3 Ἐποίησε marg. Stephan. Tum καὶ πρὸς τὸ κρεῖττον.
4 Εὐνοίαν τε Reg. 1.
5 Ἀβουλεύτου in ora Steph. Vat. Venet. Baſil. Coſp.

& ſtrenuitate ducum validiorem efficere, in animo haberet. Nec mora, quae decreverat perfecit: initaque de optimis quibuſque cenſura quam diligentiſſime, cum multos ab amplis magiſteriis ad ſublimiorem poteſtatis gradum promoviſſet, hac ratione factum eſt, ut omnes tandem praefectos ad maiorem dignitatem, & amorem ſimul erga ſe firmiſſimum, proveheret. Gregarii quoque militis rectius ordinandi curam ſuſcepit, multiſque ad commodiorem uſum inventis, etiam hunc ad meliorem ſtatum redegit. Cum denique effeciſſet, ut exercitus totus benevolentia eximia imperatorem complecteretur, & imperiis quam obſequentiſſimum ſe praeberet, fortitudine etiam nullis cederet, ad quae reſtabant certamina deinceps, contendit. In Suſianam cum perveniſſet, regiam toto orbe celeberrimam occupat Suſis, Abulete urbem

τος αὐτῷ τὴν πόλιν, ὡς μὲν ἔνιοι γεγράφασι, προστάξαντος Δαρείου τοῖς πεπιστευμένοις ὑπ᾽ αὐτοῦ. τοῦτο δὲ πρᾶξαι τὸν βασιλέα τῶν Περσῶν, ὅπως ὁ μὲν Ἀλέξανδρος εἰς περισπασμοὺς ἀξιολόγους καὶ παραλήψεις ἐπιφανεστάτας τῶν πόλεων καὶ θησαυρῶν μεγάλων ἐμπεσὼν, ἐν ἀσχολίαις ὑπάρχῃ· ὁ δὲ Δαρεῖος τῇ φυγῇ λαμβάνῃ χρόνον εἰς τὴν τοῦ πολέμου παρασκευήν.

ξστ΄. Ὁ δ᾽ Ἀλέξανδρος, παραλαβὼν τὴν πόλιν καὶ τοὺς ἐν τοῖς βασιλείοις θησαυροὺς, εὗρεν ἀσήμου χρυσοῦ καὶ ἀργύρου πλείω τῶν τετρακισμυρίων ταλάντων. ταῦτα δὲ ἐκ πολλῶν χρόνων οἱ βασιλεῖς ἄθικτα διετήρησαν, πρὸς τὰ παράλογα τῆς τύχης [1] ἀπολιπόντες αὐτοῖς καταφυγάς. χωρὶς δὲ τούτων ὑπῆρχεν ἐννακισχίλια τάλαντα χρυσοῦ, χαρακτῆρα Δαρεικὸν ἔχοντα. ἴδιον δέ τι συνέβη γενέσθαι τῷ βασιλεῖ κατὰ τὴν παράληψιν τῶν χρημάτων. [2] καθίσαντος γὰρ αὐτοῦ ἐπὶ τὸν βασιλικὸν θρόνον, καὶ τούτου μείζονος ὄντος ἢ κατὰ

Gaza regia Susis inventa describitur.

1 Ἀπολείποντες αὐτοῖς Reg. 1. 2 Καθήσαντος Reg. 2. Basil.

sponte sua tradente. Literis a quibusdam est proditum, iussisse hoc Darium illos, quorum fides ei spectata erat. Idque in hunc finem a rege Persarum esse factum, ut rebus arduis districto Alexandro, dum urbes clarissimas thesaurosque maximos recipit, otium subtraheretur, Dariusque interim ad instaurandum bellum sat in fuga temporis haberet.

LXVI. Alexander itaque, oppido & thesauris in regia potitus, auri & argenti forma non signati plus XL M. talentûm invenit. Has opes longa aetate intactas conservarant reges, ut ad inopinatos fortunae casus, quo refugerent, in promtu foret. Praeter haec etiam IX M. talentûm auri, Darico signo notati, aderant. In hac opum recensione novum quiddam regi accidit. In regia is sella consederat. Quae cum excelsior, quam pro habitu cor-

τὴν συμμετρίαν τοῦ σώματος, τῶν παίδων τις ἰδὼν τοὺς πόδας ἀπολείποντας πολὺ τοῦ κατὰ τὸν θρόνον ὑποβάθρου, βαστάσας τὴν Δαρείου τράπεζαν, ὑπέθηκε τοῖς ποσὶν [1] αἰωρουμένοις. ἁρμοστῆς δὲ γενομένης, ὁ μὲν βασιλεὺς ἀπεδέξατο τὴν τοῦ πράξαντος εὐστοχίαν· τῶν δὲ παρεστώτων τις τῷ θρόνῳ εὐνοῦχος, κινηθεὶς τὴν ψυχὴν τῇ μεταβολῇ τῆς τύχης, ἐδάκρυσεν. ὃν ἰδὼν ὁ Ἀλέξανδρος ἤρετο, Τί κακὸν ἰδὼν γεγονὸς κλαίεις; ὁ δὲ εὐνοῦχος ἔφησε, Νῦν μὲν σός εἰμι δοῦλος, πρότερον δὲ Δαρείου· καὶ φύσει φιλοδέσποτος ὤν, ἤλγηκα ἰδὼν τὸ [2] παρ᾽ ἐκείνῳ μάλιστα τιμώμενον, νῦν ἄτιμον γεγονὸς σκεῦος. ὁ δὲ βασιλεὺς διὰ τῆς ἀποκρίσεως λαβὼν ἔννοιαν τῆς ὅλης κατὰ τὴν Περσικὴν βασιλείαν μεταβολῆς, ὑπέλαβεν ἑαυτὸν ὑπερήφανόν τι πεποιηκέναι, καὶ τῆς πρὸς τὰς αἰχμαλώτιδας ἐπιεικείας ἀλλοτριώτατον. διόπερ προσκαλεσάμενος τὸν θέντα τὴν τράπεζαν, ἐπέ-

Darii menſa, Alexandri pedibus ſubdita, eunucho lacrimas movet.

1 Εἰωρουμένοις Reg. 2. ἑωρουμένοις Baſ. 2 Παρ᾽ ἐκείνου Reg. 1.

poris eſſet, unus ex regiis pueris, pedes imum ſolii gradum non contingere videns, allatam Darii menſam pedibus ita ſuſpenſis ſubdidit. Haec ubi quam aptiſſime convenit, rex quidem facti ſollertiam probat: ſed ex Eunuchis ſellae adſtantibus quidam, hac ſortis mutatione vehementius animo commotus, lacrimas profundit. Id animadvertens Alexander, Quid mali accidere vidiſti, ut ita fleas? rogat. Cui ille: Nunc tuus quidem ſervus ſum, ut antea Darii. Sed quia naturali quadam propenſione dominum amo, menſam, ab eo ſummo in honore habitam, nunc eo contemtus deiectam, abſque ſingulari moeſtitia intueri haud poſſum. Hoc reſponſo ad conſiderationem, quanta imperium Perſicum mutatio excepiſſet, rex adactus, inſolens a ſe facinus commiſſum, & ab humanitate, qua erga captivas uſus fuerat, alienum, reputare coepit. Advocatum ergo, qui menſam collocarat,

ταξεν ἆραι πάλιν. ἐνταῦθα παρεστὼς Φιλώτας, Ἀλλ' οὐχ ὕβρις ἐστὶν, εἶπε, τὸ μὴ ὑπὸ σοῦ προσταχθὲν, ἀλλὰ δαίμονός τινος ἀγαθοῦ προνοίᾳ καὶ βουλήσει. ὁ δὲ βασιλεὺς, οἰωνισάμενος τὸ ῥηθὲν, προσέταξεν ἐᾷν κειμένην ὑπὸ τῷ θρόνῳ τὴν τράπεζαν.

ξζ'. Μετὰ δὲ ταῦτα τὴν μὲν Δαρείου μητέρα καὶ τὰς θυγατέρας καὶ τὸν υἱὸν ἀπέλιπεν ἐν Σούσοις, καὶ παρακατέστησε τοὺς διδάξοντας τὴν Ἑλληνικὴν διάλεκτον· αὐτὸς δὲ μετὰ τῆς δυνάμεως ἀναζεύξας, τεταρταῖος ἐπὶ τὸν Τίγριν ποταμὸν ἀφίκετο. ὃς ῥέων ἀπὸ τῆς Οὐξίων ὀρεινῆς, τὸ μὲν πρῶτον φέρεται διὰ χώρας τραχείας καὶ χαράδραις μεγάλαις διειλημμένης, ἐπὶ σταδίους χιλίους. ἔπειτα διαῤῥεῖ χώραν πεδιάδα, πραϋνόμενος ἀεὶ μᾶλλον· καὶ διελθὼν σταδίους ἑξακοσίους, ἐξίησιν εἰς τὴν κατὰ Πέρσας θάλασσαν. διαβὰς δὲ τὸν Τίγριν, προῆγεν ἐπὶ τὴν Οὐξίων χώραν, οὖσαν πάμφορον καὶ δαψιλέσιν ὕδασι διαῤῥεομένην, καὶ πολλοὺς

Sufis relicta Darii matre cum liberis, Alexander Pasitigrin transit.

removere illam iubet. Sed adstans illi Philotas, Non insolentiae hoc est, o rex, ait, iniussu tuo factum; sed boni cuiusdam genii providentia & voluntate id evenit. Quod pro dextro omine rex accipiens, mensam, regiae sellae suppositam, loco permanere iussit.

LXVII. Post haec Darii matrem & filias natumque Susis reliquit, sed magistris, qui Graecam eos linguam edocerent, adhibitis. Ipse vero cum copiis inde movens, quartis castris ad Tigrim fluvium devenit. Is e montibus Uxiorum ortus, primo per regionem asperam, magnisque intercisam voraginibus, ad CIↃ stadia defertur. Hinc a campis exceptus, clementiore subinde alveo eos percurrit, & IↃC inde stadia emensus, in Persicum mare se insinuat. Amne superato, Alexander terram Uxiorum petit fertilissimam. Nam aquis largissimis perrigata fructus

καὶ παντοδαποὺς ἐκφέρουσαν καρπούς. διὸ καὶ τῆς ὡρίμου ξηραινομένης ὀπώρας παντοδαπὰ [1] πλάσματα χρήσιμα πρὸς ἀπόλαυσιν οἱ τὸν Τίγριν πλέοντες ἔμποροι κατάγουσιν εἰς τὴν Βαβυλωνίαν. καταλαβὼν δὲ τὰς παρόδους φυλαττομένας ὑπὸ [2] Μαδέτου, συγγενοῦς μὲν ὄντος Δαρείου, δύναμιν δὲ ἔχοντος ἀξιόλογον, κατεσκέψατο τὴν [3] ὀχυρότητα τῶν τόπων. ἀπαροδεύτων δ' ὄντων κρημνῶν, τῶν ἐγχωρίων τις ἀνὴρ, Οὔξιος μὲν τὸ γένος, ἔμπειρος δὲ τῶν τόπων, ἐπηγγείλατο τῷ βασιλεῖ διά τινος στενῆς ἀτραποῦ καὶ παραβόλου ἄξειν τοὺς στρατιώτας, ὥστε ὑπερδεξίους γενέσθαι τῶν πολεμίων. ὁ δ' Ἀλέξανδρος, προσδεξάμενος τοὺς λόγους, τούτῳ μὲν συναπέστειλε τοὺς ἱκανοὺς στρατιώτας· αὐτὸς δὲ τὴν δίοδον κατασκευάσας, ἐφ' ὧν ἦν ἐνδεχόμενον, προσέβαλε [4] τοῖς ἐπὶ τῶν παρόδων ἐφεστηκόσιν. ἐκ δια-

& superatis per angustam viam rupibus, cunctis per Uxianam regionem urbibus potitur.

1 In Basil. μάτα tantum, omissa syllaba priore.

2 Μαδέου ora Steph. & Reg. 1. *Madete* Cospus. In edd. Μέτου.

3 Ὀχυρότητα τοῦ τόπου marg. Steph. & Basil.

4 Ἐπὶ τοῖς τῶν Reg. 1. Tum ἐναργῶς idem.

omnis generis copiosissime producit. Ex his tempestive per autumnum desiccatis omnis generis condimenta ad usum & voluptatem hominum mercatores per Tigrim in Babyloniam devehunt. Omnes vero aditus a Madete, qui propinqua cognatione Darium attingebat, & validissimo exercitu instructus erat, praesidiis munitos offendit. Dumque locorum firmitatem diligentius explorat, & nullum per rupes transitum patere cernit; indigenarum quidam e gente Uxiorum, & locorum peritus, Alexandro pollicetur, se per angustam quandam perdifficilemque semitam eo usque ducturum milites, ut supra capita hostium evadant. Probato rex sermone, non mediocrem duci manum adiungit. Ipse interea, ut quantum eius fieri possit, transitum sibi aperiat, obsidentes aditum

δοχῆς δὲ ἐνεργῶς τοῦ κινδύνου συνεστῶτος, καὶ τῶν Βαρβάρων περισπωμένων περὶ τὸν ἀγῶνα, παραδόξως οἱ πεμφθέντες ἐφάνησαν ὑπερδέξιοι τοῖς τὴν πάροδον φυλάττουσι. καταπλαγέντων δὲ τῶν Βαρβάρων, καὶ πρὸς φυγὴν ὁρμησάντων, ἐγκρατὴς ἐγένετο τῆς διεξόδου, καὶ ταχέως πασῶν τῶν κατὰ τὴν Οὐξιανὴν [1] πόλεων.

ξή. Ἐντεῦθεν δ' ἀναζεύξας προῆγεν ἐπὶ τὴν Περσίδα, καὶ πεμπταῖος ἧκεν ἐπὶ τὰς Σουσιάδας καλουμένας πέτρας. ταύτας δὲ προκατειληφὼς ἦν ὁ Ἀριοβαρζάνης, μετὰ στρατιωτῶν πεζῶν μὲν δισμυρίων καὶ πεντακισχιλίων, ἱππέων δὲ τριακοσίων. ὁ δὲ βασιλεὺς, δόξας τῇ βίᾳ κρατήσειν τῆς πύλης, προῆγε διὰ τόπων στενῶν καὶ τραχέων, οὐδενὸς παρενοχλοῦντος. οἱ δὲ Βάρβαροι μέχρι μέν τινος εἴων αὐτὸν διαπορεύεσθαι τὰς παρόδους, ἐπεὶ δὲ εἰς μέσας τὰς δυσχωρίας ἧκον, ἄφνω τὴν ἐπίθεσιν ἐποιοῦντο, καὶ πολλοὺς μὲν ἁμαξιαίους

Inde progressus Alexander versus Persiam, usque ad Susiades petras,

1 Vulg. πολέων ἐγκρατὴς ὑπῆρξεν. Sed non leguntur in Reg. 2. & Bas. binae ultimae voces, propterea a Steph. asterisco notatae.

invadit: acrique proelio, dum integri fessis submittuntur, commisso, & Barbaris certamine distractis, ex improviso, qui missi fuerant, se transitum custodientibus loco superiori ostendunt. Perculsis rei novitate Barbaris, & in fugam dilapsis, rex transitu potitur, & subito cunctas per Uxianam urbes in ditionem redigit.

LXVIII. Motis inde castris, Persiam versus progreditur, & die quinto Susiades, quas vocant, petras ingreditur. Has iam ante insederat Ariobarzanes cum peditum XXV M. & equitibus CCC. Rex autem, portam illam vi se occupaturum existimans, per angusta impeditaque loca, nemine molestiam facessente, cum agmine contendit. Barbarique ad tempus transitum permittunt. Simulac vero ad medias loci difficultates & angustias perventum, illico vires suas expediunt, crebraque ingenti pondere

dum angustias, ab Ariobarzane obsessas, perrumpere conatur, cum ingenti clade repellitur.

[1] λίθους ἐπεκύλιον, οἳ προσπίπτοντες ἄφνω τοῖς Μακεδόσι, πολλοὺς διέφθειρον· οὐκ ὀλίγοι δ' ἀπὸ [2] τῶν κρημνῶν ἀκοντίζοντες εἰς πεπυκνωμένους, οὐκ ἀπετύγχανον τῶν σκοπῶν· ἄλλοι δ' ἐκ χειρὸς τοῖς λίθοις βάλλοντες τοὺς βιαζομένους τῶν Μακεδόνων ἀνέστελλον. πολλὰ δ' αὐτοῖς τῆς δυσχωρίας συνεργούσης, ἐπλεονέκτουν, καὶ συχνοὺς μὲν ἀπέκτεινον, οὐκ ὀλίγους δὲ κατετίτρωσκον. ὁ δ' Ἀλέξανδρος [3] τῇ δεινότητι τοῦ πάθους ἀδυνατῶν βοηθεῖν, καὶ θεωρῶν μηδένα τῶν πολεμίων μήτε τεθνηκότα [4] μήτε ὅλως τετρωμένον, τῶν δὲ ἰδίων ἀπολωλότας μὲν πολλοὺς, κατατετρωμένους δὲ σχεδὸν ἅπαντας τοὺς [5] προσβαλόντας, ἀνεκαλέσατο τῇ σάλπιγγι τοὺς στρατιώτας ἀπὸ τῆς μάχης. [6] ἀναχωρήσας δὲ ἀπὸ τῶν παρόδων σταδίους τριακοσίους, κατεστρατοπέδευσε, καὶ παρὰ τῶν ἐγχωρίων ἐπυνθάνετο μή τις

1 Λίθους ἐπεκύλιον sine interpositis vocibus τοῖς μεγέθεσιν, quas & Steph. nota inussit, Bas. Reg. 2.

2 Τοῦ κρημνοῦ ora Steph. Paullo ante τοῖς Μακεδόσι ἀθρόοι satis eleganter Reg. 1.

3 Τὴν δεινότητα idem.

4 Μήθ' ὅλως idem.

5 Προσβαλόντας Reg. 1. quod amplector. Προσβάλλοντας edd.

6 Ἀποχωρήσας & τετρακοσίους Reg. 1.

saxa devolvunt: quae in Macedones praecipitata, magnam stragem faciunt. Nec exigua illorum pars iaculis rem desuper e rupibus agere, semperque in turba conferta ubicunque tela intenderent, aliquos ferire. Alii, missis e manu lapidibus, Macedones, vi perrumpere conantes, retropellere. Et quia locorum asperitate adiuti praevalebant, magnum numerum occidere, nec minorem sauciare. Alexander ergo, cum tantae cladis atrocitati obsistere non posset, videretque ex hostibus non modo non cadere quemquam, sed nec vulnerari, de suis vero plurimos interire, ac ferme omnes in prima acie vulneribus confectos, tuba receptui signum dedit. Et e faucibus illis retrogressus ad CCC stadia, castris locum delegit. Tum ex incolis sciscitatus, num qua alius foret transi-

ἑτέρα ἐστὶ διεκβολή. πάντων δ' ἀποφαινομένων δίοδον μὲν μηδεμίαν ἄλλην ὑπάρχειν, περίοδον δὲ εἶναι πολλῶν ἡμερῶν· αἰσχρὸν εἶναι νομίσας ἀτάφους ἀπολιπεῖν τοὺς τετελευτηκότας, καὶ τὴν αἴτησιν τῶν νεκρῶν οὖσαν [1] ὁρῶν ἀσχήμονα καὶ περιέχουσαν ἥττης ὁμολόγησιν, προσέταξεν [2] ἀπαγαγεῖν ἅπαντας τοὺς αἰχμαλώτους. ἐν δὲ τούτοις ἧκεν ἀπαγόμενος ἀνὴρ δίγλωττος, εἰδὼς τὴν Περσικὴν διάλεκτον· οὗτος δὲ ἑαυτὸν ἀπεφαίνετο [3] Λύκιον μὲν εἶναι τὸ γένος, αἰχμάλωτον δὲ γενόμενον ποιμαίνειν κατὰ τὴν ὑποκειμένην ὀρεινὴν ἔτη πλείω· δι' ἣν αἰτίαν ἔμπειρον γενέσθαι τῆς χώρας, καὶ δύνασθαι τὴν δύναμιν ἀγαγεῖν διὰ τῆς καταδένδρου, καὶ κατόπιν ποιῆσαι τῶν τηρούντων τὰς παρόδους. ὁ δὲ βασιλεύς, μεγάλαις δωρεαῖς τιμήσειν [4] ἐπαγγειλάμενος τὸν ἄνδρα, τούτου καθηγουμένου διῆλθεν ἐπιπόνως τὴν ὀρεινὴν

E captivis unum alia via secutus, angustias superat, & Ariobarzanem opprimit.

1 Deest in Reg. 1. ὁρῶν.
2 'Αναγαγεῖν idem.
3 Μὲν Λύκιον Vat.
4 'Επαγγελλόμενος Reg. 1.

tus, omnes respondent, nusquam alibi patere iter; multorum tamen dierum circuitu intrari posse. At rex, turpe sibi ducens, si militum cadavera insepulta relinqueret, eaque ad sepulturam expetere, ignominiosum sibi, ac manifestam victoriae concessionem fore, animadvertens, quotquot tum captivi adessent, ut ad se adducerentur, imperavit. Inter hos quidam erat duas callens linguas, Persicam videlicet & Graecam. Qui natione Lycium se esse, & captum aliquando in bello, nunc annos complures in vicinis montibus gregum pasturae adhibitum esse, indicavit. Regionis itaque notitiam se consecutum, per tractus illos nemorosos exercitum deducere, ut a tergo excubiis aditum tuentibus immineret, se posse confirmavit. Rex, ingentia viro praemia pollicitus, duce illo, per noctem montium iuga, quamvis magno cum labore,

νυκτὸς, πολλὴν μὲν πατήσας χιόνα, πᾶσαν δὲ κρημνώδη χώραν περάσας, χαράδραις βαθείαις καὶ πολλαῖς φάραγξι διειλημμένην. ἐπιφανεὶς δὲ ταῖς προφυλακαῖς τῶν πολεμίων, τοὺς μὲν πρώτους κατέκοψε, τοὺς δ' ἐπὶ τῆς δευτέρας φυλακῆς τεταγμένους ἐζώγρησε· τοὺς δὲ τρίτους τρεψάμενος, ἐκράτησε τῶν παρόδων, καὶ τοὺς [1] πλείστους τῶν περὶ τὸν Ἀριοβαρζάνην ἀπέκτεινε.

Hinc Perfepolin contendens literas a Teridate accipit, qui urbem tradere pollicetur.

ξθ'. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐπὶ τὴν Περσέπολιν [2] προάγων, κατὰ τὴν ὁδὸν ἐπιστολὴν ἐκομίσατο παρὰ τοῦ κυριεύοντος τῆς πόλεως Τηριδάτου. ἐν ταύτῃ δ' ἦν γεγραμμένον, ἐὰν παραγενόμενος φθάσῃ τοὺς ἐπιβαλλομένους διατηρῆσαι Δαρείῳ τὴν Περσέπολιν, [3] κύριος ἔσται ταύτης ὑπ' αὐτοῦ παραδοθείσης. διόπερ ὁ Ἀλέξανδρος [4] κατὰ σπουδὴν ἦγε τὴν δύναμιν, καὶ τὸν Ἀράξην ποταμὸν ζεύξας, διεβίβασε τοὺς στρατιώτας. προάγοντος δὲ τοῦ βασιλέως, θέαμα παράδοξον καὶ δεινὸν ὤφθη, μισο-

1 Πλείους Reg. 1.
2 Προαγαγὼν idem.
3 Κύριος ἔσεσθαι idem.
4 Κατασπουδὴν Basil.

fuperat. Ingens enim copia nivium calcanda venit, & per regionem, faxis praeruptis, voraginibufque profundis, & crebris vallibus interruptam, tranfeundum fuit. Hanc emenfus, fimulac primis hoftium ftationibus in confpectum venit, illas ftatim concidit: in proximis autem excubiis collocatos cepit. Tertiifque in fugam coniectis, aditus omnes in poteftatem redegit. Et militum Ariobarzanis partem maximam cecidit.

LXIX. Hinc ad Perfepolin ducens, literas in itinere a Teridate urbis praefecto accipit. His fignificabatur: Si adventu fubito opprimeret eos, qui urbem Dario integram confervare niterentur, urbem a fe traditam in fidem accepturum. Citatis igitur itineribus cum exercitu pergit. Et Araxe ponte iuncto, milites tranfmittit. In hoc copiarum progreffu infolens dirumque fpectaculum

πονηρίαν μὲν περιέχον κατὰ τῶν πραξάντων, ἔλεον δὲ καὶ συμπάθειαν ἐπιφέρον πρὸς τοὺς ἀνήκεστα πεπονθότας. ἀπήντησαν γὰρ αὐτῷ μεθ' ἱκετηριῶν Ἕλληνες ὑπὸ τῶν [1] πρότερον βασιλέων ἀνάστατοι γεγονότες, ὀκτακόσιοι μὲν σχεδὸν τὸν ἀριθμὸν ὄντες, ταῖς δ' ἡλικίαις οἱ πλεῖστοι μὲν γεγηρακότες, ἠκρωτηριασμένοι δὲ [2] πάντες, οἱ μὲν χεῖρας, οἱ δὲ πόδας, οἱ δὲ ὦτα καὶ ῥῖνας· τῶν δ' ἐπιστήμας ἢ τέχνας εἰδότων, καὶ ἐν παιδείᾳ προκεκοφότων τὰ μὲν ἄλλα τῶν ἀκρωτηρίων ἀπέκοπτον, αὐτὰ δὲ μόνα τὰ συνεργοῦντα πρὸς τὰς ἐπιστήμας ἀπελέλειπτο· ὥστε πάντας ὁρῶντας τὰ τῆς ἡλικίας ἀξιώματα, καὶ τὰς περιεχούσας τὰ σώματα συμφορὰς, ἐλεεῖν τὰς ψυχὰς τῶν ἀκληρούντων· μάλιστα δὲ αὐτὸν τὸν Ἀλέξανδρον συμπαθῆ γενέσθαι τοῖς ἠτυχηκόσι, καὶ μὴ δύνασθαι κατασχεῖν τὰ δάκρυα. ἀναβοησάντων δὲ [3] ἅμ' ἁπάντων, καὶ τὸν Ἀλέξανδρον

Graeci captivi, foede mutilati, ad DCCC, regi obviam facti, eius misericordiam movent.

1 Προτέρων Reg. 1. sine causa. 2 Ἅπαντες id. 3 Ἅμα πάντων Regii.

occurrit, quod in auctores facinoris odium, erga irreparabili damno affectos miserationem, & communem doloris affectionem, merito excitavit. Nam supplicantium ritu obviam illi procedunt Graeci quidam, quos superiores Persarum reges in servitutem abstraxerant. Circiter IↃCCC numero erant, iam senes plerique: omnes autem mutilati, ita ut aliis manus, aliis pedes, nonnullis aures & nares amputata essent. Si qui scientiam aut artem aliquam callerent, inque disciplina progressus fecerant, ceteris membrorum extremorum resectis, ea tantum reliquerant, quae ad exercendam artem facerent. Omnes igitur, qui & provectae aetatis dignitatem & corporum supplicia intuebantur, afflictissimorum hominum animas misericordia prosequebantur. Maxime vero Alexander vicem miserorum doluit, ut nec lacrimas continere potuerit. Hi una quasi voce omnes exclamant, &

ἀξιούντων ἀμῦναι ταῖς ἰδίαις συμφοραῖς, ὁ μὲν βασιλεὺς προσκαλεσάμενος τοὺς προεστηκότας, ἐπηγγείλατο πολλὴν πρόνοιαν ποιήσασθαι, καὶ τῆς αὐτοῦ μεγαλοψυχίας ἀξίως τιμήσας, Φροντίδα [1] ποιήσασθαι τῆς ἐπ᾽ οἶκον ἀνακομιδῆς. οἱ δὲ, συνελθόντες καὶ βουλευσάμενοι, προέκριναν τὴν αὐτόθι μονὴν τῆς εἰς οἶκον ἀνακομιδῆς. ἀνασωθέντας μὲν γὰρ αὐτοὺς διασπαρήσεσθαι κατ᾽ ὀλίγους, καὶ περιόντας ἐν ταῖς πόλεσιν ἐπονείδιστον μὲν ἕξειν τὴν ἐκ τῆς τύχης ἐπήρειαν· μετ᾽ ἀλλήλων δὲ βιοῦντας, τὴν ὁμοίαν συμφορὰν ἔχοντας, παραμύθιον ἕξειν τῆς ἰδίας ἀκληρίας τὴν τῶν ἄλλων τῆς ἀκληρίας ὁμοιότητα. διὸ καὶ πάλιν ἐντυχόντες τῷ βασιλεῖ, καὶ τὴν ἰδίαν κρίσιν δηλώσαντες, ἐδέοντο πρὸς ταύτην τὴν ὑπόστασιν οἰκείαν παρέχεσθαι [2] τὴν βοήθειαν. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος [3] συγκαταθέμενος τοῖς δεδογμένοις, τρισχιλίας μὲν ἑκάστῳ δραχμὰς ἐδωρήσατο, καὶ στολὰς ἀνδρείας πέντε, καὶ γυναικείας ἴσας, ζεύ-

1 Ποιήσειν Vat. Baf. 2 Defit Reg. amb. 3 Συνθέμενος Reg. 1.

Alexandrum, ut calamitatibus hifce fuccurrat, obfecrant. Rex ergo, primoribus ad fe accitis, fe rationem illorum accurate habiturum, & prout magnificentia fua dignum foret, honoratis reditum in patriam curaturum, promittit. At illi inter fe congreffi, habito confilio, illic permanere fatius effe, quam in patriam reverti, iudicant. Reftitutos enim fe, huc illuc difperfum, & quamdiu fuperfuerint, ignominiofis ob hanc fortunae iniquitatem ludibriis affectum iri. At fi in communi verfantes calamitate fimul degant, ex fimilitudine alieni infortunii fuae miferiae percepturos folatium, arbitrantur. Denuo ergo regem adeunt, & quod decretum habeant, exponunt, utque conveniens huic propofito adiumentum exhibeat, deprecantur. Is, decretis ipforum comprobatis, ter millenas unicuique drachmas, quinafque ftolas viriles, &

γῆ δὲ βοϊκὰ δύο, καὶ πρόβατα πεντήκοντα, καὶ πυρῶν μεδίμνους πεντήκοντα. ἐποίησε δὲ καὶ ἀτελεῖς αὐτοὺς παντὸς βασιλικοῦ φόρου, καὶ τοῖς ἐπιστάταις προσέταξε φροντίζειν, ὅπως μηδ' ὑφ' ἑνὸς ἀδικῶνται. Ἀλέξανδρος μὲν οὖν, ἀκολούθως τῇ [1] καθ' αὐτὸν ἐπιεικείᾳ, τοιαύταις εὐεργεσίαις τὰς τῶν ἠτυχηκότων συμφορὰς διωρθώσατο.

ο'. Τὴν δὲ Περσέπολιν, μητρόπολιν οὖσαν τῆς Περσῶν βασιλείας, ἀπέδειξε τοῖς Μακεδόσι πολεμίαν τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν πόλεων, καὶ τοῖς στρατιώταις ἔδωκεν εἰς διαρπαγὴν, χωρὶς τῶν βασιλείων. πλουσιωτάτης δ' οὔσης τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον, καὶ τῶν ἰδιωτικῶν [2] οἴκων πεπληρωμένων ἐκ πολλῶν χρόνων παντοίας εὐδαιμονίας, οἱ Μακεδόνες [3] ἐπῄεσαν, τοὺς μὲν ἄνδρας πάντας φονεύοντες, τὰς δὲ κτήσεις διαρπάζοντες, πολλὰς μὲν τοῖς πλήθεσιν ὑπαρχούσας, κατασκευῆς δὲ καὶ κόσμου παν-

Perſepolis vi capta & vaſtata,

viri trucidati,

1 Καθ' αὑτὸν Reg. 1. quod praeſtat. Κατ' αὐτὸν vulgo.

2 Omittitur οἴκων a Baſil.

3 Ἐποίεσαν Baſil. vitioſe.

totidem femineas, bina inſuper boum paria, & oves quinquagenas, totidemque medimnos tritici, donat. Immunes etiam ab omnibus tributis regi perſolvendis facit: ac curatoribus mandat, ut, ne a quoquam iniuria afficiantur, diligenter provideant. Hac beneficentia Alexander, prout liberali eius indole dignum erat, infeliciſſimorum hominum calamitatem ſublevavit.

LXX. Tum Macedonibus demonſtravit, Perſepolin, regni Perſarum caput, omnium Aſiae urbium infeſtiſſimam hactenus fuiſſe. Ideo diripiendam militibus eam, regia tantum excepta, conceſſit. Urbs haec omnium ſub ſole ditiſſima erat, privatis quoque domibus per multas aetates omni felicitatis genere refertis. Incurſu ergo in illam facto, Macedones viros omnes trucidant, & facultates copia redundantes, & varia ſupellectili ornamen-

opes ingentes direptae,

τοίου γεμούσας. ἔνθα δὴ πολὺς μὲν ἄργυρος διεφορεῖτο, οὐκ ὀλίγος δὲ χρυσὸς διηρπάζετο, πολλαὶ δὲ καὶ πολυτελεῖς ἐσθῆτες, αἱ μὲν θαλασσίαις πορφύραις, αἱ δὲ χρυσοῖς ἐνυφάσμασι πεποικιλμέναι, τοῖς κρατοῦσιν ἔπαθλα καθίσταντο. τὰ δὲ μεγάλα καὶ κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην περιβόητα βασίλεια πρὸς ὕβριν καὶ παντελῆ φθορὰν ἀπεδέδεικτο. οἱ δὲ Μακεδόνες ἐνημερεύσαντες ταῖς ἁρπαγαῖς, τὴν ἄπληστον τοῦ πλείονος ἐπιθυμίαν οὐκ ἐδύναντο πληρῶσαι. τοσαύτη γὰρ ἦν τῆς πλεονεξίας ὑπερβολὴ κατὰ τὰς τούτων ἁρπαγὰς, ὥστε καὶ πρὸς ἀλλήλους διαμάχεσθαι, καὶ πολλοὺς μὲν ἀναιρεῖν τῶν τὰ πολλὰ τῆς ἁρπαγῆς ἐξιδιοποιουμένων· τινὲς δὲ τὰ [1] πολυτελέστερα τῶν εὑρισκομένων τοῖς ξίφεσι διακόπτοντες, τὰς ἰδίας ἀπεκόμιζον μερίδας. ἔνιοι δὲ τὰς τῶν ἐπιβαλλόντων τοῖς [2] ἀμφισβητουμένοις χεῖρας ἀπέκοπτον, συνεκφερόμενοι τοῖς θυμοῖς. τὰς δὲ γυ-

feminae in servitutem redactae.

1 Πολυτελέστατα τῶν Reg. 1. satis bene.

2 Ἀμφισβητουμένοις, quod restituo, Reg. 1. Edd. ἀμφισβητοῦσι.

tisque refertas, diripiunt. Ibi magna vis argenti, nec minor auri, huc illuc distrahi: pretiosissimae vestes, aliae marina purpura infectae, aliae texturis aureis variegatae, ingenti numero victoribus in praemium cedere: & magna, totoque orbe famigerata Persarum regia ludibrio & extremae vastationi exponi. Macedones autem, tametsi praeda undique circumfluerent, cupiditatem tamen, subinde pluribus inhiantem, explere non poterant. Et eo usque insolentiae processerat inter diripiendum avaritia, ut inter se ferro dimicarent, & multi, quod maiorem praedae partem sibi sumerent & occuparent, interimerentur. Aliqui de inventis magnae aestimationis rebus, partes gladio resciffas sibi auferebant. Nonnulli etiam manus aliis, quas rebus controversis iniecerant, ira perciti,

ναῖκας σὺν αὐτοῖς τοῖς κόσμοις πρὸς βίαν ἀπῆγον, τὴν [1] αἰχμαλωσίαν δουλαγωγοῦντες. ἡ μὲν οὖν Περσέπολις, ὅσῳ τῶν ἄλλων πόλεων ὑπερεῖχεν εὐδαιμονίᾳ, τοσοῦτον [2] ὑπερεβάλετο τὰς ἄλλας τοῖς ἀτυχήμασιν.

οα΄. Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος παρελθὼν εἰς τὴν ἄκραν, παρέλαβε τοὺς ἐν αὐτῇ θησαυρούς. οὗτοι δὲ ἀπὸ Κύρου τοῦ πρώτου Περσῶν βασιλεύσαντος, μέχρι τῶν ὑποκειμένων καιρῶν, ἠθροισμένων τῶν προσόδων, ἔγεμον ἀργύρου τε καὶ [3] χρυσίου. εὑρέθησαν γὰρ ἐν αὐτοῖς δώδεκα μυριάδες ταλάντων, εἰς ἀργυρίου λόγον ἀγομένου τοῦ χρυσίου. βουλόμενος δὲ τῶν χρημάτων ἃ μὲν μεθ' ἑαυτοῦ κομίζειν πρὸς τὰς εἰς τὸν πόλεμον χρείας, ἃ δ' εἰς Σοῦσα καταθέσθαι, καὶ φυλάττειν ἐν αὐτῇ τῇ πόλει, μετεπέμψατο ἐκ Βαβυλῶνος καὶ Μεσοποταμίας, ἔτι δὲ ἐκ Σούσων ἡμιόνων πλῆθος, τῶν μὲν ἀχθοφόρων, τῶν δὲ ζευγιτῶν, πρὸς δὲ τούτοις καμήλους ἀχθοφόρους

Arx regia exemta a praeda.

Magna auri argentique vis, hic custodita, in belli usus in alia loca transvecta.

1 Αἰχμάλωτον τύχην δουλαγωγοῦντες Reg. 1.

2 Ὑπερεβάλλετο idem.

3 Χρυσοῦ idem.

amputabant. Feminas cum ornatu suo vi abreptas servituti tandem addicebant. Ita factum, ut Persepolis, quo magis urbes alias felicitate antecesserat, eo plus calamitatum mole eas superaret.

LXXI. Tunc arcem ingressus Alexander, thesauros inibi accepit. Qui congestis, a primo rege Persarum Cyro ad praesens usque tempus, reditibus, magnam auri & argenti vim complectebantur. Nam centum & XX millia talentûm, auro ad argenti rationem reducto, illic sunt inventa. Cum autem pecuniae illius partem ad necessarios belli usus auferre, partem Susis deponere, ut ibi custodiretur, constituisset; mulos, tum dossuarios, tum iugales, magno numero, & cum his CIↃ CIↃ CIↃ camelos clitellarios, e Babylonia & Mesopotamia contrahi

[1] τρισχιλίας· καὶ διὰ τούτων πάντα ἀπεκόμισεν εἰς τοὺς προκριθέντας τόπους. σφόδρα γὰρ ἀλλοτρίως ἔχων πρὸς τοὺς ἐγχωρίους, ἠπίστει τε αὐτοῖς, καὶ τὴν Περσέπολιν εἰς τέλος ἔσπευδε καταφθεῖραι. οὐκ ἀνοίκειον δ' εἶναι νομίζομεν περὶ τῶν ἐν ταύτῃ τῇ πόλει βασιλείων, διὰ τὴν πολυτέλειαν τῆς κατασκευῆς, βραχέα διελθεῖν. οὔσης γὰρ ἄκρας ἀξιολόγου, περιείληφεν αὐτὴν τριπλοῦν τεῖχος, οὗ τὸ μὲν πρῶτον [2] ἀναλήμματι πολυδαπάνῳ κατεσκεύαστο, καὶ τὸ ὕψος εἶχε πηχῶν [3] ἑκκαίδεκα ἐπάλξεσι κεκοσμημένον. τὸ δὲ δεύτερον τὴν μὲν ἄλλην κατασκευὴν ὁμοίαν ἔχει τῷ προειρημένῳ, τὸ δ' ὕψος διπλάσιον. ὁ δὲ τρίτος περίβολος τῷ σχήματι μέν ἐστι τετράπλευρος, [4] τὸ δὲ τούτου τεῖχος ὕψος ἔχει πηχῶν ἑξήκοντα, λίθῳ σκληρῷ καὶ πρὸς διαμονὴν αἰωνίαν εὖ πεφυκότι κατεσκευασμένον. ἑκάστη δὲ τῶν πλευ-

Arcis ipſius deſcriptio.

1 Τρισχιλίας ora Steph. Vatic. Reg. 2. Baſil. In edd. τρισχιλίους.
2 'Αναλώματι Reg. 1.
3 'Εκκαίδεκα πύργων ταῖς ἐπάλ. idem Reg. & Stephan. ora.
4 Τὸ δὲ τοῦ τείχους ὕψος ἔχει Reg. 1. τὸ δὲ τοῦτο τεῖχος Baſil. Prius placere poteſt.

iuſſit: quibus omnia ad loca deſtinata tranſvexit. Nam quia animo ab incolis prorſus alieno erat, nec committendum aliquid fidei ipſorum, nec aliter agendum cenſebat, quam ut Perſepolis ad extremam vaſtitatem redigeretur. De cuius regia propter magnificentiam operum pauca quaedam recenſere non alienum arbitramur. Arx memoratu digniſſima triplici muro circumdata eſt. Quorum primus ſtructuris ſumtuoſiſſimis eductus erat, & altitudinem habebat XVI cubitorum, propugnaculis ſuis exornatus. Secundus ceteris quidem operibus primo ſimilis, ſed bis tanto altior exſiſtit. Tertius formam habet quadratam, & ad LX cubitorum altitudinem exſurgit, ex lapide duriſſimo & ad durationem perpetuam accommode coagmentatus. In unoquoque laterum aeneae ſunt

ρῶν ἔχει πύλας χαλκᾶς, καὶ παρ' αὐτὰς σταυροὺς χαλκοῦς [1] εἰκοσιπήχεις, οὓς μὲν πρὸς τὴν ἐκ τῆς θέας κατάπληξιν, ἃς δὲ πρὸς ἀσφάλειαν [2] ἡρμοσμένας. ἐν δὲ τῷ πρὸς ἀνατολὰς μέρει τῆς ἄκρας τέτταρα πλέθρα διεστηκὸς ὄρος ἐστὶ τὸ καλούμενον βασιλικὸν, ἐν ᾧ τῶν βασιλέων ὑπῆρχον οἱ τάφοι. πέτρα γὰρ ἦν κατεξαμμένη, καὶ κατὰ μέσον οἴκους ἔχουσα πλείονας, ἐν οἷς σηκοὶ τῶν τετελευτηκότων ὑπῆρχον, πρόσβασιν μὲν οὐδεμίαν ἔχοντες χειροποίητον, [3] ὑπ' ὀργάνων δέ τινων χειροποιήτων ἐξαιρομένων τῶν νεκρῶν δεχόμενοι τὰς ταφάς. κατὰ δὲ τὴν ἄκραν ταύτην ἦσαν καταλύσεις βασιλικαὶ καὶ [4] στρατηγικαὶ πλείους, πολυτελεῖς ταῖς κατασκευαῖς, καὶ θησαυροὶ πρὸς τὴν τῶν χρημάτων [5] παραφυλακὴν εὐθέτως κατεσκευασμένοι.

οβ΄. Ὁ δ' Ἀλέξανδρος, ἐπινίκια τῶν κατορθωμάτων ἐπιτελῶν, θυσίας τε μεγαλοπρεπεῖς τοῖς θεοῖς συνε- Victoriam Alexander festis & comissationibus celebrat,

1 Εἰκοσαπήχεις Reg. 1.
2 Defectus notam huic Steph. adscripsit.
3 Ὑπὸ Reg. 1.
4 Στρατητικαὶ Basil.
5 Φυλακὴν Reg. 1.

portae, & aenei iuxta valli xx cubitorum: quorum hi ad terrorem adspectu iniiciendum, illae ad firmiorem loci munitionem constructae erant. In orientali arcis plaga mons est, IV inde plethris (id est, CCCC pedibus) distans, quem regium vocant. In hoc enim regum sepulcra inerant. Nam excisa illic petra erat, complura in medio domicilia complectens. In quibus conditoria defunctorum nullum quidem aditum manu factum praebebant; sed instrumentis quibusdam, arte magistra fabricatis, sublatos mortuorum loculos excipiebant. In hac arce, regibus & ducibus excipiendis sumtuosi operis diversoria erant, & thesauri ad pecunias asservandas percommodum exstructi.

LXXII. Hinc Alexander, festo ob victoriam feliciter partam instituto, magnifica Diis sacra peragit, amicos-

inter quas vino inebriatus & Thaidis exhortatione impulsus arcem regiam incendio delet.

τέλεσε, καὶ τῶν φίλων λαμπρὰς ἑστιάσεις ἐποιήσατο. καὶ δή ποτε τῶν ἑταίρων εὐωχουμένων, καὶ τοῦ μὲν πότου προβαίνοντος, τῆς δὲ μέθης προϊούσης, κατέσχε λύσσα ἐπὶ πολὺ τὰς ψυχὰς τῶν οἰνωμένων. ὅτε δὴ καὶ μία τῶν παρουσῶν γυναικῶν, ὄνομα μὲν Θαΐς, Ἀττικὴ δὲ τὸ γένος, εἶπε κάλλιστον Ἀλεξάνδρῳ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν πεπραγμένων ἔσεσθαι, ἐὰν κωμάσας μετ' αὐτῶν ἐμπρήσῃ τὰ βασίλεια, καὶ τὰ Περσῶν περιβόητα γυναικῶν χεῖρες ἐν βραχεῖ καιρῷ ποιήσωσιν ἄφαντα. τούτων δὲ ῥηθέντων εἰς ἄνδρας νέους, καὶ διὰ τὴν μέθην ἀλόγως μετεωριζομένους, ὡς εἰκὸς, ἄγειν τις ἀνεβόησε, καὶ δᾶδας ἅπτειν, καὶ τὴν εἰς τὰ τῶν Ἑλλήνων ἱερὰ παρανομίαν ἀμύνασθαι παρεκελεύετο. συνεπευφημούντων δὲ καὶ ἄλλων, καὶ λεγόντων μόνῳ τὴν πρᾶξιν ταύτην προσήκειν Ἀλεξάνδρῳ, καὶ τοῦ βασι-

que epulis quam lautiſſimis excipit. Adhibiti in convivium etiam ſocii, multa familiaritate iuncti, erant. Gliſcente iam compotatione, cum & ebrietati licentius indulgeretur, factum eſt, ut inſania pleroſque mero oneratos ſimul corriperet. Tunc una ex feminis, quae convivio intererant, Thais, genere Attica, pulcherrimum inter omnia per Aſiam geſtorum facinus ab Alexandro patratum iri affirmat, ſi comiſſabundus cum ipſis regiam incendat, & ſi res Perſarum, tantis evectae laudibus, exiguo tempore feminarum manibus deleantur. Diſcurrente hoc ſermone inter iuvenes, quorum animos (uti ſolet) extra rationis limites auferebat temulentia, praeeundum ſibi quis exclamat, utque facibus accenſis ulciſcantur impietatem, in Graecorum templa commiſſam, exhortatur. Hanc vocem laetis clamoribus excipiunt alii: ſoli tamen Alexandro facinus hoc convenire, dictitant.

λέως συνεξαρθέντος τοῖς λόγοις, πάντες ἀνεπήδησαν ἐκ τοῦ πότου, καὶ τὸν ἐπινίκιον κῶμον ἄγειν Διονύσῳ παρήγγειλαν. ταχὺ δὲ πλήθους λαμπάδων ἀθροισθέντος, καὶ γυναικῶν μουσουργῶν εἰς τὸν πότον παρειλημμένων, μετ' ᾠδῆς καὶ αὐλῶν καὶ συρίγγων προῆγεν ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὸν κῶμον, καθηγουμένης τῆς πράξεως Θαΐδος τῆς ἑταίρας. αὕτη δὲ μετὰ τὸν βασιλέα πρώτη τὴν δᾷδα καιομένην ἠκόντισεν εἰς τὰ βασίλεια· καὶ τῶν ἄλλων τ' αὐτὰ πραξάντων, ταχὺ πᾶς ὁ περὶ τὰ βασίλεια τόπος κατεφλέχθη, διὰ τὸ μέγεθος τῆς φλογός· καὶ τὸ πάντων παραδοξότατον, τὸ Ξέρξου τοῦ Περσῶν βασιλέως γενόμενον ἀσέβημα περὶ τὴν ἀκρόπολιν τῶν Ἀθηναίων, μία γυνὴ πολίτης τῶν [1] ἀδικηθέντων, ἐν παιδιᾷ πολλοῖς ὕστερον ἔτεσι μετῆλθε τοῖς αὐτοῖς πάθεσιν.

ογ'. Ἀλέξανδρος δὲ ἀπὸ τούτων γενόμενος, τὰς κατὰ τὴν Περσίδα πόλεις ἐπῆλθε, καὶ τὰς μὲν βίᾳ χειρω- Tum urbes Persiae subigit,

1 Ἀδικηθέντων ora Steph. Vat. Reg. 2. Basil. Ἀδικηθεισῶν edd.

Excitato igitur his verbis rege, omnes, intermissa compotatione, exsiliunt, & victricem Baccho comissationem se agere profitentur. Extemplo ingens facum numerus coit, & assumtis, quae tum aderant, feminis Musicis, rex duce Thaide meretricula, cum cantu, tibiisque & fistulis, ad saltationem processit. Illa vero a rege prima faculam ardentem regiae iniicit. Ceteris exemplum imitantibus, celeriter totus circumquaque locus vi flammarum in cinerem consedit. Admirationem praecipue meretur, quod sacrilegum Xerxis Persarum regis facinus, in arcem Atheniensium designatum, unica muliercula, violatorum civis, post multos tandem annos per lusum eodem cladis genere ulta fuit.

LXXIII. His autem perfunctus Alexander, reliquas Persiae urbes adoritur: & quibusdam vi captis, aliis hu-

& castra in Darium movet, qui Bactra confugerat.

σάμενος, τὰς δὲ διὰ τὴν ἰδίαν ἐπιείκειαν προσαγόμενος, ἀνεζεύξεν ἐπὶ τὸν Δαρεῖον. [1] οὗτος δ' ἐπεβάλετο μὲν ἀθροίζειν τὰς ἐκ τῆς Βακτριανῆς καὶ τῶν ἄλλων σατραπειῶν δυνάμεις· καταταχούμενος δὲ, καὶ μετὰ τρισμυρίων Περσῶν τε καὶ μισθοφόρων Ἑλλήνων τὴν φυγὴν εἰς τὰ Βάκτρα ποιούμενος, ὑπὸ Βήσσου τοῦ Βάκτρων σατράπου κατὰ τὴν ἀναχώρησιν συλληφθεὶς ἐδολοφονήθη. ἄρτι δ' αὐτοῦ τετελευτηκότος, Ἀλέξανδρος μετὰ τῶν ἱππέων ἐπιδιώκων, καὶ τὸν Δαρεῖον τετελευτηκότα [2] καταλαβὼν, τῆς βασιλικῆς ταφῆς ἠξίωσεν. ὡς δ' ἔνιοι [3] γεγράφασιν, ἔμπνουν ἔτι καταλαβὼν, τοῖς μὲν ἀτυχήμασιν αὐτοῦ συνήλγησε, παρακληθεὶς δὲ ὑπὸ τοῦ Δαρείου μετελθεῖν τὸν φόνον, καὶ καθομολογήσας, ἐδίωξε τὸν Βῆσσον. ἐκείνου δὲ [4] πολὺ προειληφότος, καὶ συμφυγόντος εἰς τὴν Βακτριανὴν, ἐπανῆλθεν, ἀπογνοὺς

Sed Bessus, regionis satrapa, Darium, ante Alexandri adventum, dolo captum obtruncat.

1 Οὗτος δ' ἐπελάβετο Reg. 1.
2 Λαβὼν ora Steph.
3 Γράφουσιν Venet.
4 Πολλοῦ προειληφότος εἰς τὴν Βακτριανὴν Reg. 1. praetermissis intermediis.

manitatis fama in fidem suam adductis, motis porro castris, in Darium tendit. Is iam e Bactriana regione, aliisque provinciis, militem cogere coeperat: sed celeritate hostis praepeditus, cum triginta millibus Persarum & Graecorum aera merentium Bactra perfugerat. Hic Bessi, qui Bactris praeerat, dolo, interea dum retro tendit, capitur atque obtruncatur. Vix iam spiritum exhalarat, cum Alexander equitatu secum rapto illum assequitur, mortuumque ut invenit, regio more sepeliendum curat. Traditur vero a quibusdam, quod adhuc spiranti superveniens, indignissimam eius sortem deplorarit, rogatusque a Dario, ne caedem inultam pateretur, id se facturum promiserit. Besso equidem persequendo statim operam dedit. Cum vero longissimis ille spatiis anticipatis in Bactrianam fuga evasisset, assequi se hominem non

τὸν τῶν πολεμίων διωγμόν. καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐν τούτοις ἦν. κατὰ δὲ τὴν Εὐρώπην, Λακεδαιμόνιοι μὲν ἐπταικότες μεγάλῃ παρατάξει, διὰ τὴν συμφορὰν ἠναγκάσθησαν διαπρεσβεύεσθαι πρὸς Ἀντίπατρον· ἐκείνου δὲ ἐπὶ τὸ κοινὸν τῶν Ἑλλήνων συνέδριον τὴν ἀπόκρισιν ἀποστείλαντος, οἱ μὲν σύνεδροι συνήχθησαν εἰς Κόρινθον, καὶ πολλῶν ῥηθέντων λόγων πρὸς ἑκάτερον μέρος, ἔδοξεν αὐτοῖς ἀκέραιον τὴν κρίσιν ἐπὶ τὸν Ἀλέξανδρον ἀναπέμψαι. ὁ μὲν οὖν Ἀντίπατρος ὁμήρους ἔλαβε τοὺς ἐπιφανεστάτους τῶν Σπαρτιατῶν πεντήκοντα· οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι πρέσβεις ἐξέπεμψαν εἰς τὴν Ἀσίαν, ἀξιοῦντες αὐτοῖς δοῦναι συγγνώμην ἐπὶ τοῖς ἠγνοημένοις.

Lacedaemonii, per Antipatrum victi, missa legatione, regis clementiam implorant.

οδ΄. Τοῦ δ' ἔτους τούτου διεληλυθότος, Ἀθήνησι μὲν ἦρχε Κηφισοφῶν, ἐν Ῥώμῃ δὲ κατεστάθησαν ὕπατοι Γάϊος Οὐαλέριος καὶ Μάρκος Κλώδιος. ἐπὶ δὲ τούτων, Βῆσσος μὲν μετὰ τὴν Δαρείου τελευτὴν μετὰ Ναβαρζάνου καὶ Βαρξάεντος καὶ πολλῶν ἄλλων διαφυγὼν τὰς Ἀλεξάνδρου χεῖρας, [1] διήνυσε μὲν εἰς τὴν Βακτριανήν,

Olymp. CXII, 4.

Bessus, in Bactrianam elapsus,

1 Διήνυ μὲν, pro διήνυσε μὲν, Basil. Paullo ante in edd. Ναβάρνου.

posse animadvertens, retro se convertit. Hic rerum Asiaticarum tum erat status. In Europa vero Lacedaemonios, magno proelio victos, clades ea legatos ad Antipatrum mittere perpulit. Hic responsum ad Graeciae totius conventum reiecit. Qui senatu Corinthi habito, cum multa in utramque partem disputasset, rem integram Alexandri iudicio submittendam esse decreverunt. Antipater ergo L Spartanorum nobilissimos obsides accepit: & Lacedaemonii, missis in Asiam legatis, veniam delictorum expetivere.

LXXIV. Anno hoc exacto, Athenis Cephisophon Archontis munere fungebatur, Romae C. Valerius & M. Clodius consulatum gerebant. Tum Bessus, post Darii interitum cum Nabarzane ac Barxaënte, multisque aliis, e manibus Alexandri elapsus in Bactrianam pervenit. Et

populo libertatis vindicandae auctor est, & rex creatur.

ἀποδεδειγμένος δὲ ταύτης Σατράπης ὑπὸ Δαρείου, καὶ τοῖς πλήθεσι γεγονὼς γνώριμος διὰ τὴν ἀρχὴν, παρεκάλει τὰ πλήθη τῆς ἐλευθερίας ἀντέχεσθαι· ἀπεδείκνυε δὲ [1] τήν τε χώραν αὐτοῖς πολλὰ συνεργήσειν, οὖσαν δυσείσβολον, καὶ πλῆθος ἱκανὸν ἔχουσαν ἀνδρῶν εἰς κατάκτησιν τῆς αὐτονομίας· ἐπαγγελλόμενος δὲ [2] καθηγήσεσθαι τοῦ πολέμου, καὶ τὸ πλῆθος [3] ἱκανῶς πείσας, ἀνέδειξεν ἑαυτὸν βασιλέα. οὗτος μὲν οὖν στρατιώτας τε κατέγραψε, καὶ πλῆθος ὅπλων κατεσκεύαζε, καὶ τὰ ἄλλα φιλοτίμως πρὸς τὴν κατεπείγουσαν χρείαν παρεσκευάζετο. Ἀλέξανδρος δ' ὁρῶν τοὺς Μακεδόνας

Alexander suos, qui, Dario occiso, reditum in patriam parabant,

τέλος τῆς στρατείας τὴν Δαρείου τελευτὴν τάττοντας, καὶ μετεώρους ὄντας πρὸς τὴν εἰς [4] τὴν πατρίδα ἐπάνοδον, τούτους μὲν ἀθροίσας εἰς ἐκκλησίαν, καὶ λόγοις οἰκείοις παρορμήσας, εὐπειθεῖς πρὸς τὴν ὑπολειπομένην στρα-

1 Τήν τε χώραν --- δυσέμβολον Reg. 1. τήν τε etiam Basil. quod sequor: deerat enim particula edd.

2 Καθηγήσεσθαι Reg. 1. bene. Vulgo καθηγήσασθαι, quod etsi defendi possit, non praestat.

3 Non legit ἱκανῶς Reg. 1.

4 Deest Basil.

quia Satrapes regioni huic a Dario iampridem datus erat, & magistratus illum populo notum reddiderat, vindicandae libertatis multitudini auctor & suasor fuit, terraeque situm & conditionem, quod difficiles haberet aditus, & sufficientem tuendae libertati virorum copiam aleret, magno ipsis adiumento futurum, demonstravit. Huc accessit, quod belli totius administrationem in se recepit. Multitudine igitur, quantum satis esset, persuasa, ut rex nuncuparetur, effecit. Tum militem conscribere, armorum vim apparare, & alia, quae necessitas tum incumbens flagitaret, procurare. Inter haec Alexander, Macedones Darii obitum militiae finem sibi praestituisse, subrectisque animis iam reditum in patriam moliri, videns, in concionem advocatos, oratione ad praesens tempus idonea sic exstimulavit, ut ad expeditio-

τείαν παρεσκεύασε· τοὺς δ' ἀπὸ τῶν Ἑλληνίδων πόλεων συμμαχήσαντας συναγαγὼν, καὶ περὶ τῶν πεπραγμένων ἐπαινέσας, ἀπέλυσε μὲν τῆς στρατείας, ἐδωρήσατο δὲ τῶν μὲν ἱππέων ἑκάστῳ τάλαντον, τῶν δὲ πεζῶν μνᾶς δέκα· χωρὶς δὲ τούτων, τούς τε ὀφειλομένους μισθοὺς ἀπέλυσε, καὶ τοὺς κατὰ τὴν ἀνακομιδὴν μέχρι τῆς εἰς τὰς πατρίδας καθόδου προσέθηκε. τῶν δ' [1] ἑλομένων ἐν τῇ στρατιᾷ τῇ μετὰ τοῦ βασιλέως μένειν ἔδωκεν ἑκάστῳ τρία τάλαντα. μεγάλαις δὲ δωρεαῖς ἐτίμησε τοὺς στρατιώτας, ἅμα μὲν φύσει μεγαλόψυχος ὢν, ἅμα δὲ τῇ διώξει τοῦ Δαρείου πολλῶν χρημάτων κεκυριευκώς. παρὰ μὲν γὰρ τῶν γαζοφυλακούντων παρέλαβεν ὀκτακισχιλίων ταλάντων ἀριθμόν· χωρὶς δὲ τούτων, τὰ νεμηθέντα τοῖς στρατιώταις σὺν τῷ κόσμῳ καὶ τοῖς ἐκπώμασιν ὑπῆρχε μύρια καὶ τρισχίλια τάλαντα· τὰ δὲ διακλαπέντα καὶ ἁρπαχθέντα, πλείω τῶν εἰρημένων ὑπενοεῖτο.

oratione donisque ad novam expeditionem concitat.

1 Ἑλομένων μένειν Vat. Reg. 1. Ἑλομένων μὲν ἐν τῇ Basil.

nes, quae restarent, obsequentissimos haberet. Graecarum dehinc civitatum auxiliarios, ad se congregatos, cum pro gestorum merito laudasset, sacramento militiae huius absolvit, talentum equiti, denasque minas pediti, muneris loco exhibens. Sed praeter haec stipendii quidquid debebatur, exsolvit, & quantum sufficeret in patriam regressuris viatici, adiecit. Quibus vero deinceps cum rege militiam obire lubitum esset, eos trinis talentis muneravit. Ingentibus omnino donis milites honoravit, quod & natura magnanimus esset, & in persequendo Dario maximam pecuniarum vim in potestatem redegisset. A gazarum enim custodibus VIII M. talentûm acceperat. Praeter haec in militem distributa, cum ornamentis & poculis XIII millia talentûm efficiebant. Summa autem furto sublatorum, & per vim abstractorum, longe amplior censebatur.

Ulterius progressus castra ad urbem Hecatompylon collocat.

οε'. Ὁ δ' Ἀλέξανδρος ἀναζεύξας ἐπὶ τὴν Ὑρκανίαν, τριταῖος κατεστρατοπέδευσε πλησίον πόλεως τῆς ὀνομαζομένης Ἑκατονταπύλου. εὐδαίμονος δ' αὐτῆς οὔσης, καὶ πάντων τῶν πρὸς ἀπόλαυσιν ἀνηκόντων πολλῆς ἀφθονίας ὑπαρχούσης, ἐνταῦθα τὴν δύναμιν ἀνέλαβεν ἐπί τινας ἡμέρας.

Iter in Hyrcaniam describitur.

διελθὼν δὲ σταδίους ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα, κατεστρατοπέδευσε πλησίον πέτρας μεγάλης· ὑπὸ δὲ τὴν ῥίζαν αὐτῆς ἄντρον ὑπῆρχε θεοπρεπὲς, ἐξ οὗ μέγας ποταμὸς ἐξέπιπτεν ὁ καλούμενος Στιβοίτης· οὗτος δὲ λάβρῳ τῷ ῥεύματι φερόμενος ἐπὶ τρεῖς σταδίους, σχίζεται διπλοῦς [1] περί τινα πέτραν μαστοειδῆ, ἔχουσαν ὑπ' αὐτὴν χάσμα γῆς παμμέγεθες. εἰς δὲ τοῦτο καταράττων μετὰ πολλοῦ ψόφου, καὶ γιγνόμενος ἀφρώδης διὰ τῆς πρὸς τὴν πέτραν πληγῆς, φέρεται ὑπὸ γῆν [2] σταδίους τριακοσίους, ἔπειτα πάλιν ἀνοίγει τὰς ἐκβολάς. ὁ δ' Ἀλέξανδρος μετὰ τῆς δυνάμεως ἐμβα-

1 Περί τινι πέτρᾳ μαστοειδεῖ, ἐχούσῃ Reg. 1.

2 Ὑπὸ σταδίους pro ἐπὶ σταδίους idem.

LXXV. Copias inde versus Hyrcaniam ducens, tertio die prope urbem, quam Hecatompylon vocant, castra locat. Hîc, quia praedives erat regio, & omnia, quae in usum & fructum hominis cederent, largissime exhibebat, dies aliquot exercitus refectioni tribuit. Tum stadia CL emensus, ad petram quandam praecelsam castra ponit. Radicibus subiectum erat antrum, Diis ipsis non indecorum, ex quo Stiboetes fluvius ingens erumpit. Qui concitato impetu per tria circiter stadia decurrens ad saxum quoddam repercutitur, quod mammae formam referens, vastum terrae hiatum infra se habet. Quo, iam in geminum divisus alveum, magno cum fragore se praecipitat, undisque ad petram allisis, totus in spumas conversus, per stadia CCC deinceps sub terra volvitur, donec novum quasi ortum sibi rursus aperuerit. Hinc Ale-

λων εἰς τὴν τῶν Ὑρκανῶν χώραν, πάσας τὰς ἐν αὐτῇ πόλεις ἐχειρώσατο, μέχρι τῆς Κασπίας καλουμένης θαλάττης, ἣν Ὑρκανίαν τινὲς ὀνομάζουσιν. ἐν ταύτῃ δέ φασι [1] πολλοὺς μὲν καὶ μεγάλους ὄφεις γεννᾶσθαι, ἰχθῦς δὲ παντοδαποὺς, πολὺ [2] τῇ χροιᾷ τῶν παρ' ἡμῖν διαλλάττοντας. διεξιὼν δὲ τὴν Ὑρκανίαν, κατήντησε πρὸς τὰς καλουμένας εὐδαίμονας, καὶ πρὸς ἀλήθειαν οὔσας, κώμας. πολὺ γὰρ τοῖς καρποῖς ἡ χώρα τούτων [3] ὑπεράγει τῶν παρὰ τοῖς ἄλλοις. τῶν μὲν γὰρ ἀμπέλων φασὶν ἑκάστην μετρητὴν φέρειν οἴνου, τῶν δὲ [4] συκίνων δένδρων ἔνια καρποφορεῖν ἰσχάδων ξηρῶν μεδίμνους δέκα· τὸν δ' ἐν τῷ θερισμῷ [5] παραλειφθέντα σῖτον, ἐπὶ τὴν γῆν πεσόντα, βλαστάνειν ἄσπορον ὄντα, καὶ πρὸς τὸ τέλος ἄγειν δαψιλῆ καρπόν. ἔστι δὲ καὶ δένδρον παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις παραπλήσιον δρυῒ κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν, ἀπὸ δὲ τῶν φύλλων ἀπολεῖβον μέλι· καὶ τοῦτό

Maris Caspii & Hyrcaniae memorabilia.

1 Πολλοὺς μὲν καὶ Reg. 1. Bas. Vulgo μὲν post μεγάλους collocant, parum concinne.
2 Τῇ χροᾷ idem. Τῇ χροιᾷ Bas.
3 Ὑπερπαράγει Reg. 1.
4 Συχνῶν Basil.
5 Παρακληφθέντα Reg. 1.

xander cum agmine Hyrcaniam ingressus, oppida illius cuncta usque ad mare Caspium, quod & Hyrcanum appellitant, subegit. In pelago isto multos eximiae magnitudinis serpentes, & pisces omnis generis, qui colore a nostratibus plurimum differant, gigni perhibent. Hyrcaniam ubi penetravit, ad vicos, nomine ac re beatos, pervenit. Regio enim haec fructuum ubertate ceteras longe supereminet: unaquaeque enim vitis, aiunt, metretam vini producit. Inter ficus arbores quasdam tanta fructuum copia exuberare, ut X medimnos exsiccatis ficubus impleant. Relictum in messe frumentum in terram cadit, & absque semente progerminans, frugum vim maximam ad maturitatem perducit. Arbor in gente illa exsistit, quercui forma non absimilis, qui mel foliis destillat.

τινες συνάγοντες, δαψιλῆ τὴν ἀπόλαυσιν αὐτοῦ ποιοῦνται. ἔστι δὲ καὶ ζῶον κατὰ τὴν χώραν ἐπτερωμένον, ὃ καλεῖται μὲν [1] Ἀνθρηδὼν, λειπόμενον δὲ μεγέθει μελίττης, μεγίστην ἔχει τὴν ἐπιφάνειαν. ἐπινεμόμενον γὰρ τὴν ὀρεινὴν, ἄνθη παντοῖα δρέπεται, καὶ ταῖς κοιλάσι πέτραις καὶ τοῖς κεραυνοβόλοις τῶν δένδρων ἐνδιατρίβων κηροπλαστεῖ, καὶ κατασκευάζει χύμα διάφορον τῇ γλυκύτητι, τοῦ παρ' ἡμῖν μέλιτος οὐ πολὺ λειπόμενον.

In Hyrcania duces Perſarum multi Alexandrum ſectantur:

οστ'. Ἀλέξανδρος δὲ τὴν Ὑρκανίαν καὶ τὰ συνορίζοντα τῶν ἐθνῶν ταύτῃ τῇ χώρᾳ προσηγάγετο· καὶ πολλοὶ τῶν συμπεφευγότων ἡγεμόνων τῷ Δαρείῳ παρέδωκαν [2] αὐτούς· οἷς ἐπιεικῶς προσενεχθεὶς, μεγάλην δόξαν ἐπιεικείας ἀπηνέγκατο. εὐθὺς γὰρ οἱ Δαρείῳ [3] συνεστρατευμένοι τῶν Ἑλλήνων, ὄντες περὶ χιλίους καὶ πεντακοσίους, ἀνδρείᾳ τε διαφέροντες, παρέδοσαν ἑαυτοὺς Ἀλεξάνδρῳ· καὶ [4] συγγνώμης ἀξιωθέντες, κατετάχθη-

Graeci, qui in Darii exercitu militaverant, ſocii fiunt.

1 Ἀρθρηδὼν ora Steph. Reg. 1.
2 Αὐτοὺς Baſil.
3 Συνεστρατευμένοι ſolus Reg. 1. quod amplector. In edd. συστρατευόμενοι.
4 Συγγνωμῶν idem.

Hoc incolae collectum in uſus ſuos prolixe convertunt. Eſt etiam volucris hic quaedam beſtiola, Anthredonem vocant, api quidem minor, ſed maxime nobilis & conſpicua. Per montes enim pabula quaeritans, varios hinc inde flores delibat; inque petris concavis & arboribus coelo tactis alveolos habens, favorum cellas confingit, & liquorem eximiae dulcedinis ac melle non inferiorem conſtipat.

LXXVI. Interea dum Alexander Hyrcaniam & finitimas illi gentes pervadit, ex praefectis, qui cum Dario fugerant, in poteſtatem eius ſe dedunt: quibus humaniſſime in gratiam receptis, magnam clementiae gloriam reportavit. Eoque obtinuit, ut Graeci, qui auxiliarem in expeditionibus Dario operam navaverant, CIↃ & IↃ circiter, praeſtantiſſimi equidem viri, continuo ſe fidei eius permitterent. Qui & veniam conſecuti, iiſdem ſti-

te, movens inde Alexander Babylonem versus contendit. Transferendis autem castris subinde moram interposuit, & ut recolligere vires agmen posset, lento itinere processit. Iamque trecenta circiter stadia Babylone aberat, cum, qui Chaldaei nuncupantur, maximam ex astrologiae studio gloriam adepti, dum ex perpetua quadam (siderum) observatione futura praedicere solent, ex ordine suo natu maximos, & experientia ceteris praestantes, elegerunt. Et quia ex astrorum divinatione cognoverant, vitae terminum regi, ubi Babylonem intrasset, imminere; his iniunxerunt, ut periculum ei significarent, & qua possent ratione, ne urbem ingrederetur, efficerent. Evadere autem hoc discrimen posse, si Beli sepulcrum, a Persis destructum, excitaret denuo, & inhibito, quod decrevisset, itinere, urbem praeteriret. Lega-

προκριθεὶς, ὄνομα Βελεφάντης, τῷ μὲν βασιλεῖ συνελθεῖν εἰς λόγους οὐκ ἐτόλμησε διὰ τὸ φόβον· Νεάρχῳ
1 δ᾽ ἑνὶ τῶν Ἀλεξάνδρου φίλων κατ᾽ ἰδίαν ἐντυχὼν, καὶ
2 τὰ κατὰ μέρος ἀπαγγείλας, ἠξίου δηλῶσαι τῷ βασιλεῖ. ὁ δ᾽ Ἀλέξανδρος, ἀκούσας παρὰ τοῦ Νεάρχου τὴν τῶν Χαλδαίων πρόῤῥησιν, κατεπλάγη· καὶ μᾶλλον ἀεὶ τὴν ἀγχίνοιαν τῶν ἀνδρῶν ἀναλογιζόμενος, ἐταράττετο τὴν ψυχήν. τέλος δὲ τοὺς πολλοὺς τῶν φίλων ἀποστείλας εἰς τὴν πόλιν, αὐτὸς εἰς ἄλλην ἀτραπὸν
3 παρήλλαξε τὴν Βαβυλῶνα· καὶ καταστρατοπεδεύσας ἀπὸ σταδίων διακοσίων, ἡσυχίαν εἶχε. πάντων δὲ θαυμαζόντων, ἧκον πρὸς αὐτὸν ἄλλοι τε πλείους τῶν Ἑλλήνων, καὶ τῶν φιλοσόφων οἱ περὶ τὸν Ἀνάξαρχον. οὗτοι δὲ μαθόντες τὴν αἰτίαν, καὶ τοῖς ἐκ φιλοσοφίας λόγοις χρησάμενοι ἐνεργῶς, τοσοῦτον μετέθηκαν αὐτὸν, ὥστε καταφρονῆσαι μὲν πάσης μαντικῆς, μάλιστα δὲ

1 Δέ τινι τῶν Reg. 1.
2 Τὰ ante κατὰ omittit Baſil.
3 Μεταπαρήλλαξε Reg. 1. & ex eo ora Steph.

tionis huius princeps erat Belephantes. Qui prae metu regem convenire ipſe quidem non audebat, ſed unum ex regiis amicis Nearchum privatim accedit, eumque de ſingulis edoctum, ut regi haec exponere ne cunctetur, orat. Alexander, ubi per Nearchi indicium, quid a Chaldaeis denuntiaretur, accepit, nonnihil commovetur; dumque quae virorum ſagacitas & gloria ſit, identidem magis ac magis perpendit, animo conſternatur. Tandem pleriſque a ſe amicis in urbem dimiſſis, ipſe aliam ingreſſus viam, Babylonem declinat; & ducentis inde ſtadiis caſtra metatus, quieto agmine ſubſiſtit. Id cum omnibus admirationi eſſet, Graeci ad ipſum venerunt, tum alii complures, tum philoſophi una cum Anaxarcho. Hi, cauſa metus cognita, rationibus ex philoſophia depromtis uſi, adeo regis animum immutarunt, ut cum omne divinatio-

τῆς [1] παρὰ τοῖς Χαλδαίοις προτιμωμένης. διόπερ ὁ βασιλεὺς, ὡσπερεὶ τετρωμένος τὴν ψυχὴν, καὶ τοῖς τῶν φιλοσόφων λόγοις [2] ὑγιασθεὶς, εἰς τὴν Βαβυλῶνα μετὰ τῆς δυνάμεως εἰσῆλθε. τῶν δὲ ἐγχωρίων, καθάπερ καὶ πρότερον, φιλανθρώπως ὑποδεχομένων τοὺς στρατιώτας, ἅπαντες ὥρμησαν πρὸς ἄνεσιν καὶ τρυφὴν, πολλῆς τῶν ἐπιτηδείων παρεσκευασμένης δαψιλείας. ταῦτα μὲν οὖν ἐπράχθη κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτόν.

ριγ'. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησιν [3] Ἀγησίου, Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Γάϊον [4] Πόπλιον καὶ Παπίριον, Ὀλυμπιὰς δ' ἤχθη τετάρτη πρὸς ταῖς ἑκατὸν καὶ δέκα, καθ' ἣν ἐνίκα [5] στάδιον Μικίνας Ῥόδιος. κατὰ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον ἐξ ἁπάσης σχεδὸν [6] τῆς οἰκουμένης ἧκον πρέσβεις, οἱ μὲν συγχαίροντες ἐπὶ τοῖς κατορθώμασιν, οἱ δὲ στεφανοῦντες, ἄλλοι δὲ φιλίας καὶ

Olymp. CXIV, 1.

Babylone convenerunt undique legati,

1 Παρὰ τοῖς Χαλ. Reg. 1. unde articulum revocavi.
2 Ὑπαχθεὶς Reg. 2. Vat. Basil.
3 Συναγησίου Basil.
4 Ποπίλιον Reg. 1. & margo Stephan. *Pompilium* Cofpus.
5 Stigmate inuffit Steph. neque eft in Reg. 2. aut Bafil. Mox Μηκίνας Reg. 1.
6 Deſit artic. in Baſil.

nis genus, tum maxime quod apud Chaldaeos in pretio eſt, contemtui haberet. Itaque non aliter, quam ſi ſauciato prius animo, nunc philoſophorum verbis eſſet ſanatus, cum exercitu Babylonem intravit. Cumque cives perquam humaniter, ut etiam antea, milites excepiſſent, omnes ad otium & voluptates, quod ingens rerum neceſſariarum copia ſuppeteret, ſe converterunt. Per hunc igitur annum illa geſta fuere.

CXIII. Athenis deinceps Ageſias erat Archon, & Romae Caius Poetelius & Lucius Papirius conſulatum adminiſtrabant; Olympias autem centeſima & decima quarta, Micina Rhodio victore, agebatur. Quo tempore e cunctis fere orbis terrarum partibus legati ad Alexandrum venerunt: pars ut de rebus feliciſſime geſtis gratularentur; pars ut coronas offerrent; alii, ut amicitiam

συμμαχίας τιθέμενοι, πολλοὶ δὲ δωρεὰς μεγαλοπρεπεῖς κομίζοντες· τινὲς δὲ ὑπὲρ τῶν ἐγκαλουμένων ἀπολογούμενοι. χωρὶς γὰρ τῶν ἀπὸ τῆς Ἀσίας ἐθνῶν καὶ πόλεων, ἔτι δὲ δυναστῶν, πολλοὶ καὶ τῶν ἐκ τῆς Εὐρώπης καὶ Λιβύης κατήντησαν· ἐκ μὲν Λιβύης Καρχηδόνιοι καὶ [1] ΛιβυΦοίνικες, καὶ πάντες οἱ τὴν παράλιον οἰκοῦντες μέχρι τῶν Ἡρακλείων στηλῶν· ἐκ δὲ τῆς Εὐρώπης αἵ τε τῶν Ἑλλήνων πόλεις [2] ἐξέπεμψαν, καὶ Μακεδόνες· ἔτι δὲ Ἰλλυριοὶ, καὶ τῶν περὶ τὸν Ἀδρίαν οἰκούντων οἱ πλείους, τά τε Θράκια γένη, καὶ τῶν πλησιοχώρων Γαλατῶν, ὧν τότε πρῶτον τὸ γένος ἐγνώσθη παρὰ τοῖς Ἕλλησιν. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἀπογραΦὴν λαβὼν τῶν πρέσβεων, διέταξε τοῖς μὲν πρώτοις διδόναι τὰς ἀποκρίσεις, καὶ τοῖς ἑξῆς ἅπασι. καὶ πρώτοις μὲν ἐχρημάτισε τοῖς ὑπὲρ τῶν ἱερῶν παραγεγενημένοις, δευτέροις δὲ τοῖς περὶ τῶν δωρεῶν ἥκουσιν, ἑξῆς δὲ τοῖς ἀμ-

quos Alexander, in classes divisos, ordine in colloquium admittit.

1 Λιβοφοίνικες Basil. 2 Ἔπεμψαν Reg. 1.

& foedus sancirent; complures, ut magnificis regem muneribus afficerent; quidam ut de criminibus obiectis se purgarent. Nam praeter eos, quos Asiae nationes, civitates & principes miserant, etiam multi ex Europa & Africa legati regem accedebant. Ex Africa Carthaginienses & Afro-Phoenices, & cuncti, qui mare usque ad columnas Herculis accolebant. Ex Europa, Graecorum civitates, & Macedones, tum Illyrii, & plerique Adriae accolae, Thracumque gentes, & his finitimi Galatae: quorum gens tunc primum innotescere Graecis coepit. Hi omnes legatos miserunt. Quorum catalogo rex accepto, quibus primum, & quibus deinceps, dum ad omnes perveniretur, ordine respondendum esset, constituit. Ac primum eos, qui sacrorum causa venerant, audivit. Secundum locum his dedit, qui dona attulerant. Inde, qui cum

φισβητήσεις ἔχουσι πρὸς τοὺς ὁμόρους, τετάρτοις δὲ τοῖς περὶ τῶν ἰδιωτικῶν ἥκουσι, πέμπτοις δὲ τοῖς ἀντιλέγουσι περὶ τῆς καθόδου τῶν φυγάδων. τοῖς μὲν οὖν Ἠλείοις πρώτοις ἐχρημάτισεν, εἶτ᾽ Ἀμμωνιεῦσι καὶ Δελφοῖς καὶ Κορινθίοις, ἔτι δὲ Ἐπιδαυρίοις, καὶ τοῖς ἄλλοις, κατὰ τὴν δόξαν τῶν ἱερῶν προκρίνων τὰς ἐντεύξεις. πάσαις δὲ ταῖς πρεσβείαις φιλοτιμηθεὶς κεχαρισμένας δοῦναι τὰς ἀποκρίσεις, εὐαρεστουμένας ἀπέλυσε κατὰ τὸ δυνατόν.

ριδ΄. Ἀπολύσας δὲ τὰς πρεσβείας, περὶ τὴν ταφὴν ἐγίνετο τοῦ Ἡφαιστίωνος. τοσαύτην δὲ σπουδὴν ἐποιήσατο πρὸς τὴν τῆς ἐκφορᾶς ἐπιμέλειαν, ὥστε μὴ μόνον τὰς προγεγενημένας παρ᾽ ἀνθρώποις ταφὰς ὑπερβαλέσθαι, ἀλλὰ [1] καὶ τοῖς ἐσομένοις μηδεμίαν ὑπέρθεσιν καταλιπεῖν. καὶ γὰρ ἠγάπησεν αὐτὸν [2] τῶν ἐν στοργῇ φίλων δοξαζομένων, καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν ἐτίμησεν αὐτὸν ἀνυπερβλήτως. ζῶντα μὲν προετίμησε πάντων

Auditis legatis, Hephaestionis funus, quanto apparatu poterat, celebrare instituit.

1 Καὶ ταῖς ἐσομέναις Reg. 1. 2 Ταῖς τῶν ἐν Basil.

finitimis controversias habebant. Quarti erant, qui de privatis tractaturi venerant. Ultimae partes illorum erant, qui restitutioni exsulum refragabantur. Eleis igitur omnium primis operam dedit. Et post illos Hammoniis, Delphis, Corinthiis, itemque Epidauriis, & ceteris, pro maiestate templorum audientiae praerogativam illis tribuens. Inprimis vero ut grata cunctis legationibus responsa impertiret, placatasque & benevolas a se dimitteret, operam dabat.

CXIV. Quibus absolutis, ad iusta Hephaestioni facienda animum convertit. In efferendi autem funeris accurationem studii tantum impendit, ut non superiorum dumtaxat aetatum funerationes cunctas superarit, verum etiam futuris nullam excessus facultatem reliquerit. Nam amicorum celebratissimorum affectu intime illum dilexit, & post obitum ita honoravit, ut nihil amplius praestari queat. Donec enim vixit, maiore in honore, quam omnes

τῶν φίλων, καίπερ Κρατεροῦ φιλίαν ἔχοντος ἐνάμιλλον. ἐπεὶ γάρ τις τῶν ἑταίρων εἶπε, μηδὲν καταδεέστερον Ἡφαιστίωνος τὸν Κρατερὸν στέργεσθαι, ἐπεφθέγξατο, Κρατερὸν μὲν [1] γὰρ εἶναι φιλοβασιλέα, Ἡφαιστίωνα δὲ φιλαλέξανδρον· τῆς δὲ Δαρείου μητρὸς κατὰ τὴν πρώτην ἔντευξιν διὰ τὴν ἄγνοιαν προσκυνούσης τὸν Ἡφαιστίωνα, ὡς ὄντα βασιλέα, καὶ μετὰ τὴν ἐπίγνωσιν διατρεπομένης, εἶπεν ὁ βασιλεὺς, Μηδὲν φροντίσῃς, ὦ μῆτερ· καὶ γὰρ οὗτος Ἀλέξανδρος. καθόλου γὰρ ὁ Ἡφαιστίων τοσαύτης ἐξουσίας καὶ φιλικῆς ἐκοινώνει παῤῥησίας, ὡς τῆς Ὀλυμπιάδος ἀλλοτρίως ἐχούσης πρὸς αὐτὸν διὰ τὸν φθόνον, καὶ κατὰ τὰς ἐπιστολὰς ἐπιτιμώσης αὐτῷ σκληρότερον, καὶ ἀπειλούσης, τάτε ἄλλα γράψαι πρὸς αὐτὴν ἐπιπληκτικῶς, καὶ κατὰ τὴν ἐπιστολὴν ἐπὶ τελευτῆς θεῖναι ταῦτα· Καὶ πρὸς ἡμᾶς παύου διαβαλλομένη, καὶ μὴ χαλέπαινε, μηδὲ

Amoris in eum alia argumenta, simul nova mortis prodigia produntur.

1 Deest in Reg. 1.

amicos ipſum habuit, quamvis Craterus amicitia cum eo certaret. Cum enim familiarium quiſpiam dixiſſet, Craterum in amore non inferiorem eſſe Hephaeſtione, ſubiecit, a Cratero regem, ab Hephaeſtione Alexandrum amari. Et cum in primo cum rege colloquio Darii mater per ignorantiam ad Hephaeſtionis, quaſi is rex eſſet, genua ſe provolveret, atque errore intellecto erubeſceret: Minime ſollicita ſis, mater, inquit, Alexander, nam & hic Alexander eſt. Denique tantum ſibi potentiae & in ſermone libertatis, ex familiaritate cum Alexandro, compararat Hephaeſtio, ut, cum Olympias per invidiam ei infenſior, durius per literas eum increparet, minaſque adderet; cum alia ſeverae caſtigationis plena reſcripſerit, tum clauſulam hanc attexuerit: Et criminari nos deſinas, nec ſuccenſeas, miniſque inceſſas. Sin mi-

ἀπείλει· εἰ δὲ μὴ, μετρίως ἡμῖν μελήσει, οἶδας γὰρ ὅτι Ἀλέξανδρος κρείττων ἁπάντων. ὁ δ᾽ οὖν βασιλεὺς τὰ πρὸς τὴν ἐκφορὰν παρασκευαζόμενος, ταῖς μὲν πλησίον πόλεσι προσέταξε κατὰ δύναμιν συμβάλλεσθαι πρὸς τὸν τῆς ἐκφορᾶς κόσμον. πᾶσι δὲ τοῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν οἰκοῦσι προσέταξε τὸ παρὰ τοῖς Πέρσαις ἱερὸν πῦρ καλούμενον ἐπιμελῶς σβέσαι, μέχρι ἂν τελέσῃ τὴν ἐκφοράν. [1] τοῦτο δὲ εἰώθεισαν οἱ Πέρσαι ποιεῖν κατὰ τὰς τῶν βασιλέων τελευτάς. τὸ δὲ πλῆθος χαλεπὸν οἰωνὸν ἐτίθετο τὸ πρόσταγμα, καὶ τὸ θεῖον ὑπελάμβανον προσημαίνειν τὸν τοῦ βασιλέως θάνατον. ἐγένετο δὲ καὶ ἄλλα σημεῖα παράδοξα, προδηλοῦντα τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν, περὶ ὧν μικρὸν ὕστερον ἐροῦμεν, ὅταν τὸν περὶ τῆς ἐκφορᾶς λόγον ἀποδῶμεν.

ριε΄. Τῶν γὰρ ἡγεμόνων καὶ φίλων ἕκαστος στοχαζόμενος τῆς τοῦ βασιλέως ἀρεσκείας, κατεσκεύαζεν εἰ- Funeris ipsius apparatus describitur.

1 Τοῦτο δὲ εἰώθεισανοί Reg. 1. Ceteri εἰώθασιν.

nus, non magnopere id curae nobis erit. Alexandrum namque omnibus pollentiorem esse nosti. Rex itaque, in apparatu funeris occupatus, vicinis civitatibus imperat, ut, quidquid possent, ad ornatum eius conferrent. Mandatum praeterea ad omnes Asiae gentes dedit, ut ignem, qui sacer a Persis vocatur, quousque exsequias peregisset, exstinguerent. Id quod in regum obitu a Persis factitari solebat. Hoc vero mandatum pro infelici omine a vulgo acceptum fuit. Nam regis mortem a numine hoc ipso significari existimabant. Quin & alia praeter naturae ordinem prodigia contigerant, quibus vitae terminus Alexandro non obscure denuntiatus fuit: de quibus, hanc de funeratione narrationem exsecuti, paullo post dicemus.

CXV. Tunc ergo ducum & amicorum unusquisque, ad voluntatem regis se accommodans, simulacra ex ebore,

δωλα [1] δι' ἐλέφαντος καὶ χρυσοῦ, καὶ τῶν ἄλλων τῶν θαυμαζομένων παρ' ἀνθρώποις· αὐτὸς δὲ ἀρχιτέκτονας ἀθροίσας, καὶ λεπτουργῶν πλῆθος, τοῦ μὲν τείχους καθεῖλεν ἐπὶ δέκα σταδίους, τὴν δ' ὀπτὴν πλίνθον [2] ἀναλεξάμενος, καὶ τὸν δεχόμενον τὴν πυρὰν τόπον ὁμαλὸν κατασκευάσας, ᾠκοδόμησε τετράπλευρον πυρὰν, σταδιαίας οὔσης ἑκάστης πλευρᾶς. εἰς τριάκοντα δὲ δόμους διελόμενος τὸν τόπον, καὶ καταστρώσας τὰς ὀροφὰς Φοινίκων στελέχεσι, τετράγωνον ἐποίησε [3] πᾶν τὸ κατασκεύασμα. μετὰ δὲ ταῦτα περιετίθει τῷ περιβόλῳ παντὶ κόσμον. οὗ τὴν μὲν κρηπῖδα χρυσαῖ πεντηρικαὶ πρῷραι συνεπλήρουν, οὖσαι τὸν ἀριθμὸν διακόσιαι τεσσαράκοντα, ἐπὶ δὲ τῶν ἐπωτίδων ἔχουσαι δύο μὲν τοξότας εἰς γόνυ κεκαθικότα; τετραπήχεις, ἀνδριάντας δὲ πενταπήχεις καθωπλισμένους. τοὺς δὲ μεταξὺ τόπους Φοινικίδες ἀνεπλήρουν πιληταί· ὑπεράνω δὲ τούτων τὴν δευ-

1 Δὶ ἐλέφαντος κατεσκευασμένα καὶ solus Reg. 1.

2 Ἀναδεξάμενος idem.

3 Abest a Basil.

auroque, & alia magnae aestimationis materia, facienda curaverat. Ipse, accitis undique architectis, & subtilissimorum operum artificibus magno numero, muri partem ad stadia X demolitur, lateresque colligit. Hinc loco, qui rogum excepturus erat, complanato, pyram quadrilateram excitat, cuius unumquodque latus stadium obtineret. Aream vero loci in XXX domos partitur, & tecta palmarum truncis insternit. Totum igitur opus quatuor angulos figura sua exhibebat. Universo deinde ambitui peculiarem addebat ornatum. Nam infimam eius partem inauratae quinqueremium prorae numero CCXL explebant. In quarum epotidibus bini sagittarii IV cubitorum, altero genu subnixi, & statuae armis instructae V cubitorum, stabant. Loca intermedia purpureis velis dense contextis obducta erant. Alteram supra hoc regio-

τέραν ἐπανεῖχον χώραν δᾶδες πεντεκαιδεκαπήχεις, κατὰ μὲν τὴν λαβὴν ἔχουσαι χρυσοῦς στεφάνους, κατὰ δὲ τὴν ἐκφλόγωσιν ἀετοὺς διαπεπετακότας τὰς πτέρυγας καὶ κάτω νεύοντας, παρὰ δὲ τὰς βάσεις [1] δράκοντας ἀφορῶντας τοὺς ἀετούς. κατὰ δὲ τὴν τρίτην περιφορὰν κατεσκεύαστο ζώων παντοδαπῶν πλῆθος κυνηγουμένων. ἔπειτα ἡ μὲν τετάρτη χώρα κενταυρομαχίαν χρυσῆν εἶχεν, ἡ δὲ πέμπτη λέοντας καὶ ταύρους ἐναλλὰξ χρυσοῦς. τὸ δ' ἀνώτερον μέρος [2] ἐπεπλήρωτο Μακεδονικῶν καὶ βαρβαρικῶν ὅπλων, ὧν μὲν τὰς ἀνδραγαθίας, ὧν δὲ τὰς ἥττας σημαινόντων. ἐπὶ πᾶσι δὲ ἐφειστήκεισαν Σειρῆνες διάκοιλοι, καὶ δυνάμεναι λεληθότως δέξασθαι τοὺς ἐν αὐταῖς ὄντας καὶ ᾄδοντας ἐπικήδιον θρῆνον τῷ τετελευτηκότι. τὸ δ' ὕψος ἦν ὅλου τοῦ κατασκευάσματος πήχεις πλείους τῶν ἑκατὸν τριάκοντα. καθόλου δὲ τῶν τε ἡγεμόνων καὶ τῶν στρατιωτῶν

1 Δράκοντα Basil. tum περὶ τοὺς ἀετούς Reg. 1. Paullo ante διαπεπτακότας Reg. 2. & Basil.

2 Ἀπεπεπλ. Reg. 1.

nem obtinebant XV cubitorum faces, quae ea parte, qua prehendi solent, aureas coronas; summa, ubi flamma exsurgit, aquilas extensis alis, & capitibus deorsum inclinatis; ad imas bases dracones, vultibus ad aquilas conversis, habebant. In tertia ambitus serie, numerosa bestiarum omnis generis venatio exhibebatur. In quarto dehinc ordine, pugna Centaurorum ex auro fabricata erat. Quintus aureos leones & tauros alternatim ostentabat. Superior pars Macedonicis & Barbaricis armis erat referta: quorum haec gentium devictarum clades, illa strenuitatis victricis significationem edebant. In summo denique fastigio Sirenes excavatae stabant, quae latenter in se reciperent eos, qui funebrem mortuo naeniam decantarent. Totius autem structurae celsitas ad centum triginta amplius cubitos exsurgebat. Et quia ductores si-

ἁπάντων καὶ τῶν πρέσβεων, ἔτι δὲ τῶν ἐγχωρίων, φιλοτιμηθέντων εἰς τὸν τῆς ἐκφορᾶς κόσμον, φασὶ τὸ πλῆθος τῶν ἀναλωθέντων χρημάτων γεγονέναι πλείω τῶν μυρίων καὶ δισχιλίων ταλάντων. ἀκολούθως δὲ ταύτῃ τῇ μεγαλοπρεπείᾳ καὶ τῶν ἄλλων γενομένων κατὰ τὴν ἐκφορὰν τιμῶν, τὸ τελευταῖον προσέταξεν ἅπασι θύειν Ἡφαιστίωνι θεῷ προέδρῳ. καὶ γὰρ κατὰ τύχην ἧκεν εἷς τῶν φίλων Φίλιππος, χρησμὸν φέρων παρ' Ἄμμωνος, θύειν Ἡφαιστίωνι θεῷ. διόπερ γενόμενος περιχαρὴς ἐπὶ [1] τῷ καὶ τὸν θεὸν κεκυρωκέναι τὴν αὑτοῦ γνώμην, πρῶτος τὴν θυσίαν ἐπετέλεσε· [2] καὶ τὸ πλῆθος λαμπρῶς ὑπεδέξατο, μύρια τὸν ἀριθμὸν θύσας ἱερεῖα παντοδαπά.

Inde rex otioso & magnifico vitae generi vacat.

ρισ΄. Μετὰ δὲ τὴν ἐκφορὰν εἰς ἀνέσεις καὶ πανηγυρικὸν βίον ἐκτραπέντος τοῦ βασιλέως, δοκοῦντος ἰσχύειν τότε πλεῖστον, καὶ μάλιστα εὐδαιμονεῖν, ἡ πεπρωμέ-

1 Τῷ θεῷ κυρώσαντι ora Steph. 2 Καὶ τὰ πλήθη Reg. 1.

mul & milites, legatique & homines indigenae, certatim ad funeris huius apparatum sumtus conferebant, plus quam XII millia talentûm impensa fuisse confirmant. Pro magnificentiae huius ratione etiam ceteros exsequiarum honores dispensavit. Et ad extremum, ut Hephaestioni tanquam Deo praesidi sacrificarent, universis imperavit. Nam tunc, fortuna sic moderante, Philippus, ex familiaribus regis unus, cum oraculo ab Hammone revertitur, ut Hephaestionem Deum sacrificiis venerarentur. Quo nuntio laetatus mirifice, quod Deum ipsum comprobatorem sententiae haberet, primus sacrum illi fecit. Caesisque victimis, ad X millia omnis generis, splendido totam multitudinem convivio accepit.

CXVI. Eo parentationis munere perfunctus Alexander, otium & panegyricam vitae rationem complectitur. Cumque iam ad summum potentiae & felicitatis cul-

νη συνήρει τὸν ὑπὸ τῆς φύσεως αὐτῷ συγκεχωρημένον τοῦ ζῆν χρόνον. εὐθὺς δὲ καὶ τὸ θεῖον ἐσήμαινε τὴν τελευτὴν αὐτοῦ, πολλῶν καὶ παραδόξων οἰωνῶν καὶ σημείων συντελουμένων. τοῦ γὰρ βασιλέως ἀλειφομένου, καὶ τῆς βασιλικῆς ἐσθῆτος καὶ διαδήματος ἐπί τινος θρόνου τεθέντος, τῶν ἐγχωρίων τις δεδεμένος ἐλύθη τὰς πέδας αὐτομάτως, καὶ λαθὼν τοὺς φύλακας, διῆλθε διὰ τῶν τῆς αὐλῆς θυρῶν ἀνεπικωλύτως. προσελθὼν δὲ τῷ θρόνῳ καὶ τὴν βασιλικὴν [1] ἐνδυσάμενος ἐσθῆτα, καὶ τὸ διάδημα περιθέμενος, ἐκάθισεν [2] ἐπὶ τοῦ θρόνου, καὶ τὴν ἡσυχίαν ἦγε. γνωσθείσης δὲ τῆς πράξεως, ὁ βασιλεὺς καταπλαγεὶς τὸ παράδοξον, προσῆλθε τῷ θρόνῳ, καὶ χωρὶς καταπλήξεως ἡσυχῆ τὸν ἄνθρωπον ἀνέκρινε, τίς ὢν καὶ τί βουλόμενος τοῦτο ἔπραξε. τοῦ δὲ εἰπόντος μηδὲν ἁπλῶς γινώσκειν, τοῖς μάντεσι προσαναθέμενος περὶ τοῦ σημείου, τοῦτον μὲν κατὰ τὴν ἐκείνων κρίσιν ἀπέκτεινεν, ὅπως τὰ ση-

Sed crebra prodigia instantis mortis metum iniiciunt.

1 'Ενδὺς Reg. 1. 2 'Επὶ τὸν θρόνον Vat. Basil.

men evectus videretur, fatum vivendi spatium a natura concessum illi contraxit. Et statim etiam numen, multis auguriis & signis prodigiosis passim exhibitis, interitum eius manifeste praemonstravit. Cum enim unctioni rex vacaret, regia veste ac diademate in sella quadam reposita, indigenae cuidam, in vincula compacto, sponte sua compedes solvebantur. Is ergo, nemine vigilum sentiente, per aulae portas citra impedimentum transiens ad sellam se contulit, regioque habitu indutus, & diademate ornatus, quiete in solio resedit. Quod factum ubi innotuit, rex insolentia eius perculsus ad solium accedit, & absque increpatione placide hominem interrogat, quis sit, & quo consilio hoc designarit. Ille, se nihil scire, simpliciter respondet. De portento igitur hoc ad vates refertur. Quorum iudicio miser ille necatur, ut, quidquid

μαινόμενα δυσχερῆ εἰς ἐκεῖνον τρέπηται· αὐτὸς δὲ ἀναλαβὼν τὴν ἐσθῆτα, καὶ θεοῖς ἀποτροπαίοις θύσας, ἐν ἀγωνίᾳ καθειστήκει, καὶ τῆς τῶν Χαλδαίων προῤῥήσεως [1] ἐμνημόνευσε· καὶ τοὺς μὲν συμπείσαντας φιλοσόφους παρελθεῖν εἰς τὴν [2] Βαβυλῶνα κατεμέμφετο· τὴν δὲ τέχνην τῶν Χαλδαίων καὶ τὴν τῶν ἀνδρῶν ἀγχίνοιαν ἐθαύμαζε. καθόλου δὲ τοὺς ταῖς [3] εὑρεσιλογίαις κατασοφιζομένους τὴν δύναμιν τῆς πεπρωμένης ἐβλασφήμει. μετ' ὀλίγον δὲ ἄλλο σημεῖον αὐτῷ περὶ τῆς βασιλείας τὸ δαιμόνιον [4] ἐπέστησε. βουλομένου γὰρ αὐτοῦ θεάσασθαι τὴν περὶ τὴν Βαβυλωνίαν λίμνην, καὶ πλέοντος μετὰ τῶν φίλων ἔν τισιν ἀκάτοις, ἐφ' ἡμέρας μέν τινας ἀποσχισθείσης τῆς νεὼς ἀπὸ τῶν ἄλλων σκαφῶν, ἐπλανήθη μόνος, ὥστε καὶ τὴν σωτηρίαν ἀπογνῶναι. ἔπειτα διά τινος αὐλῶνος στενοῦ καὶ συμπε-

1 'Εμνημόνευε Reg. 1.
2 Βαβυλωνίαν Stephan. marg. & Vatic.
3 Εὑρεσιλογίαις Reg. 1. Εὑρησιλ. cett.
4 Ἔστησε idem Reg.

ſiniſtri portenderetur, in caput illius derivetur. Tum rex, habitu recepto, Diis averruncis ſacrum peragit. Sed nihilominus perturbatione animi graviſſima diſtorquetur. Tum, quid a Chaldaeis praedictum eſſet, animo recurrit. Philoſophos ergo, qui ingreſſus in Babylonem ſuaſores fuerant, deteſtatur: artem vero Chaldaeorum, & profundam hominum illorum ſapientiam, demiratur. Illos denique, qui argumentis ſubtiliter inventis contra vim fati diſputarent, maledictis inceſſit. Nec longum in medio tempus, cum aliud ei prodigium de regni mutatione numen exhibuit. Babylonium viſendi lacum cupiditate ſtimulabatur. Amicis ergo comitatus, aliquot acatiis navigationem inſtituit. Verum accidit, ut, praetoria navi a ceteris ſcaphis avulſa, ſolus ad dies aliquot huc illuc vagaretur, adeo, ut etiam de ſalute actum iudicaret. Interea dum per fretum quoddam anguſtum, denſiſque arboribus

πυκασμένου δένδρεσι διαπλέοντες, καὶ τῶν μὲν ὑπερκειμένων, τοῦ δὲ διαδήματος ὑπὸ τούτων ἀρθέντος, καὶ πάλιν εἰς τὴν λίμνην πεσόντος, εἷς [1] τῶν ἐρετῶν προσνηξάμενος, καὶ βουλόμενος ἀσφαλῶς σῶσαι τὸ διάδημα, προσέθετο τῇ κεφαλῇ, καὶ προσενήξατο τῷ πλοίῳ. τρεῖς δὲ ἡμέρας καὶ τὰς ἴσας νύκτας διαπλανηθεὶς διεσώθη, καὶ τὸ διάδημα περιθέμενος ἀνελπίστως, πάλιν τοῖς μάντεσι προσανέφερε περὶ τῶν προσημαινομένων.

ριζʹ. Τούτων δὲ [2] πάλιν παρακελευομένων θυσίας ἐπιτελεῖν τοῖς θεοῖς μεγαλοπρεπεῖς μετὰ πάσης σπουδῆς, παρεκλήθη πρός τινα τῶν φίλων Μήδιον τὸν Θετταλὸν ἐπὶ κῶμον ἐλθεῖν· κἀκεῖ πολὺν ἄκρατον ἐμφορηθεὶς, ἐπὶ τελευτῆς Ἡρακλέους μέγα ποτήριον πληρώσας ἐξέπιεν. ἄφνω δὲ, ὥσπερ ὑπό τινος πληγῆς ἰσχυρᾶς πεπληγμένος [3] ἀνεστέναξε μέγα βοήσας, καὶ ὑπὸ τῶν φίλων ἀπηλλάττετο χειραγωγούμενος. εὐθὺς δ' οἱ

Epulae a Medio apparatae, & Herculaneus ille scyphus, fatales erant.

1 Ὑπηρετῶν Reg. 1.

2 Omittit Reg. uterque cum Basil. & notat asterisco Steph.

3 Ἀνεστέναξε καὶ μέγα βοήσας ὑπὸ τῶν ex Reg. 1. in margine Stephani.

utrinque obseptum, provehitur, accidit, ut ab impendentibus desuper ramis diadema in sublime elatum rursus in lacum decideret. Unus ergo remigum, natando illuc excurrens, utque tutius diadema referret, capiti suo impositum gestans, ad navem enatavit. Postquam ita triduum & trinoctium oberrasset, diademate praeter spem recuperato, salvus ad suos revertitur, & vates iterum de hoc prodigio consulit.

CXVII. Qui denuo magnifica Diis sacra peragere omni adhibita diligentia illum iubent. Tum vero a Medio Thessalo, ex necessariis uno, ad comissationem invitatur. Ibi cum multo se onerasset mero, grande Herculis poculum (quod vocant) ad extremum ebibit. Repente igitur violento quasi ictu percussus, magna voce ingemiscit, & manibus amicorum ductus convivio excedit. Ac statim,

μὲν περὶ τὴν θεραπείαν ἐκδεξάμενοι κατέκλιναν αὐτὸν, καὶ προσήδρευον ἐπιμελῶς. τοῦ δὲ πάθους ἐπιτείνοντος, καὶ τῶν ἰατρῶν συγκληθέντων, βοηθῆσαι μὲν οὐδεὶς ἐδυνήθη· πολλοῖς δὲ πόνοις καὶ δειναῖς ἀλγηδόσι συσχεθεὶς, [1] ἐπειδὰν τὸ ζῆν ἀπέγνω, περιελόμενος τὸν δακτύλιον, ἔδωκε Περδίκκᾳ. τῶν δὲ φίλων ἐπερωτώντων, τίνι τὴν βασιλείαν ἀπολείπεις; εἶπε, τῷ κρατίστῳ. καὶ προσεφθέγξατο, ταύτην τελευταίαν φωνὴν προέμενος, ὅτι μέγαν ἀγῶνα αὐτῷ ἐπιτάφιον συστήσονται πάντες οἱ πρωτεύοντες τῶν φίλων. οὗτος μὲν οὖν τὸν προειρημένον τρόπον ἐτελεύτησε, βασιλεύσας ἔτη δώδεκα καὶ μῆνας ἑπτὰ, πράξεις δὲ μεγίστας κατεργασάμενος οὐ μόνον τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλευσάντων, ἀλλὰ καὶ τῶν ὕστερον ἐσομένων μέχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς βίου. ἐπεὶ δέ τινες τῶν συγγραφέων περὶ τῆς τελευτῆς τοῦ βασιλέως τούτου διαπεφωνήκασιν, ἀποφαινόμενοι διὰ φαρμάκου θανασίμου γεγονέναι τὸν θάνατον, ἀναγκαῖον

Morbo gravissimo correptus Alexander moritur.

Moribundi sermones & instituta.

1 Ἐπειδὴ Basil.

qui curam eius agebant, exceptum lecto reclinant, ipsique diligenter intenti assident. At cum vis morbi ingravesceret, advocantur quidem medici, sed operam illi nemo afferre potest. Tandem malo subinde magis exasperato, cruciatibus gravissimis correptus, spem vitae deponit, detractumque digito annulum Perdiccae tradit. Ibi cum his verbis amici percontarentur: Cuinam imperium relinquis? Praestantissimo, respondit. Et cum novissimam emisit vocem, adiecit, a primoribus amicorum ingenti sibi certamine parentatum iri. Hunc ad modum Alexander vitam clausit, ubi XII annos & VII menses regnarat, maximasque res confecerat, quibus omnes tum ante, tum post se, ad nostram usque aetatem reges superavit. Quoniam vero scriptores nonnulli de morte huius regis discrepant, letali exstinctum pharmaco memorantes,

ἡγούμεθα δεῖν μὴ παραλιπεῖν αὐτῶν τοὺς λόγους.

ριή. Φασὶ γὰρ Ἀντίπατρον ἐπὶ τῆς Εὐρώπης στρατηγὸν ὑπ' αὐτοῦ καταλειφθέντα, διενεχθῆναι πρὸς Ὀλυμπιάδα τὴν μητέρα τοῦ βασιλέως. καὶ τὸ μὲν πρῶτον καταφρονεῖν αὐτῆς, διὰ τὸ μὴ [1] προσδέχεσθαι τὸν Ἀλέξανδρον τὰς κατ' αὐτοῦ διαβολάς· ὕστερον [2] δ' αἰεὶ τῆς ἔχθρας αὐξομένης, τοῦ βασιλέως διὰ τὸ πρὸς τὸ θεῖον εὐσεβὲς πάντα βουλομένου τῇ μητρὶ χαρίζεσθαι, πολλὰς ἐκφάσεις διδόναι τῆς πρὸς αὐτὸν ἀλλοτριότητος· πρὸς δὲ τούτοις, τῆς Παρμενίωνος καὶ Φιλώτου σφαγῆς φρίκην ἐμποιούσης τοῖς φίλοις, διὰ τοῦ ἰδίου υἱοῦ, τεταγμένου περὶ τὸν κύαθον, δοῦναι πιεῖν θανάσιμον φάρμακον τῷ βασιλεῖ· μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν πλεῖστον ἰσχύσαντος τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην, καὶ μετὰ ταῦτα [3] Κασσάνδρου τοῦ υἱοῦ διαδεξαμένου τὴν βασιλείαν, πολλοὺς συγγραφεῖς μὴ τολμᾶν γράψαι περὶ φαρμα-

1 Προσδέχεσθαι Reg. 1. Venet. In aliis παραδ.
2 Δ' ἀεὶ Basil.
3 Κασάνδρου semper Basil.

non praeterire, quae tradiderunt, necessarium videtur.

Multi suspicati, regem per Antipatri filium veneno esse exstinctum.

CXVIII. Antipatrum enim, quem summo cum imperio Europae Alexander praefecerat, controversias cum Olympiade regis matre exercuisse, perhibent. Ac primo quidem non magni fecisse eius offensam, quod calumnias eius contra ipsum rex non acceptaret. Post vero, gliscentibus subinde magis odiis, cum rex, qua erga numen pietate erat, matri per omnia gratificandum arbitraretur; Antipatrum non paucas alienati a rege animi significationes dedisse. Quibus Parmenionis & Philotae trucidatio, unde non mediocris amicis horror iniectus, accessit. Per filium igitur suum, qui regi a cyathis erat, mortifero regem pharmaco potionasse. Sed quia summa eius in Europa post Alexandri obitum fuit potentia, & Cassander in regno successit, plerosque scriptores veneni mentionem in monumentis suis facere non fuisse ausos:

κείας. Φανερὸν δὲ γεγονέναι Κάσσανδρον δι' αὐτῶν τῶν [1] πράξεων ἀλλοτριώτατα διακείμενον τοῖς Ἀλεξάνδρου πράγμασι. τήν τε γὰρ Ὀλυμπιάδα φονεύσαντα ἄταφον ῥίψαι, καὶ τὰς ὑπ' ἐκείνου κατασκαφείσας Θήβας οἰκίσαι μετὰ πολλῆς σπουδῆς. μετὰ δὲ τὴν τοῦ βασιλέως τελευτὴν καὶ Σισύγγαμβρις ἡ Δαρείου μήτηρ, πολλὰ καταθρηνήσασα τήν τε Ἀλεξάνδρου τελευτὴν καὶ τὴν ἑαυτῆς ἐρημίαν, ἐπὶ τῆς ἐσχάτης τοῦ βίου γραμμῆς ἐγκαρτερήσασα, πεμπταία κατέστρεψε τὸν βίον, ἐπιλύπως μὲν, [2] οὐκ ἀκλεῶς δὲ προεμένη τὸ ζῆν. Ἡμεῖς δὲ ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν παρόντες, κατὰ τὴν ἐν ἀρχῇ τῆς βίβλου πρόθεσιν, τὰς τῶν διαδεξαμένων πράξεις ἐν ταῖς ἑπομέναις βίβλοις πειρασόμεθα διεξιέναι.

Sisygambris, Darii mater, ob luctum inedia moritur.

1 Πραγμάταν Basil. Mox Σισίγαμβρις Reg. 2. & Bas. *Sisyngambris* Cospus. Alii Σισίγγαμβρις.
2 Οὐ καλῶς in ora Steph. & Ven.

cum tamen ex factis constet, Cassandrum rebus Alexandri maxime fuisse inimicum, quod & Olympiadem post caedem insepultam abiecerit, & Thebas, ab illo funditus eversas, magno studio & opere instaurarit. Rege sic exstincto, etiam mater Darii Sisygambris, cum & Alexandri mortem intempestivam, & suam iam ab omnibus desertae calamitatem lacrimis effusissimis deplorasset, in extrema vitae (quod dicitur) linea cibum & lucem aversata, die quinto per inediam magna quidem cum tristitia, sed non minore gloria, vitam sibi abrupit. Nos vero ad mortem Alexandri progressi, quod initio libri propositum erat, in sequentibus successorum eius res gestas exsequemur.

ANNOTATIONES

ANNOTATIONES
IN
LIBRUM XVI.

Pag. 11. *l.* 5. Καὶ σαφῆ γενέσθαι τοῖς ἀναγινώσκουσιν) Videtur aut γενέσθαι ἄν, aut γενήσεσθαι, ſine ἄν, legendum. STEPH.

Pag. 13. *l.* 10. Μεσολαβηθεὶς δὲ ὑπὸ τῆς πετρωμένης) Sic L. I, 3. Sed vide not. ad L. XI, 2. WESS.

Pag. 14. *l.* 4. Καλλιμήδους) Non aliter Archontem appellat Dionyſius Halicarnaſſeus in Dinarcho. Diogenes Laërt. II, 56, ἐπὶ ἄρχοντος Καλλιδημίδου, aut Καλλιδήμου· unde Io. Meurſius de Archont. Ath. L. IV, 6, refingit Καλλιμήδους, Menagio probante. Stadii hac Olymp. victor Πρῶρος Pauſaniae Lib. X, 2, pag. 802, ſed una litera auctior, ut bene monuit Sylburg. In Euſebio Chron. vocatur Πῶρος Κυρηναῖος. WESS.

ead. l. 7. Γναῖον Γενύκιον) Hic Γενύκιον habent exemplaria; cum in locis praecedentibus habeant Γενούκιον· quae ſcriptura hic quoque ſervanda potius fuit. STEPH. Livio Caius praenomen eſt. Sed Noſtro Tabulae Capitolinae ſuffragantur. RHOD. Γναῖον Γενούκιον) Hoc praetuli, quod auctor ita ſoleat. De praenomine Genucii ad Livii L. VII, 3, Sigon. & Drakenborch. recte decernunt. WESS.

ead. l. 14. Παρέθεντο τοῖς Θηβαίοις) Superioris libri c. 67 a fratre Alexandro Thebanis obſes Philippus datur, opinionem, uti diximus, probantibus Iuſtino & Plutarcho. Utramque ſententiam Gemiſt. Pletho coniungit, & primo ab Amynta, Illyriorum armis fracto, obſidem praebitum Thebaſque amandatum, deinde a fratre Alexandro fidei pignus Pelopidae Thebaniſque permiſſum, & cum Epaminonda eductum pariter atque inſtitutum, affirmat. Mihi, rem penitius introſpicienti, utraque narratio difficultatibus premi videtur

gravissimis. A patre enim obsidem si acceperint Illyrii, & Thebis deposuerint, uti hic auctor fatetur, & cum eo Libanius T. I, p. 106 A. admodum infans Thebas deductus est, nec dum habilis praeceptis philosophiae Pythagoricae. Aetas Philippi rem planissimam reddet. Decessit anno primo Olymp. CXI, annum agens XLVII, Iustino auctore L. IX, 8. Itaque, cum pater Amyntas anno tertio Olymp. CII moreretur, annum aetatis XIII attigerat. Faciam, ante duos tresve annos, neque enim tempus certo constat, ob adversam bello Illyrico fortunam a patre victoribus esse traditum, & puerum admodum habebis Philippum, atque ad philosophicam Pythagoreorum disciplinam per aetatem minus aptum. Certe φύσιν καὶ φιλοπονίαν, ut auctoris verba annumerem, ad studia ea conferre eo tempore vix potuisse videtur. Adde, in Macedonia mox a parentis morte Philippum fuisse & a matre Iphicratis genubus admotum, ex Aeschin. Or. περὶ Παραπρ. p. 31. Sed dederit eum frater Alexander, atque hoc pignore fidem obstrinxerit Thebanis, ecce alia incommoda. Contigit ea obsidis traditio anno Olymp. CII, 4, aetatisque Philippi XIV; quo tempore quin philosophiae admoveri potuerit, equidem non dubito. At eius artis aemulum & condiscipulum habuisse Epaminondam, quî credam? Erat tum ille annis XL maior, quippe aetatis XL rebus gerendis impositus, teste Plut. T. II, p. 1129 C. Reportaverat iam tum nobilem illam Leuctricam victoriam, inque eo cum maxime occupabatur, ut agrum Spartanum populationibus ageret & ferret. Et eum dicemus pueri Philippi ea tempestate fuisse condiscipulum? Huc adiunge, Lysidem illum Pythagoreum, προστάτην τῆς ἀγωγῆς καὶ παιδείας Epaminondae & Philippi, uti volunt, anno quarto Olymp. CII inter vivos haud fuisse. Mortem obierat ea tempestate, qua Thebani exsules redierant, oppressisque patriae proditoribus, Thebis libertatem atque αὐτονομίαν restituerant, sive anno Olymp. C, 3. Apertum hoc ex illis, quae Theanor memorat apud Plut. de Socrat. Gen. pag. 584. Qua ergo ratione Philippus Lysim istum Pythagoreorum arcana explicantem audire potuit? Equidem sive a patre Amynta, sive ab Alexandro fratre, obsidis loco Thebanis permissum arbitreris, sicuti ante sum professus, hinc me non extrico. Sed necdum finis. Auctor dicit, Philippum, cognita fratris caede, ex custodia Thebana elapsum regni curam in se transtulisse: at Speusippus apud Athen. L. XI, pag. 506 F. Platonem per-

hibet ad Perdiccam ablegasse Euphraeum Oritem, unum e discipulis, qui regi persuaserit ἀπομερίσαι τινὰ χώραν Φιλίππῳ. διατρέφων δ' ἐνταῦθα δύναμιν, ὡς ἀπέθανε Περδίκκας, ἐξ ἑτοίμου τῆς δυνάμεως ὑπαρχούσης, ἐπέπεσε (Φίλιππος) τοῖς πράγμασι. Fuit proinde Philippus in Macedonia sub tempus mortis fraternae, suaque in regione, quam Perdiccas precibus Platonis expugnatus condonarat, exercitum alebat. Enimvero, ut paucis defungar, haud inconcinne neque imprudenter superioribus Athenaeus adstruit, τοῦτο δ' εἴπερ οὕτως ἀληθείας ἔχει, θεὸς ἂν εἰδείη. WESS.

Pag. 15. *l.* 12. Πτολεμαῖος ὁ 'Αλωρίτης) Modus, quo Ptolemaeus ille Alorites Alexandrum occidit, dignus erat recenseri: eum nos docet Athen. L. XIV, 7. Sub specie saltationis cuiusdam Macedonicae, quae, ut puto, in armis fiebat, occisus est, & quidem, ut ait Trogus (L. VII, 5) dolo matris Eurydices, cuius adulter erat, gener suus ex Euryone filia Ptolemaeus ille. Ceterum in eo, quod ait Diodorus, Perdiccam cecidisse in proelio contra Illyrios, non concordat Trogus, qui eum per dolum matris Eurydices etiam occisum quoque asserit: nihil tamen obstat, quin ambo verum dixerint: nempe occidit in proelii calore per sicarios, a matre ad id immissos, vel eodem modo, quo Urias Hettaeus in medio hostium derelictus. Ceterum Georg. Syncellus regnum Ptolemaei ponit XI annis altius. PALM. De Ptolemaeo Alorite supra L. XV, 71. WESS.

Pag. 16. *l.* 4. Περίφοβοι καθειστήκεισαν) Sic praestabat. Mox auctor ipse c. 3, ἐν ἀπορίᾳ τῇ μεγίστῃ καθειστήκεισαν. Scio augmenti rationem in verbis huius generis negligi saepe, veluti παρακεχωρήκεισαν L. XV, 62; προβεβήκεισαν L. XIX, 30; συνδεδραμήκεισαν eiusdem lib. c. 65, & κεκληρουχήκεσαν in Appiani L. V Bel. Civil. p. 1135; item πεποιήκεσαν pag. 1160; tum προγεγράφεσαν p. 1164. Sed a scriptis libris ut abiremus, causa non erat. WESS.

ead. l. 10. Παυσανίας δέ τις &c.) Idem ille Pausanias, ut fato Amyntas concesserat, ex exsilio reversus Macedoniae regnum invaserat, eo tamen deiectus ab Iphicrate, Eurydicen armis Atheniensium adiuvante. Docet id Aeschines Or. περὶ Παραπρ. p. 31, & Suidas in Κάρανος. WESS.

ead. l. 13. Κατῆγον ἐπὶ τὴν βασ. 'Αργαῖον) Vid. ad Lib. XIV, 92. Hic constanter veteres libri 'Αργαῖον vocitant, cumque illis Demosthen. Or. in Aristocrat. p. 422, Libanius Propempt. ad Iulian. p. 160 D. & Or. ad Theodos. p. 412

B. & Harpocrat. in Ἀργαῖος. Morellus Ἀργαῖον κατάγειν *Argaeum petere*, aut *appellere*, apud Libanium vertit, quasi mons esset *Argaeus*. Egregie profecto! WESS.

Pag. 17. *l.* 12. Μιμησάμενος τὸν ἐν Τροίᾳ τῶν ἡρώων συνασπισμὸν) Ad. Turnebus Adverf. L. VI, 21, Diodorum respexisse censet ad Homericum illud Il. N, 131:

Ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ.
Ψαῦον δ' ἱππόκομοι κόρυθες λαμποῖσι φάλοισι
Νευόντων· ὡς πυκνοὶ ἐφέστασαν ἀλλήλοισιν.

Prorsus ex vero. Namque & Polybius L. XVII, 25, ubi inter se Romanorum legionem & Macedonicam phalangem contendit, eosdem versus excitat. Curtius satis culte L. III, 2, ab Homerico non longe deflectens: *ipsi phalangem vocant peditum stabile agmen.* VIR VIRO, ARMIS ARMA *conserta sunt: ad nutum monentis intenti, signa sequi, ordines servare didicerunt.* Plura Ezech. Spanhem. ad Iuliani Or. I, p. 231. WESS.

Pag. 18. *l.* 6. Ἀφεὶς αὐτὴν αὐτόνομον) Vide mox c. 8, & inprimis Polyaen. L. IV, 2, 17, artes Philippi in Amphipoli libera declaranda optime expedientem. Athenienses maximo opere restitutam sibi Amphipolim desiderabant, cumque Philippi Macedonumque imperio libera esset, ut suam in potestatem rediret, moliti, etsi frustraneo conatu, multa sunt, quae ex Theopompi fragmento apud Suidam in Τί ἐστι τὸ ἐν τοῖς &c. peti possunt. WESS.

Pag. 19. *l.* 5. Ὑποσπόνδους ἀφῆκε) Fuere hos inter Atheniensium aliqui, quos lenissime habitos, restitutis etiam amissis omnibus, liberos dimisit Philippus, amicitiam eius civitatis studiosissime quaerens. Vide Demosthenem Or. in Aristocrat. pag. 422. WESS.

ead. l. 9. Ὤκησαν — Κρινίδας) Repone ᾤκισαν, & pro Κρινίδας Κρηνίδας. RHOD. Legendum Κρηνίδας ex Strabone. PALM. Ὤκισαν — Κρηνίδας) Reddidi auctori, quod dederat ipse, quodque recurrit c. 8 sine menda; neque satis demirari possum, cur Basiliensem horum librorum editionem adeo contemtim viri docti habuerint, ut ne adire quidem atque inspicere sint dignati, haud raro tamen meliorem. Κρηνίδες, de quibus nos inferius, correxit ad Stephan. quoque Berkelius. WESS.

ead. l. 14. Ἐξ ὧν πέντε διαφωνοῦσιν) Interpres, *de V tamen inter haec discrepatur*, quasi fuisset ἐξ ὧν περὶ τῶν πέντε διαφωνοῦσι, vel ὧν περὶ τῶν &c. G. Io. Vossius de Hist. Graec. Lib. I, p. 32, διαφωνεῖν hoc esse loco ait, *extremam vocem*

edere, sive exspirare atque intercidere. Sic sententia foret, *ex quibus quinque interciderunt.* Ea confirmatur a Photio Biblioth. Cod. CLXXVI, affirmante ex Theopompi libris LVIII iam olim quinque periisse, neque eos suo tempore reperiri. Fert eandem vocis usus, de quo nos abunde supra L. III, 41. Hoc obstat, quod librum LV Stephan. in Καρύα, L. LVI Athenaeus L. XIII, 9, pag. 639, librumque denique LVII idem ille Stephanus in Μεσσαπέαι ad testimonium advocarint: illi enim cum lectitarint, quomodo Nostri aetate eos periisse dicemus? Discordia de vero eorum auctore si quae intercesserit, ut Rhodomanus versione sua indicavit, res omnis in vado foret. Elige ergo & sequere, quod libet. Hoc equidem iure affirmare posse videor, Diodorum in Philippi rebus describendis Theopompi vestigia potissimum legisse. Id scriptoris fragmenta, suo quaeque loco excitanda, declarabunt. WESS.

Pag. 20. *l.* 1. Κόϊντον Γενούκιον) Λεύκιον nominat Livius. RHOD. Λεύκιον Γενούκιον) Ita praestat ex Livio, ut bene Rhod. L. VII, 4. Adde Fastos Pighii ad ann. CCCXCI. WESS.

ead. l. 14. Βάρδυλις δ' ὁ τῶν Ἰλλυριῶν βασ.) Idem ille est, de quo Cicero de Offic. L. II, 11: *Itaque propter aequabilem praedae partitionem & Bardylis Illyrius latro, de quo est apud Theopompum, magnas opes habuit.* Origo hominis fuit vilissima: ex carbonario enim regiam dignitatem inter Illyrios adeptus est, teste Helladio Besantino in Χρηστομαθείᾳ apud Photium Biblioth. pag. 1579. Βάρδυλις, ait, δέ τις Ἰλλυριῶν ἐστρατήγησεν, ἀνθρακεὺς γεγονώς· quibus gemina reperies in Libanii Or. XXVIII, p. 632 B. sed flagitiose corrupta, restituta tamen in integrum felicissima Henr. Valesii medicina ad Excerpt. Diodori Nostri pag. 121. WESS.

Pag. 21. *l. ult.* Ἐῤῥωμένως συνεστήσαντο τὸν κίνδυνον) Etsi hoc minime damnem, suspicio tamen nasci poterit, ὑπεστήσαντο fuisse olim, idque mutatum ob praecedens συνεστήσατο μάχην. Habes θαυμασίους ἀγῶνας ὑπεστήσαντο Lib. XII, 61. Sed ea suspicio est, forsan iniusta. WESS.

Pag. 22. *l.* 5. Ταλαντευόμενος ἀεὶ ταῖς &c.) Vid. not. in L. XI, 22. Auctor iterum Eclog. 1 lib. XXXVII, ταλαντευομένης ὥσπερ ἐπίτηδες παρὰ μέρος τῆς νίκης. WESS.

ead. l. 13. Καὶ στήσας τρόπαιον) Atqui moris non erat Macedonici, ut victis de hostibus statueretur tropaeum: quare, si Pausaniae fides, nec Philippus neque Alexander usquam, etsi toties victores, tropaeum erexerunt. Adscri-

benda ex L. IX, 40, verba sunt: Φίλιππος δὲ οὐκ ἀνέθηκε ὁ Ἀμύντου τρόπαιον, οὔτε ἐνταῦθα, οὔτε ὁπόσας μάχας ἄλλας βαρβάρους ἢ καὶ Ἕλληνας ἐνίκησεν. οὐ γάρ τι Μακεδόσιν ἱστάναι τρόπαια ἦν νενομισμένον. Haec sufficiunt: cetera, quae consuetudinis causam & originem exponunt, indidem sumi poterunt. Et tamen non hoc tantum loco, sed & c. 87 & 89, tropaei Macedonici mentio occurrit: meminerunt praeterea alii, quos omnes absolvit, culpa in Pausaniam relata, Io. Freinshem. ad L. III, 12, 27, Curtii, sed eius opinionis non admodum certus, quod notata ad eiusdem Curtii Lib. VII, 7, 14, planissime indicant. Enimvero quanto magis Pausaniae disputationem considero, in eam abeo sententiam, revera Macedonum in more non fuisse ob hostes fusos & fugatos tropaea ponere: historicos, quod in usu ceteris id esset Graecis, ἀκύρως esse locutos. Wess.

Pag. 23. *l.* 5. Ἄπρακτος δὲ ὢν) Vide Plut. Dion. p. 961 A. & Iustin. L. XXI, 1. Wess.

Pag. 24. *l.* 5. Τὴν — λεγομένην ἀδάμαντι δεδέσθαι τυραννίδα) Infra c. 71, τήν τε περιβόητον τυραννίδα καὶ δεδεμένην, ὥς ἔφασαν, ἀδάμαντι. Nimirum quod egregie fundatum & firmum putabant, id *adamante vinctum* perhibebant. Aeschines in Ctesiph. p. 65, ἀλλὰ χαλκοῖς καὶ ΑΔΑΜΑΝΤΙΝΟΙΣ τείχεσι τὴν χώραν ἡμῶν ἐτείχισε. Docent copiosius Kuhn. & Perizon. ad Aelian. VI, 12. Wess.

ead. l. 9. Κηφισοδότου) Sigonio dicitur *Cephisodorus*, quem ex Nostro & Dionysio T. II, p. 115, bene redarguit Sylburgius. Wess.

ead. l. 11. Δίων ὁ Ἱππαρίνου) Rhodomanus, *Hipparini frater* vertens, alibi occupatum habuit animum. Ceterum res Dionis eundem hunc in annum Diodorus congessit, ut expeditionem, sequente susceptam, commodius eademque serie posset exsequi. Alioqui multo citius Dio ex Sicilia in Peloponnesum fuit deportatus: quod ne temere iecisse videar, libet in rem praesentem venire. Mortem obiit senior Dionysius Olymp. CIII anno primo. Plato arcessitur in Siciliam sub annum eius Olymp. tertium: quarto ferme post philosophi adventum mense Dio in navem imponitur atque in Graeciam amandatur. Docet id Plato Epist. VII, p. 329 C. Ipse retinetur invitus in sequentis anni autumnum, aegreque impetrat, ut dimittatur. Vid. Plut. Dion. p. 964 D. Fuit certe aestate ann. 1 Olymp. CIV in Peloponneso, spectavitque sollemnes ludos, ut Epist. II, p. 310 C. indi-

cat. Circumvoluto deinde anno, iterum Plato evocatur a tyranno, missa in hunc finem trireme, de qua Epist. III, p. 317 B. Diu nectit philosophus moras: tandem literis Archytae, amicorum Tarentinorum, ipsiusque Dionis expugnatur, sicuti Epist. VII, p. 339 D. docet. Abit ergo sub annum 2 Olymp. CIV, honestissimeque excipitur. Mox rixis exortis, abitum adulta aestate molitur: impedit tyrannus, aegreque philosopho persuadet, ut eum annum in Sicilia moretur. Haec Plato Epist. VII, p. 345, 346. Oriuntur labentibus mensibus nova iurgia: philosophus contemtius duriusque habetur; liberatur tandem, Archyta aliisque ex Italia philosophis, missoque in Siciliam Lamisco, deprecantibus, exeunte Olymp. CIV. Sic ipse ibid. pag. 350, & Plut. Dion. 966 B. Nam Diogenes Laërt. Lib. III, 22, errorem excusare nullo potest modo. Ineunte Olymp. CV Plato, nuper Syracusis redux, Dionem convenit in Peloponneso, cum ludi Olympici celebrarentur. Vide Epist. VII, p. 350 B. Tum Dio manum comparare, idque contentiore studio, ubi accepit, uxorem Areten alii nuptum datam, filiumque sic educari, ut indulgendo turpissimis imbuatur cupiditatibus. Lentum tamen & spissum istud negotium, quod multorum annorum tyrannis magnarum opum putabatur, & pauci ob eam causam ad societatem periculi perducebantur. Tandem exeunte aestate anni 4 Olymp. CV portu solvit, & luna deliquium patitur, teste Plut. Dion. p. 968 A. Volventibus dein dierum hebdomadibus Syracusae occupantur, & anno quidem VIII & XL, quam amissa fuerat libertas, auctore eodem p. 970 D. Quae quidem omnia in istum, quem innui, annum optime congruere, si quae de hoc lunae defectu commentatus est Seth. Calvisius, & initia senioris Dionysii ac XXXVIII tyrannidis eius annos cum cura consideraveris, mecum ipse fatebere. Atque haec paullo cupiosius persequi placuit, quod & Platonis & Dionis illae res negligentius habitae videantur. WESS.

Pag. 25. *l.* 4. Καὶ Ναρσαῖον) Pravum videtur. Hominis nomen integrius servavit Corn. Nepos Dion. c. 1: *Namque ille superior* (Dionysius) *Aristomachen, sororem Dionis habuit in matrimonio: ex qua duos filios, Hipparinum & NYSAEUM, procreavit.* Et ex Theopompi L. XL Athen. Deipnos. L. X, 10, & Plut. princip. Timoleon. etsi nunc prave ibi Νησαῖος. Vid. viros doctos ad Aelian. L. II Var. Hist. c. 41. WESS.

ead. l. 11. Συλλαβὼν ἐπὶ θανάτῳ) Xenoph. Ἀναβ. L. I, p.

205, ἐλάβοντο τῆς ζώνης τὸν Ὀρόντην ἐπὶ θανάτῳ. Athen. X, 10, ὥσπερ ἐπὶ θανάτῳ συνειλημμένος. Sic enim ibi legendum videtur. Lucian. D. Mort. XII, 3, καὶ συνελάμβανεν ἐπὶ θανάτῳ· ubi huius loci L. Bos oblitus non eſt. WESS.

ead. l. 15. Μεγακλῆν καὶ Χαρικλείδην) De Megacle res certa eſt. In *Chariclide*, etſi eundem mox iterum nominet, haereo. Credo equidem non alium atque eum eſſe, de quo Nepos in Dion. c. 5: *Poſtquam Corinthum pervenit Dion, & eodem perfugit* HERACLIDES, *ab eodem expulſus Dionyſio, qui praefectus fuerat equitum.* Ipſe auctor c. 16 Ἡρακλείδην vocat, ſicuti & Plut. Dion. p. 972 D. Iuſta itaque ſuſpicio eſt, ΗΡΑΚΛΕΙΔΗΝ librariorum errore in ΧΑΡΙΚΛΕΙΔΗΝ abiiſſe. Conſentit Simſon. Chron. ad ann. 3648. WESS.

Pag. 26. *l.* 4. Καὶ φορτηγοὺς δύο ναῦς) Sic iterum c. 9. At Plut. Dion. p. 968 D. τοὺς δὲ στρατιώτας τοὺς Δίωνος ἐξεδέξαντο στρογγύλαι δύο ναῦς, τρίτον δὲ πλοῖον οὐ μέγα, καὶ δύο τριακόντοροι παρηκολούθουν, paullo aliter. Demoſthenes vero πλοίῳ στρογγύλῳ καὶ στρατιώταις ὀλίγοις Dionem ait tyrannide Dionyſium deieciſſe Or. adv. Leptin. pag. 413, ubi Schol. recte φορτηγὸν interpretatur. Sequitur oratorem Syneſius Serm. ad Paeon. p. 309 A. Noſtro tamen conſentaneus eſt Corn. Nep. Dion. c. 5. Porro in militum numero, quem Plutarchus DCCC minorem fuiſſe affirmat, magnus eſt Ariſtotelis diſſenſus, μετὰ τρισχιλίων ὁπλιτῶν Dionem in Siciliam tramiſiſſe perhibentis Rhetor. ad Alex. c. 9, pag. 181. Tanta ſaepe illuſtribus in factis inter decora ſcriptorum ingenia intercedit diſcordia. WESS.

ead. l. 8. Χαρικλείδην δὲ ἀπέλιπε) Scripſeris Ἡρακλείδην, loco priſtina ſanitas redibit. De priore dictum antea fuit: alterum firmat ipſemet auctor c. 16. Scio Plut. Dion. p. 972 D. in quibuſdam cum Noſtro diſcordare: certo tamen conſtat, Heraclidem, cum Dion in Siciliam ſolveret, relictum fuiſſe in Peloponneſo. Mox ἄξοντα κατόπιν bene reddit interpres. WESS.

ead. l. 10. Ἀνδρόμαχος ὁ Ταυρομενίτης) Laudat hominem Plut. Timol. pag. 240 D. Quod vero Tauromenium condidiſſe dicitur, haud levem habere difficultatem videtur, de qua nos ſupra L. XIV, 59. WESS.

ead. l. 14. Ωἰκήσας) Falſo pro οἰκίσας. RHOD.

Pag. 27. *l.* 6. Καίσαρος ἀναστήσαντος τοὺς Ταυρομενίτας) Poſt Siculum bellum Caeſar Octavianus Tauromenitanos, ob adverſam ad eorum oppidum cladem apud Dion. Caſſium

L. XLIX, p. 450, alio traduxisse videtur, colonis Tauromenium deductis. Nam coloniae iuribus insigne deinceps fuisse, testis etiam Plinius est Nat. Hist. L. III, 8. Wess.

ead. l. 12. Ὅτε μὲν οἱ Θηβαῖοι — ὅτε δὲ οἱ Ἀθηναῖοι) Auxilii, quod Athenienses Euboeensibus maturatum submiserunt, meminit Demosth. Olynth. I, p. 4, tum Or. in Androt. p. 386, & adv. Aristocrat. p. 431, id insuper docens, Thebanos victos abiisse atque ὑποσπόνδους. Inspice praeterea Ulpiani scholia & Aeschinem Or. in Ctesiph. p. 65. Wess.

Pag. 28. *l.* 10. Μαυσώλου τοῦ Καρῶν δυνάστου) Belli socialis Mausolum facem & signiferum fuisse, Demosthen. significat princip. Or. de Rhod. Libert. Videntur tamen Byzantii, Rhodii & Chii iam ante se iunxisse, a Thebanorum duce Epaminonda in foedus accensi, quod superiore libro c. 79 indicatum est. Wess.

Pag. 29. *l.* 1. Οἱ μὲν οὖν ἐπὶ τῶν ἄλλων νεῶν) Vide Corn. Nep. Chabr. c. 4, & Demosth. Or. in Leptin. pag. 294, & de filio eius, iuvene ingeniosissime nequam, Athen. L. IV, p. 165 E. Wess.

ead. l. 7. Μέχρι τῆς Λυχνίτιδος — λίμνης) Sic & Scymnus Chius v. 429, ubi de Illyriis:

Ἔχει δὲ λίμνην εὖ μάλ' ἡ χώρα τινὰ
Μεγάλην, παρ' αὐτοῖς τὴν Λυχνῖτιν λεγομένην.

In Polybii L. V, 108, Λυχνιδία λίμνη. Plura ad Strabon. L. VII, p. 503, Casaub. & Palmer. Graec. Antiq. Lib. I, 35, p. 205. Wess.

ead. l. 13. Καὶ πολλὰς ἀφορμὰς δόντων εἰς πόλεμον &c.) Multa de hoc genere conduxit Pricaeus in Paullinam 1 ad Timoth. V, 14. Amphipolim Philippus aggressus est, αὐτονομίᾳ nuper concessa securam, pronam tamen in Athenienses, quos & legatis missis, ut quam citissime auxilio occurrerent, urbemque occuparent, rogarat: sed lenta illic, ut saepe in populari statu, consilia. Demosthenem adi, & vere hunc in annum res Amphipolitanas coniectas agnosces, Olynth. I, p. 4. Wess.

Pag. 30. *l.* 3. Τοὺς μὲν ἀλλοτρίως — ἐφυγάδευσε) Et eos quidem in primis, quorum opera urbe erat potitus. Sic certe Libanius T. I, p. 106 D. Ἀμφιπολιτῶν τινας θεραπεύσας, εἶχεν Ἀμφίπολιν. ὡς δὲ ἦν δεσπότης, δι' ὧν εἰλήφε τὴν πόλιν, τούτους ἐξήλαυνε. πρός γε τοὺς Πυδναίους οὐ διέστησεν ἀπὸ τῶν σπονδῶν τὰς σφαγάς· ἀλλ' ἀνέμιξεν ἀμφότερα ταῖς αὐτοῦ τέχναις. Quorum postrema Philippum, quod interpre-

tem fugit, indicant inter ipſas libationes & iurisiurandi ſollemnia Pydnaeorum plures obtruncaſſe. Docet ipſe Liban. T. II, pag. 698 B. & ad Demoſthen. Olynth. I, pag. 3, Scholiaſtes, de *Pydna* a Philippo intercepta adſcribens plura; tum Ariſtides T. II, p. 227. WESS.

ead. l. 12. *Διὰ τὸ πλῆθος τῶν ταύτην ἐνοικούντων*) Conf. Libanii Argum. ad Olynth. I. Olynthum Agatharchides de Rubr. Mar. p. 17, *πόλιν μυρίανδρον* vocat, & recte: florebat enim X millium numero, alebat equites mille, peregrinorum & conductitiorum X millia, praetereaque foedere ſibi coniunctos habebat vicinos pleroſque. Haec Demoſthen. Or. de Leg. Falſ. p. 257, & Olynth. III, p. 21. Non ergo ſine ratione rex callidiſſimus hanc ſibi urbem quovis modo adiungere connixus eſt. Dedit illi *Anthemuntem*, vicinum & controverſum oppidum, *τῶν παλαιπώρων Ὀλυνθίων δέλεαρ* apud Liban. T. I, pag. 406 D. Promiſit eidem *Potidaeam*, atque hoc benevolentiae colore Olynthios circumſcripſit. Vid. Demoſth. Philipp. II, p. 46, & Or. de Cherſon. p. 62, Ariſtid. T. II, pag. 224. WESS.

Pag. 31. *l.* 1. *Καὶ φιλανθρώπως αὐτῇ προσενεγκάμενος*) Hoc verum. Athenienſium tamen colonos durius habuit, eorumque bona diripuit, ni fallit Demoſth. ſeu quis alius auctor Or. de Halon. p. 49. WESS.

ead. l. 4. *Τὴν δὲ Πύδναν ἐξανδραποδισάμενος* &c.) Videtur in his aliquid eſſe commiſſum. Docuit auctor, Philippum Olynthiis promiſiſſe Potidaeam, pro qua tamen Pydna illis datur. Praeterea Pydna iuris fuerat Macedonici, Athenienſium Potidaea. Illam ſibi rex receperat, hanc Athenienſibus ereptam Olynthiis, ut ab Athenienienſium eos ſocietate alienaret, condonaverat. Sic Demoſthen. Olynth. III, pag. 12, & ex Theopompo Scholiaſtes. Scripſeris *τὴν δὲ Ποτίδαιαν*, quemadmodum cenſuiſſe video Barbeyracium ad Hiſtor. Foed. P. I, p. 211, aut potius *τὴν δὲ πόλιν*, bene ſe locus habebit. Quid? Gemiſt. Pletho non aliter legit: nam poſtquam de Potidaea occupata & dimiſſo Athenienſium praeſidio ex Noſtro commentatus erat, ſubiungit continuo: *τὴν δὲ πόλιν ἐξανδραποδισάμενος καὶ κατασκάψας Ὀλυνθίοις τοῖς ἀστυγείτοσιν οὖσι νέμεσθαι καὶ τὰς κτήσεις ἔδωκεν*· apertiſſime confirmans ſuſpicionem noſtram. WESS.

ead. l. 8. *Μετωνόμασε Φιλίππους*) Appian. Bel. Civil. L. IV, p. 1040: *οἱ δὲ Φίλιπποι πόλις ἐστὶν, ἣ Δάτος ὠνομάζετο πάλαι, καὶ Κρηνίδες ἔτι πρὸ Δάτου. κρῆναι γάρ εἰσι περὶ*

τῷ λόφῳ ναμάτων πολλαί. Φίλιππος δὲ ὡς εὐφυὲς ἐπὶ Θρᾷκας χωρίον ὠχύρωσέ τε καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ Φιλίππους προσεῖπεν &c. satis opportune: quamquam de *Dati* titulo quod addit, non ita liquidum videtur. Nostro certe quidem si auscultes, Κρηνίδων nomen urbs habebat, cum a Philippo instauraretur. *Datus* olim dicebatur, ut apud Herodot. IX, 74. Adde Harpocrat. in Δάτος, Zenobium Cent. III, 11, & Strabonem L. VII, p. 511, in Κρηνίδων nomine Diodoro consentaneum, sed *Datum* non recte, si tamen ei rei ipsemet auctor, distinguentem. WESS.

Pag. 32. *l.* 1. Διὰ τούτου προετρέψατο προδότας γενέσθαι) Sic bene. De largitionibus Philippi Graeciaeque proditoribus inferius c. 56. WESS.

ead. l. 8. Γάϊον Πόπλιον) Mendose pro Ποιτήλιον. RHOD. Γάϊον Ποιτήλιον) Ausus sum *Poetelii* nomen ad hunc modum refingere, tum quod Πετίλιον marginis Stephani non longe recederet, tum quod Pighius in Fast. ad ann. CCCXCIII, forsan ex Granvellani scripto libro, id Diodoro tribuat, & Cospus id versione reddat. WESS.

ead. l. 14. Ναῦς — τετρακοσίας) *Quingentas* Corn. Nep. Dion. c. 5: *Sed Dion fretus non tam suis copiis, quam odio tyranni, maximo animo, duabus onerariis navibus, quinquaginta annorum imperium, munitum QUINGENTIS longis navibus, decem equitum, centum peditum millibus, profectus oppugnatum.* Credo librariorum peccato. Auctor enim iterum c. 71, & Plutarchus Dion. pag. 963 E. cum Aeliano V. Hist. L. VI, 12, Dionysio CCCC naves longas largiuntur. WESS.

Pag. 34. *l.* 2. Ὑπὸ Μίνωος ἐκτίσθη) Aliter Lib. IV, 79, ubi vide. WESS.

ead. l. 6. Ὄνομα Πάραλος) Σύναλος hic Plutarcho Dion. pag. 969; quam recte, non dixero. WESS.

ead. l. 14. Ἔτι δὲ Καμαριναίους καὶ Μαδιναίους) *Camarinaeorum*, ad Dionem sese adiungentium, commeminit Plutarchus; de *Madinaeis* nihil, quorum quidem nulla apud alios quoque, qui res Siculas attigerunt, mentio. Hinc Ph. Cluverius Sicil. Antiq. L. II, p. 357, *Nullum*, inquit, *alii cuiquam memoratum est oppidum* Μάδινα. Et, *post Camarinenses cum idem Diodorus dicat Dionem assumsisse illos, qui in vulgatis eius exemplaribus leguntur* Μαδιναῖοι· *nullos alios hos fuisse iudico, quam* Μοτυκαίους, *id est*, Motycenses. *Pro quo vocabulo corruptum illud suppositum. Nisi forte suspicari libeat, vocabulum* Καμαριναίους *ab imperito atque oscitante exscriptore bis positum*

fuisse, unde postea alius alterum eorum discerpserit in καὶ Μαδιναίους. Quo Catone, interea dum meliores libri certiora doceant, simus contenti. WESS.

Pag. 35. *l.* 14. Ἀπὸ τῆς ἀποστάσεως) Placere hoc potest: neque improbum tamen ἀπὸ τῆς ὑποστάσεως fuerit, si de proposito tyrannidis pessumdandae intelligatur. Vide ad L. XV, 70. Ceterum Timocrates, qui Dionis uxorem, Dionysii sororem, in matrimonio habebat, urbi cum maxime praeerat apud Plut. Dion. pag. 969 D. WESS.

Pag. 36. *l.* 4. Τοῖς παρατυχοῦσιν ὅπλοις συνεσκεύασε) Hoc rarius. Simplex simili potestate perfrequens Appiano, qui L. IV Belli Civil. pag. 985, εἰς ἀνθρακέα ἐσκεύασε, *instruxit eum carbonarii habitu.* Et p. 989, καὶ τοὺς θεράποντας ἐς ὑπηρέτας σκευάσας· tum ibid. τοὺς θεράποντας ἐς στρατιώτας σκευάσαντες· iterum post pauca, καὶ ἐσκεύασεν (τοὺς θεράποντας) ἐς ὁπλίτας. Conf. Iac. Gronov. ad Arrian. Exp. Alex. L. II, 6. WESS.

Pag. 37. *l.* 1. Οὐκ ἐλάττους τῶν πεντακισμυρίων) Nimium videtur. Plut. ἦσαν δὲ πεντακισχιλίων οὐκ ἐλάττους, in Dion. pag. 970 A. Idem quinque dumtaxat & viginti Syracusanorum exsulum Dioni sese comites expeditionis addidisse refert p. 967 C. WESS.

ead. l. 7. Μετημφιασμένης — τὴν ἐλευθερίαν) Convenit Strabonis L. XV, p. 1041 B. μεταμφιάσασθαι καὶ μεταθέσθαι τὴν δίαιταν. Et Io. Chrysostomi de S. Pelag. T. II, p. 586 E. καὶ εἰσελθοῦσα μετημφιάσατο ἀφθαρσίαν ἀντὶ φθορᾶς, ἀθανασίαν ἀντὶ θανάτου, respicientis divini illud viri in altera ad Corinth. c. V, 2, 3. WESS.

ead. l. 13. Ἐγένετο δὲ καὶ &c. ὀλολυγμὸς πολὺς) Iubilantium & rebus in laetis tripudiantium feminarum esse ὀλολυγμὸν, & ὀλολυγὴν, & ὀλολύζειν, abunde ostensum a viris eruditis If. Casaubono in Theophrasti Charact. c. 21, Aristoph. Equit. v. 613, & Ezech. Spanhem. ad Hymn. Callim. in Del. v. 258. Paucis itaque defungar. Heliodorus Aeth. L. III, p. 136, ὠλόλυξαν μὲν αἱ γυναῖκες, ἠλάλαξαν δὲ οἱ ἄνδρες. Nam male de *ploratu* interpres. Aeschylus VII C. Theb. v. 273:

Κἀμῶν ἀκούσασ' εὐγμάτων, ἔπειτά συ
Ὀλολυγμὸν ἱερὸν εὐμενῆ παιώνισον.

ubi docte Schol. & Iulianus Misop. p. 345 A. WESS.

Pag. 38. *l.* 1. Πάντες δ' ἀπεδέχοντο μειζόνως ἢ κατ' ἄνθρωπον) Explicabit Plut. Dion. p. 970 E. ἀνῄει διὰ τῆς Ἀχρα-

δίνης, ἑκατέρωθεν παρὰ τὴν ὁδὸν τῶν Συρακουσίων ἱερεῖα καὶ τραπέζας καὶ κρατῆρας ἱστάντων· καὶ καθ' οὓς γένοιτο προχύταις τε βαλλόντων καὶ προστρεπομένων ὥσπερ θεὸν κατευχαῖς. Qui quidem Diis eorumque ſignis honos cum exhiberetur olim, turpi quadam adulatione ad homines fuit translatus; quod egregie docetur ab Iſ. Caſaubono ad Sueton. Calig. c. 13, quem conſulere operae fuerit pretium. Wess.

Pag. 39. *l.* 10. Τά τε περὶ τὰς φυλακὰς ῥαθύμως ἔχοντας) Eadem Polyaenus Strat. Lib. V, 2, 7, ſed verbis levi vitio maculatis. Editur οἱ μὲν ἔπεμψαν (πρεσβευτὰς) καὶ ὑπὸ χαρᾶς ΕΞΕΧΥΣΑΝ τὰς φυλακὰς, ὡς ἤδη τυράννου τὴν ἀρχὴν ἀφέντος. Tu lege ΕΞΕΛΥΣΑΝ, ut ſententia conſtet. Wess.

Pag. 40. *l.* 5. Τῆς διατειχίου ἔσω μάχης οὔσης) *Forte ſic corrigendum:* τῆς ἔσω διατειχίου μάχης. Haec Rhodomanus. At poſtea in not. Correct. & Addend. *hinc me non ſatis expedio*, inquit. *Atque haud ſcio, an locus iſte non mendum habeat.* A quo non diſſentio: certe placere vix poteſt ἐν σταδίῳ· ὀλίγῳ δὲ διαστήματι. Ang. Coſpus, qui XVI hunc librum Latino ſermone convertit, legiſſe aliter videtur; ſic enim dat: *cumque haud magnum loci ſpatium intercederet (quippe intra munitiones ſtatim erat pugna) accurrit ſubito magna hoſtium vis in eum locum ſatis anguſtum & vix ſtadii unius.* Sed neque id ſatis arridet. Mallem πολὺν ἐποίει φόνον· ἐν σταδίῳ δὲ καὶ ὀλίγῳ διαστήματι &c. niſi conſultius eſſet, fideliorum Codd. opem exſpectare. Wess.

Pag. 41. *l.* 7. Ἐναπελείφθη μόνος τῷ πλήθει) Dubites, utrum praeoptes, hoc, an ἐναπελήφθη, quod Steph. expreſſit. Supra Lib. XV, 48, οἱ ἐναποληφθέντες τοῖς πτώμασιν commode ſedem tueri poſſunt: hic cum interprete prius eligo. Wess.

ead. l. 12. Τοῖς πολεμίοις παρ' ὀλίγον ὑποχείριος ἐγένετο) Haec uberius apud Plut. Dion. p. 971 D. Wess.

Pag. 43. *l.* 2. Ἐν τοσούτῳ δὲ τὸ λοιπὸν &c.) Negliguntur Dionis hae artes ab aliis, Dionyſii tamen fraudes, quibus inter ſe Dion & Syracuſani collidi coepti ſunt, non praetereuntibus. Inſpice Plut. Dion. p. 972, & Polyaen. L. V, 2, 8. Wess.

ead. l. ult. Ναῦς μακρὰς πολλὰς ἔχοντες) Quae continuo ſequuntur, praeſentiam negandi vocis non ferunt: hinc eam induxi. Wess.

Pag. 44. *l.* 6. Καὶ τῶν ταύτης ἀδελφῶν &c.) Addi debuerat Pitholaus, quippe conſiliorum & caedis particeps. Xe-

nophon Hellen. Lib. VI, pag. 470, Plut. extr. Pelop. vita, Conon Narr. 50, Cicero de Offic. Lib. II, 7, & Ovid. Ib. v. 323, ordinem patratae necis exſequuntur. Wess.

ead. l. 8. Μεγάλης ἐτύγχανον ἀποδοχῆς) Erant e ſenibus, qui Theben digniſſimam cenſebant, cui templum conderetur, ſi Serino fides apud Io. Stob. Tit. VII, p. 91. Sed illa marito interfecto retinuit dominationem, adſcito nomine tenus fratre Tiſiphono, ſicuti Xenophon & Conon teſtantur. Wess.

ead. l. 13. Οἱ δ' Ἀλευάδαι καλούμενοι) Vid. Lib. XV, 61. Demoſthenis Schol. omnia alia refert de Aleuadis, Philippumque contra eos, tyrannidis ſtudioſos, a Theſſalis fuiſſe auxilio arceſſitum, ad Olynth. I, pag. 8, & II, pag. 14, errans, uti opinor. Wess.

Pag. 45. *l.* 2. Κατεπολέμησε τοὺς τυράννους) Conf. huius libri c. 37, & Polyaen. Strat. L. IV, 2, 19. Wess.

ead. l. 8. Τὸν παραλειφθέντα πόλεμον ὑπὸ τοῦ πατρὸς) Hinc apud Athen. L. VI, 4, Ἔφορος ἢ Δημόφιλος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἐν τῇ τριακοστῇ τῶν ἱστοριῶν περὶ τοῦ ἐν Δελφοῖς ἱεροῦ. Cauſa enim, cur dubitet, ea eſt, quod Ephorus belli huius hiſtoriam filio pertexendam reliquerit. Monuit etiam Io. Ionſius de Script. Hiſt. Phil. L. I, 9, 2, ſed haeſitans, utpote horum Diodori non recordatus. Wess.

ead. l. 12. Ἔτη ἕνδεκα) Anni bene habebunt, ſi belli Sacri initia in hunc annum referas cum Pauſan, L. X, 2. Noſtro tamen aliud placet principium c. 23. Wess.

ead. l. 15. Καὶ κατέστροφεν εἰς τὴν κατάληψιν τοῦ ἱεροῦ) Eadem extremo L. XIV. Wess.

ead. l. ult. Δίϋλλος δ' ὁ Ἀθηναῖος &c.) Ἀνὴρ Ἀθηναῖος, οὐ τῶν παρημελημένων ἐν ἱστορίᾳ Δίϋλλος, apud Plut. de Herod. malign. p. 862 B. Eſt profecto celebre eius nomen, etſi ſaepe exſcriptorum negligentia depravatum. Iſ. Caſaubonum vide in Diogen. Laërt. L. V, 76, ad Athen. L. IV, 14, & Mauſſac. ad Harpocrat. voc. Ἀριστίων. Scripſit hiſtoricum opus, cuius una pars ab inchoato Philomeli ſacrilegio ad Perinthum Philippi armis occupatam decurrebat: altera uſque ad Philippi exitum. Sic Noſter c. 77 huius libri. Praeter id & aliud reliquiſſe conſendus eſt, ſi de Demetrio Phalereo, ut bene ſuſpicatur G. Io. Voſſius de Hiſt. Graec. L. III, p. 360, quaedam ſit commentatus apud Athen. Lib. XIII, 7. Quam quidem rem certam & claram Noſter eſſe iubet Lib. XXI Eclog. 5, ubi prave nunc Δίαλλος legitur. Dicit ibi,

defcripfiffe illum τὰς κοινὰς πράξεις libris XXVI, unde conficias haud iniuria, idem effe opus, quod a Sacri belli initio Graeciae Siciliaeque res complexum fuerit ufque in ultimos Agathoclis tyranni annos: hoc amplius, rectiorem videri fcripturam, a Stephano vetuftis e libris depromptam, qua Diylli illud opus libris XXVI abfolvitur. WESS.

Pag. 46. *l.* 5. Ἐλπίνου) Ἐλπίνης dicitur in Dionyf. Hal. Dinarch. pag. 115; fed Ἐλπινίκης in eiufdem Lyfia pag. 85, quod eius nomen praeoptat Sylburgius, neque refpuit Io. Meurfius de Archont. L. IV, 7, quibus equidem refragari nolo. WESS.

ead. l. 7. Γναῖον Μαμέλιον Ἰμπεριῶσον) Hic Μάνλιον, & paullo ante Ποπίλιον fcribe. RHOD. Coniectura non eft Rhodomani, fed ipfa veritas. Car. Sigon. praeterea Ποπίλλιον fuo ex Cod. affert ad Livii L. VII, 12, quod reftituo. *Manlium* dat Cofpus, incertum ex vetufto libro, an fufpicione. Porro ftadii hac Olympiade victorem Eufeb. Παῦρον Κυρηναῖον perhibet. WESS.

Pag. 47. *l.* 2. Ἔπειτ' Ἀρπώνιον) Hanc urbem Gab. Barrius L. V de Ant. & Sit. Calab. p. 185 ed. Lugd. nunc *Quarquarium* dici affirmat, auctorem illi dans Diodorum, praeterea nihil. Mallem finceram praeftitiffet fcripturam, & deinde fitum inquifiviffet. Ecquis enim *Arponio* patronus, Noftrum fi feponas? Placet Ph. Cluverii coniectura, ἔπειτ' Ἱππώνιον legentis Lib. IV Ital. Antiq. pag. 1291. Eam fuadet & propinquitas, non longe a Terina, & urbis Vibonis celebritas. WESS.

ead. l. 4. Κατὰ γὰρ τὴν &c. οἱ δραπέται Βρέττιοι) Vide P. Leopardum Emend. L. IV, 12. Opportune Strabo, quem is excitavit, Lib. VI, p. 392: Βρεττίους γὰρ καλοῦσι τοὺς ἀποστάτας. ἀπέστησαν δ', ὥς φασι, ποιμαίνοντες αὐτοῖς (Λευκανοῖς) πρότερον, εἶθ' ὑπὸ ἀνέσεως ἐλευθεριάσαντες, ἡνίκα ἐπεστράτευσεν Δίων Διονυσίῳ, καὶ ἐτάραξεν ἅπαντας πρὸς ἅπαντας. Firmat enim rem ipfam, & tempus Bruttiorum defectionis. Adde Ph. Cluver. Ital. Ant. Lib. IV, 15. Vide vero rerum humanarum viciffitudines. Iidem illi Bruttii, labentibus annis in non diffimile fervitutis genus reciderunt, ob nimium Hannibalis altero Punico bello ftudium ad fervilia minifteria Romanorum magiftratibus praeftanda damnati apud Feftum in *Brutiani* & Appian. fin. in Hannibal. & alios. WESS.

ead. l. 16. Ἡρακλείδης δὲ ὁ καταλελειμμένος &c.) Supra c. 6. WESS.

Pag. 48. *l.* 3. Ναῦς μὲν μακρὰς εἴκοσι) Plutarchus dat illi VII triremes & tres alias naves, plura de hominis consiliis & cum Dione simultate adspergens, in Dion. p. 972. Wess.

ead. l. 12. Ὕστερον δ' ἀπολειφθέντος ὑπὸ τῶν πολεμίων) Antea bis ostendimus, ληφθεὶς positum pro λειφθείς· sed vereor, ne hic vice versa sit ἀπολειφθέντος pro ἀποληφθέντος. Steph. Recte Stephanus, cui Rhodomanus accedit. Idem vitium in his Io. Chrysostomi T. I, p. 345 B. de Imp. Valente, ὅπου γε καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς εἰς κώμην τινὰ ἀπολειφθεὶς μετ' ὀλίγων στρατιωτῶν &c. Ipse ἀποληφθεὶς reliquerat, sicuti ea, quae de imperatoris eius caede Zosim. L. IV, 24, declarant. Polyaen. L. V, 16, 5, Παμμένης — ὑπὸ πλειόνων ἀποληφθείς· ubi in scriptis idem est, ut saepe, peccatum. Wess.

ead. l. ult. Ἑαυτὸν ἀπέσφαξεν) Eadem Ephorus, insuper mortuo scriptione sua turpiter insultans. At Timonides, qui rebus gestis adfuerat, vivum in hostium potestatem venisse, ac ludibrio fuisse, Speusippo perscripserat, referente Plut. Dion. pag. 974, quem vide. Plutarchum sequitur Tzetzes, etsi solita iactantia in Timaeo, quem errans Ἀνδροφόνου υἱὸν pro Ἀνδρομάχου vocat, ea se lectitasse videri velit Chil. X, 850. Wess.

Pag. 50. *l.* 4. Τοὺς ἀρίστους τῶν μισθοφόρων &c.) Filium etiam Apollocratem, de quo ad Aelian. V. Hist. L. II, 41, Iac. Perizon. teste Plut. Dion. pag. 974, qui haec, & quae continuo succedunt, copiosius exsequitur. Wess.

Pag. 51. *l.* 2. Πολὺ τῶν Συρακουσίων — ὑπερεβάλλοντο) Maluissem τοὺς Συρακουσίους, ut ipsemet atque alii plerumque adsolent. Vid. ad c. 88 libri XV. Wess.

Pag. 52. *l.* 5. Νύψιον τὸν Νεαπολίτην) Videndus iterum est Plut. Dion. p. 976 A. Wess.

ead. l. 9. Ἐτέλει τὸν εἰς Συρακούσας πλοῦν) Sic c. 68, οὗτος μὲν οὖν κατὰ σπουδὴν ἐτέλει τὸν εἰς Ῥήγιον πλοῦν. Alii, brevitatis studiosi, τὸν πλοῦν omittunt. Aristides T. III, p. 576, ἴδοις δ' ἂν καὶ πρὶν εἰς Ἐλεφαντίνην τελέσαι. Lucianus Hermot. c. 71, αὐθημερὸν ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος εἰς Ἰνδοὺς τελεῖ, qui τὴν ὁδὸν intelligendam reliquit. Wess.

Pag. 53. *l.* 4. Καθωρμίσθη περὶ τὴν Ἀρέθουσαν) Interpres *in Arethusae portu*: maluissem *propter fontem Arethusam.* Meminit, fateor, λιμένος Ἀρεθούσης Procopius Belli Vandal. L. I, 14, sed nusquam Diodorus, neque ante Procopium alii. Fons spectabat eam insulae partem, quae in magnum portum vergit, docente Ph. Cluverio Sicil. Antiq. Lib. I, pag. 166,

& Iac. Bonano Lib. I Syrac. Antiq. cap. 1, 7 &c. Wess.

Pag. 54. *l.* 2. Τινῶν δ' ἐγκρατεῖς κατέστησαν) Quatuor navium potiti sunt, si Plutarch. in Dion. p. 976 A. audis. Wess.

ead. l. 7. Ῥαθύμως εἶχον τὰ περὶ τὰς φυλακὰς) Alias ῥαθυμεῖν τὰ περὶ τὰς φυλακάς. Itaque nihil moveo. Vid. L. II, 19, & III, 55, & huius lib. c. 12, ubi eadem. Wess.

ead. l. 9. Ἀναμαχέσασθαι καὶ ἀναλαβεῖν βουλόμενος τὴν ἧτταν) Conf. ad L. XIII, 87. Ἀναμαχέσασθαι auctoris atque aliorum assuetudine satis est munitum. Namque & Lib. XIV, 2, ἀναμαχόμενος δὲ τὸ περὶ τὸν βασιλέα γεγονὸς ἐλάττωμα· & XVIII, 72, ὁ δὲ Ἀντίγονος — ἀνεμαχέσατο τὸ γεγονὸς ἐλάττωμα reperies. Nic. Damascenus Excerpt. p. 482, διανοεῖτο — τὴν ἐκείνου ἧτταν ἀναμαχέσασθαι. Polyb. L. I, 55, σπουδάζων ἀναμαχέσασθαι τὴν γεγενημένην περιπέτειαν. Liban. Basil. pag. 133 D. ἀναμαχεῖσθαι δὲ τὴν πληγὴν, οὐδὲ ὄναρ ἐλπίζουσιν. Quae quidem ad verbi usum abunde erunt. Wess.

Pag. 55. *l.* 3. Ἐκ τῆς μέθης μεθύοντες) Rhodomanus in not. suarum Addend. *pro* μεθύοντες *lego interim* ἐγερθέντες· quod probum foret, si Codd. patronos haberet. Ego vero non damno penitus vulgatum. Dixit Oppianus Halieut. V, 228, ἔκ τ' ὀδυνάων θὴρ ὀλοὸς μεθύῃ· & S. Ioannes Apocal. c. XVII, 2, καὶ ἐμεθύσθησαν — ἐκ τοῦ οἴνου τῆς πορνείας αὐτῆς· tum γυναῖκα μεθύουσαν ἐκ τοῦ αἵματος τῶν ἁγίων, haud multa profecto varietatis dissimilitudine. Wess

Pag. 56. *l.* 9. Ἐξαπέστειλαν ἱππεῖς) Operosius haec Plut. in Dion. pag. 976 D. exponit. Wess.

ead. l. 11. Δοριάλωτον γινομένην) Sic infra L. XVIII, 46, & in Excerpt. Vales. p. 301, Euripid. Troas. v. 517, Synesius Encom. Calvit. p. 84 D. sed δορυάλωτον de Insom. pag. 148 C. & Demosthen. de Coron. p. 170, Aeschin. περὶ Παραπρ. pag. 32, Plut. T. II, pag. 295 C. quae scribendi discordia δορύκτητον & δορίκτητον quoque infestat. Vid. not. in L. XII, 83. Wess.

Pag. 57. *l.* 2. Διανύσας ὀξέως τὴν εἰς Συρακ.) Quaedam rei gestae ordinem illustrantia negliguntur ab auctore, ex Plut. Dion. p. 977 C. petenda. De Hexapylis diximus alias. Tu vide Ph. Cluver. Sic. Ant. Lib. I, p. 145. Wess.

Pag. 59. *l.* 3. Τοὺς μὲν ἐχθροὺς ἅπαντας ἀπέλυσε τῶν ἐγκλημάτων) Considera sis magnum viri animum, & mirare clementissimam lenitatem, qua Heraclidem & alios tractavit, apud Plut. Dion. pag. 979 A. Wess.

ead. l. 9. Κατὰ δὲ τὴν Ἑλλάδα &c.) Suo haec tempore narrantur. Sociale enim bellum Archontibus Agathocle & Elpinice potiſſimum fuit adminiſtratum. Dionyſius in Lyſia p. 87: οὗτος δὲ ὁ πόλεμος (ὁ συμμαχικὸς) πίπτει κατὰ Ἀγαθοκλέα καὶ Ἐλπινίκην ἄρχοντας. Wess.

ead. l. ult. Ἰφικράτην καὶ Τιμόθεον) Additi fuerunt Meneſtheo, cui belli eius curam Athenienſes impoſuerant. Corn. Nepos Timoth. c. 3: *Fit Meneſtheus praetor, filius Iphicratis, gener Timothei, &, ut ad bellum proficiſcatur, decernitur. Huic in conſilium dantur duo uſu ſapientiaque praeſtantes, pater & ſocer, quod in his tanta erat auctoritas, ut magna ſpes eſſet, amiſſa poſſe recuperari.* Idem docuerat Dionyſius in Dinarch. p. 119, niſi orationem incuria quaedam corrupiſſet. Subveniamus ſcriptori optimo, ſuumque illi reddamus. Sic editur: εἴρηται γὰρ ἐπὶ τοῦ στρατηγοῦ Τιμοθέου ζῶντος, κατὰ τὸν χρόνον τὸν τῆς μετὰ ΝΕΜΕΣΘΕΣΕΩΣ στρατηγίας, ἐφ' ᾗ τὰς εὐθύνας ὑποσχὼν ἑάλω. Tu mecum ΜΕΝΕΣΘΕΩΣ refinge, & felicem Sylburgii induſtriam ab vero longiſſime deflexiſſe, mirare. Wess.

Pag. 61. *l.* 4. Ἐπιμαρτυρόμενος τοῖς στρατιώταις) Etſi non oblitus ſim Paullini ex Ep. ad Galat. V, 3, μαρτύρομαι παντὶ ἀνθρώπῳ, mallem τοὺς στρατιώτας. Illud enim diverſum eſt. De re ipſa Corn. Nepos Timoth. c. 3. Wess.

ead. l. 7. Οἱ δ' Ἀθηναῖοι παροξυνθέντες) Iterum Nepos c. 3: *Ob eam rem in crimen vocabantur* (Iphicrates & Timotheus.) *Populus acer, ſuſpicax, mobilis, adverſarius, invidus etiam potentiae, domum revocat, accuſantur proditionis. Hoc iudicio damnatur Timotheus, liſque eius aeſtimatur centum talentis.* Cui de centum talentis aſſentitur Dinarchus Or. in Demoſth. pag. 92, ſed levi vitio deturpatus: ἀλλ' ἑκατὸν ταλάντοις ἐτιμήσατε, ὅτι χρήματ' αὐτὸς ἔφη παρὰ Χίων εἰληφέναι καὶ Ῥοδίων. Quid? ipſe ſe Timotheus detulit & repetundarum accuſavit? nugae; neque enim adeo famae & capitis ſui prodigus fuit. Dederat orator ὅτι χρήματ' αὐτὸν Ἀριστοφῶν ἔφη. Ariſtophon actor erat, criminatuſque eſt, Timotheum & Iphicratem pecunia corruptos rei gerendae occaſionem neglexiſſe. Docet Polyaenus Strateg. Lib. III, 9, 29, & clariſſime omnium Dinarchus ipſemet Or. in Ariſtogiton. p. 110, ubi verba, ut ea explevi, repetit. Porro Iphicrates, quem Diodorus in capitis hac cauſa damnatum fuiſſe ſignificat, abſolutus eſt, Polyaen. dict. loc. & Corn. Nep. in Iphicrat. cap. 3, cum Schotti nota, teſtificantibus. Wess.

ead. l. 13. Ἀρταβάζου γὰρ ἀποστάντος) Accufabor fortaffe temeritatis, qui receptam fcripturam mutare fuftinuerim, nihil Plethonem & veteres libros, in quibus Φαρνάβαζος, reveritus. Caufam accipe. *Artabazum* appellant omnes, Demofthenes in Ariftocrat. pag. 428, Polyaenus Lib. VII, 33, confundens tamen duos eiufdem nominis, auctor ipfe cap. 34. Eundem reperit fuo in Codice Ang. Cofpus, reftituendumque cenfuerunt viri doctiffimi Simfon. Chron. ad ann. 3649, & Barbeyrac. Hift. Foed. P. I, pag. 216. Denique pertritum librariis eft, Φαρνάβαζον & Ἀρτάβαζον, quod exemplis antea patefecimus, fcribendo permifcere. Quae tibi levia fi videbuntur, Φαρνάβαζον retine. Mihi alia mens, confilium aliud. Wess.

Pag. 62. *l.* 14. Διαμείνας ἔτη τρία) Et hoc recepi, Ang. Cofpo fideiuffore. Accedit ipfemet auctor c. 7, cum de *Sociali bello*, ὃς διέμεινεν ἔτη τρία· firmaturque rei ordine. Sufceptum eft bellum Cephifodoto Archonte, & geftum acriter, cum Agathocles & Elpinices Athenis praetores effent: fic Dionyfius in Lyfia pag. 85. Non itaque ultra triennium propagatum eft. Wess.

Pag. 63. *l.* 8. Μάρκον Φάβιον) In Faftis *C. Fabium* appellari, bene vidit Rhodomanus. Infpice Livium L. VII, 12. Wess.

ead. l. 10. Καὶ διέμεινεν ἔτη ἐννέα) Maluiffem ἔτη δέκα fcripfiffet, quemadmodum inferius c. 60. Bellum paullo conflatum citius, docente Paufan. L. X, 2, continuatum eft in continuos decem annos. Id praeter Paufaniam agnofcunt & palam profitentur Aefchines Or. in Ctefiph. p. 74, & Athenaeus L. XIII, p. 560 B. Wess.

ibid. Φιλόμηλος γὰρ ὁ Φωκεὺς) In Polyaeno Φιλόμηδος, quod Bongarfii monitu ad Iuftin. L. VIII, 1, merito in poftrema editione correctum eft. Plut. Timol. pag. 251 Φιλόδημον vocat, melius Φιλόμηλον T. II, p. 397 F. Εὔμηλος dicitur in fchol. ad Pindari Pythion. Od. IV, 7, nec fine vitio tamen. Wess.

Pag. 64. *l.* 3. Οἱ δὲ Φωκεῖς ἐπεργασάμενοι &c.) Iuftinus aliter Lib. VIII, 1: *Lacedaemoniis crimini datum, quod arcem Thebanam induciarum tempore occupaffent: Phocenfibus, quod Boeotiam depopulati effent.* Sed verior caufa, quam Diodorus affert. Paufanias quidem fibi non fatis liquere ait L. X, 2, cur mulctam Amphictyones Phocenfibus irrogarint, agri tamen Cirrhaei, de quo Demofthen. Or. de Coron. p. 165, Aefchin. in Ctefiph. p. 69, & Strabo L. IX, p. 641, a Pho-

censibus arati meminit, & mulctae eius nomine, c. 15 eiusdem libri, ὅτε Φωκεῦσιν (Ἀμφικτύονες) ἐπεργαζομένοις τοῦ θεοῦ τὴν χώραν ἐπέβαλλον χρημάτων ζημίαν. WESS.

ead. l. 7. Οἱ μὲν Ἱερομνήμονες) De his civitatium ad Amphictyonicum consessum legatis Aeschines Or. in Ctesiph. p. 69, Ulpianus ad Demost. de Coron. pag. 165, & Harpocration in Ἱερομνήμονες. Alius erant generis, de quibus Philosophus Polit. L. VI, 8. WESS.

Pag. 65. *l.* 10. Ἀφορμὰς ἔχειν ἀπέφαινε) Ita postulant manu exaratae schedae. Pausan. eadem in re L. X, 2, οὗτος οὖν ὁ Φιλόμηλος τήν τε ἔκτισιν αὐτοῖς ἀδύνατον ἀπέφηνε τῶν χρημάτων. WESS.

Pag. 66. *l.* 1. Αὐτὰρ Φωκήων) Non est de nihilo Φωκείων, quod Basileae vulgarunt. Duplici enim modo Homeri Il. B, 517, olim legebatur. Τὸ δὲ Φωκήων, Eustathius ait pag. 273, 41, διφορεῖται κατὰ τοὺς παλαιούς, οἵ φασιν ὅτι ἐν τῇ Ἀριστάρχου διχῶς φέρεται· Φωκείων διὰ διφθόγγου δηλαδή, καὶ Φωκήων διὰ τοῦ η. Secutus essem Basil. si ceteri Codd. suppetias ivissent. WESS.

Pag. 67. *l.* 3. Ὁ δ᾽ Ἀρχίδαμος ἀποδεξάμενος τὸν λόγον) Non ea tantum ex causa, quod res in publicum videretur utilis, sed ob privatum etiam lucrum, ni fallit Theopompus. Namque is in literas retulit, Phocensium principes & Archidamum & Dinicham eius uxorem, quo maritum perpelleret, ingentibus donis corrupisse, apud Pausan. L. III, 10. Quid eos dico? non reges tantum, sed & Ephori senatoresque Spartani idem in crimen raptabantur, potissimum tamen a Messeniis, eodem indice L. IV, 5. WESS.

ead. l. 11. Τούς τε Θρακίδας καλουμένους τῶν Δελφῶν) De caede constat ex Pausan. L. III, 10. *Thracidae* vero unde dicantur, & an sine vitio, decernere non audeo: sunt enim nusquam mihi, quod quidem meminerim, lecti. Videntur oraculi quidam administri fuisse, sive illi Φοίβου Δελφοὶ θέραπες in Ion. Euripidis v. 94. WESS.

ead. l. 15. Λοκροὶ μὲν οἱ πλησίον οἰκοῦντες) Amphissenses fortasse, quos LX ferme stadiorum intercapedo Delphis dissociabat apud Aeschin. in Ctesiph. p. 71. WESS.

Pag. 68. *l.* 4. Ἔκ τε τῶν στηλῶν ἐξέκοψε) Demosth. si tamen is auctor Or. in Neaer. pag. 740, καὶ ἠνάγκασαν αὐτοὺς ἐκκόψαντας τὰ ἐλεγεῖα· & Or. in Eubulid. p. 714, καὶ τὸ ψήφισμα ἐκκόψαντες, ὃ ἐμοὶ ἐψηφίσαντο οἱ δημόται· utrobique tamen libri veteres ἐκκολάψαντες, levi discrimine.

Adde Dion. Chryfoftom. Or. XXX, pag. 335 D. Wess.

ead. l. 12. Ἐψηφίσαντο βοηθεῖν τῷ μαντείῳ) Haud quidem iniuria Boeoti, fi alias odii caufas infuper habuiffent. Debebant ex iurisiurandi religione βοηθεῖν τῷ θεῷ καὶ χειρὶ, καὶ ποδὶ, καὶ πάσῃ δυνάμει. Sin fecus, imprecati fibi fuerant diras diriffimas, μήτε γῆν καρποὺς φέρειν, μήτε γυναῖκας τέκνα τίκτειν γονεῦσιν ἐοικότα, ἀλλὰ τέρατα — καὶ ἐξωλεῖς εἶναι καὶ αὐτοὺς, καὶ οἰκίας, καὶ τὸ γένος τὸ ἐκείνων, apud Aefchin. Orat. in Ctefiph. pag. 69, & περὶ Παραπρ. pag. 43. Wess.

ead. l. ult. Ἀναβιβάσας τοὺς μισθοὺς) Amat hoc genus auctor. Καὶ τὰς τιμὰς ἀναβιβάζοντες L. V, 10. Ἀναβιβάσας δὲ τοὺς στρατιωτικοὺς μισθοὺς &c. in Excerpt. Valef. pag. 266. Wess.

Pag. 69. *l.* 15. Ἀτάφους ῥίπτεσθαι τοὺς ἱεροσύλους) Vide H. Grotium de Iur. Belli & Pac. L. II, 19, 5. Athenis qui facrum legerat, capite luebat, & extra Atticae folum inhumabatur, Xenoph. Hellen. L. I, p. 351. Par alibi poena, ut ex Dion. Chryfoft. Or. XXX, p. 336 A. & Philone Iud. apud Eufeb. Praep. Ev. L. VIII, p. 392 D. cognofces. Wess.

Pag. 70. *l.* 13. Αἶξὶ μάλιστα χρηστηριάζονται) Erant, uti eleganter Clemens Alexandrinus Protrept. p. 11, συνέμποροι τῆσδε τῆς γοητείας ΑΙΓΕΣ, αἱ ἐπὶ μαντικὴν ἠσκημέναι. Dictum autem eft, ficut ὑσὶ μαντεύεσθαι, feu *caefis porcis oraculum petere*, apud Paufan. L. VI, 2, p. 455. Namque eorum effe folet χρηστηριάζεσθαι, qui fcifcitatum oracula veniunt. Infra L. XIX, 90, ἐν μὲν γὰρ Βραγχίδαις χρηστηριαζομένου αὐτοῦ, *cum in Branchidis oraculum confuleret.* Etiam Strabo L. IX, p. 616 B. τοὺς δὲ Πελασγοὺς, μένοντος ἔτι τοῦ πολέμου, χρηστηριαζομένους ἀπελθεῖν. Et de Trophonii antro p. 634 C. καταβαίνει δ' αὐτὸς ὁ χρηστηριαζόμενος· tum L. XVI, pag. 1105 B. καὶ ὁ χρηστηριαζόμενος ἦν τότε πολὺς, καὶ τρέχων εἰς μὲν Δωδώνην. Contra ea χρηστηριάζειν oraculi praefes, aut, numine eius plena, vates perhibetur. Sic de Apolline Strabo L. IX, p. 646 B. καὶ ἐσωφρόνιζε τοῖς μὲν ΧΡΗΣΤΗΡΙΑΖΩΝ, καὶ τὰ μὲν ἐπιτάττων, τὰ δὲ ἀπαγορεύων. Mox vero Nofter lege fancitum fuiffe tradit, μηκέτι παρθένον ΧΡΗΣΤΗΡΙΑΖΕΙΝ· quam quidem, mala fi fide oraculum redderet, παραχρηστηριάζειν ferebant, ficuti Dodonaei Iovis antiftitam Pelafgi apud Strabon. L. IX, p. 616 C. Ufum parili modo χρᾶν & χρήσασθαι diftinguere, notum eft. Itaque tranfeo. Wess.

ead. l. 15. Ὄντος χάσματος ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ) Descripsit haec Schol. ad Aristophanis Plut. v. 9. De capris & caprario, cui nomen Coretae, quaedam Plut. de Orac. Defect. p. 433 D. sicuti de profundo terrae foramine, quod in oracula patebat, Iustin. L. XXIV, 16. Wess.

ead. l. ult. Καὶ περὶ τοῦτο γενομένων) Rhodomanus νεμομένων, satis eleganter. Solet tamen auctor vulgatum eo usu terere, ut esse atque aliqua in re versari exprimat. Vid. not. in L. XI, 75, & XIV, 26. Wess.

Pag. 71. *l.* 13. Καὶ νομισθῆναι τῆς Γῆς εἶναι τὸ χρηστήριον) Oraculi possessio non eadem semper. Primas plerique omnes dant Terrae matri, Plut. de Pyth. Orac. p. 402 D. Aelian. Hist. Var. L. III, 1, quam propterea τὴν πρωτόμαντιν Γαῖαν Aeschyl. princip. Eumenid. vocat: Telluri tamen socium adiungit Pausan. Neptunum, Lib. X, 5, p. 809; sed Terra tandem iure suo concessit, idque universum Themidi transcripsit, illa vero Apollini, aut, si Aeschylum audire malueris, Phoebae, quae id tandem Apollini in solidum condonavit:

—— δίδωσιν δ' ἣ γενέθλιον δόσιν
Φοίβῳ. τὸ Φοίβης δ' ὄνομ' ἔχει παρώνυμον.

Hae veteratoribus olim artes, ut indoctam plebeculam pascerent, & oraculi originem quam antiquissimam facerent. Wess.

Pag. 72. *l.* 4. Προφῆτίν τε μίαν πᾶσι καταστῆσαι γυναῖκα) Ita valuit primis & ultimis oraculi temporibus. At florentibus Graeciae rebus, & credula superstitione consultores Delphos compellente, duae fuerunt, quae & tertiam sibi vicariam, si sciscitantium frequentia expostularet, adsciscebant. Plutarchus de Orac. Defect. p. 414 B. ἐπεὶ δὲ τῷ θεῷ δόξαν οὕτως, ἥτε Ἕλλας ἐῤῥώσθη πόλεσι, καὶ τὸ χωρίον ἀνθρώποις ἐπλήθυε, ΔΥΣΙΝ ἐχρῶντο ΠΡΟΦΗΤΙΣΙΝ ἐν μέρει καθιεμέναις, καὶ ΤΡΙΤΗ δ' ΕΦΕΔΡΟΣ ἦν ἀποδεδειγμένη· νῦν δ' ἐστὶ μία ΠΡΟΦΗΤΙΣ, καὶ οὐκ ἐγκαλοῦμεν. ἐξαρκεῖ γὰρ αὐτὴ τοῖς δεομένοις. Ceterum omnium prima fuisse perhibetur *Phemonoë*, de qua Clemens Strom. L. I, p. 383; quam quidem insecutae plerumque capiebantur ἐξ οἰκίας γεωργῶν πενήτων, quippe impostorum artibus habiliores, apud Plut. de Pyth. Orac. p. 405 C. Wess.

ead. l. 9. Ἀφ' ὧν αὐτὴν τρίποδα κληθῆναι) Athen. L. II, pag. 38 B. τρίποδα δὲ τὴν ὑπόβασιν ἔχοντες, ΤΡΙΠΟΔΕΣ ὠνομάζοντο. Pythias eum insidebat, & ἐγκύμων σῆς δαιμονίου

δυνάμεως, uti Longinus ait, oracula fundebat. Euripides Ion. v. 91:

Θάσσει δὲ γυνὴ τρίποδα ζάθεον
Δελφὶς, ἀείδουσ' Ἕλλησι βοὰς
Ἃς ἂν Ἀπόλλων κελαδήσῃ.

Plura non addo. Vide Langbaen. in Longin. sect. XIII, pag. 97, Davisium ad Max. Tyrium Diss. XIV, p. 547, & de tripode eiusque figura Ez. Spanhem. ad Callim. H. Del. v. 90, p. 384, Schottum Explicat. Apotheos. Homer. p. 80; denique de cortinis, ad exemplum Delphici tripodis dedicari solitis, Is. Casaubon. in Sueton. Aug. c. 52. WESS.

Pag. 73. *l.* 7. Μηκέτι παρθένον χρηστηριάζειν) Consuetudinem respicit Aelianus de Animal. L. XI, 10: Μάντις τε ἦν ἄρα ἀγαθὸς ὁ Ἆπις, οὐ καθίζων, μὰ Δία, κόρας, ἢ πρεσβυτέρας γυναῖκας ἐπί τινων τριπόδων. Et Plutarchus Num. p. 66 B. οὐ παρθένοι, γυναῖκες δὲ πεπαυμέναι γάμων, ἔχουσι τὴν ἐπιμέλειαν, ignis videlicet, qui perpetuus Delphis & Athenis servabatur. Tametsi autem vetula esset, dabatur studiosissime opera, ut ἁγνὴ διὰ βίου καὶ καθαρεύουσα perseveraret, Plut. Orac. Defect. p. 435 D. Porro simili ex causa Arcades sacerdotem Hymniae Dianae, quae virgo esse debebat, nuptam mulierem esse iusserunt, ὁμιλίας ἀνδρῶν ἀποχρώντως ἔχουσαν, Pausan. L. VIII, 5, p. 609. Haud illi quidem imprudenter. Oves lupis committere, nemo prudens instituat. Et fieri tamen persaepe solet. WESS.

ead. l. 9. Ὑπομνήματι τῆς παλαιᾶς προφήτιδος) Optime Reg. 1. Pythiae sollemnis hic titulus. Ἡ ἐν Δελφοῖς προφῆτις, αἱ πάλαι προφήτιδες, Noster L. XIV, 13, & hoc cap. Plut. T. II, p. 397, Iamblichus de Myster. Sect. III, 11, pag. 73, alii. Vulgatum προφητείας loci sententiae tenebras obducebat. WESS.

ead. l. 11. Ἡμεῖς δ' ἐπανάξομεν) Rhodomanus genuinum esse censuit ἐπανήξομεν· cui etsi obviam ire nolim, videndum tamen, possitne salvum esse, quod scripti Codd. prae se ferunt. Fac subintelligendum reliquisse auctorem τὸν λόγον, quid tandem ad plenam orationem magnopere desiderabitur? WESS.

ead. l. 15. Ὅτι ταῦτά ἐστι τὰ πάτρια) Ant. van Dale, cum hunc locum Differt. I de Oracul. p. 137, exscriptum dedisset, videri sibi defectum & lacerum significavit; neque iniuria, ut ego quidem arbitror. Minae, quas Pythiae ob responsum illud intentavit Philomelus, id illi gratum non ac-

cidiſſe, patefaciunt. Puto negandi particulam excidiſſe, rogantique vatem dixiſſe, non haec eſſe patrii moris. Imperat Philomelus, ut ſtatim e tripode vaticinetur. Atqui non licebat id quovis tempore, ſed ſtatis diebus, & olim quidem ſolo menſe, quem Byſium Delphi appellabant, Calliſthene & Anaxandride auctoribus in Quaeſt. Graec. Plutarchi p. 292 F. ſeriore tempeſtate ἅπαξ ἑκάστου μηνὸς, ſive ſingulis menſibus ſemel, eodem teſte Plut. de Pyth. Orac. p. 398 A. Opus praeterea multo erat ambitu, mactandaeque victimae, quae tum demum litabant, ubi toto corpore contremiſcerent. Ἐὰν γὰρ μὴ τοῦτο γένηται, τὸ μαντεῖον οὐ φασὶ χρηματίζειν, οὐδ' εἰσάγουσι τὴν Πυθίαν, iterum Plutarch. de Orac. Def. p. 435 C. Horum aliquid ſi fuerit neglectum, iurene Pythias οὐκ εἶναι ταῦτα πάτρια dixerit? Mecum ſentit in not. Addend. Rhodomanus, qui ταῦτά ἐστι παρὰ τὰ πάτρια, vel ὅτι ταῦτα οὐκ ἐστὶ τὰ πάτρια, ſe malle teſtatus eſt. WESS.

Pag. 74. *l.* 13. Τὰς τρεφομένας ἐν τῷ ἱερῷ) Forte eas reſpicit apud Euripidem cognominis fabulae v. 172 Ion:

Ἐὰ, Ἐὰ, τίς ὅδ' ὀρνίθων καινὸς προσέβα;
Μῶν ὑπὸ θριγκοὺς, εὐναίας
Καρφυρὰς θήσων τέκνοις;

Sic lege. Nam καρφηρὰς, quod ſedem eam invaſit, ineptum eſt, ſicuti & ea, quae Burdelot. notavit ad Heliodor. p. 16. Melius G. Arnaldus Lect. Graec. L. I, 11, p. 76, ex Heſychio in Καρφυλαί. Ion vero, ut ad eum redeam, hoc praeter cetera miniſterii obibat, ut a donariis, ne ab avibus inquinarentur, eas arceret: unde

—— πτηνῶν τ' ἀγέλας,
Αἳ βλάπτουσιν
Σέμν' ἀναθήματα, τόξοισιν ἐμοῖς
Φυγάδας θήσομεν.

verſ. 106 inquit. WESS.

Pag. 75. *l.* 12. Καὶ τόν τε σταθμὸν καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀναθημάτων) Liquet hinc, quod & aliunde conſtat, donariis ſingula pondera fuiſſe inſcripta, eorundemque numerum, quo quaeque loco in theſauris erant repoſita, tabulis inſertum. Rem illuſtrabit Herodotus L. I, 5, & vetus monumentum inter Antiq. Aſiat. Edm. Chishull. p. 69 &c. WESS.

Pag. 76. *l.* 7. Γαῖον Μάρκιον &c.) Conf. Livium L. VII, 15. WESS.

Pag. 77. *l.* 3. Περὶ τὰς Φαιδριάδας καλουμένας πέτρας)

De Aesopo Suidas in Αἴσωπος & Φαιδριὰς, perisse eum perhibent κατακρημνισθέντα ἀπὸ τῶν Φαιδριάδων καλουμένων πετρῶν· quae eadem saxa. Plutarchus fabulatorem eum praecipitem ex rupe, cui *Hyampiae* nomen erat, actum refert T. II, p. 557, insuper addens, Delphos, cum poenas Aesopo dedissent, sacrilegorum supplicium ἐπὶ τὴν Ναυπλίαν ἀπὸ τῆς Ὑαμπείας transtulisse; qua re suspicionem movit G. Cupero Obs. L. IV, 4, petras illas communi nomine *Phaedriadas* fuisse vocatas, & eam quidem non absurdam, incertam tamen. Id constat, saxum illud, unde sacrilegos deiiciebant, prope Delphorum urbem fuisse. Οὐ πάνυ πόῤῥω τῆς πόλεως εἶναι λέγεται ἡ πέτρα Lucian. Phal. I, 6; quorum si recordatus fuisset Iac. Palmer. Graec. Ant. L. VI, 11, citra dubium esse pronuntiasset, quod coniectando divinabat. WESS.

Pag. 78. *l.* 6. Βοηθεῖν ἔγνωσαν Βοιωτοὶ καὶ Λοκροὶ &c.) Quotquot concilii Amphictyonici participes erant, iurisiurandi quadam religione opem hanc templo debebant. Populi erant XII, qui in concilium coibant: Thessali, Boeoti, Dores, Iones, Perrhaebi, Dolopes, Magnetes, Locri, Oetaei, Phthiotae, Malienses, Phocenses, in Aeschin. Or. περὶ Παραπρ. 43. Aliter paullo Pausan. L. X, 8, aliterque Libanius T. II, p. 694 A. & Harpocration in Ἀμφικτύονες, sed levi discrimine, ac propterea nato, quod generaliore nomine nonnunquam alii contineantur, monente Prideaux ad Marm. Oxon. pag. 123. Pleraeque, ut Nostri catalogus innuit, gentes templo suppetias venerunt, cum Phocensibus ex Ionibus adessent Athenienses, atque ex Doribus Lacedaemonii: ceteri enim Dores, qui ad Pindum accolebant, Apollini auxilium haud negarunt. Mox Ἀχαιοὶ Φθιῶται sine copula verum est, uti apud Strabon. L. VIII, pag. 561, Libanium, Harpocrat. dictis loc. Nostrum L. XV, 80. Bene ergo Cospus. WESS.

ead. l. 10. Συνεμάχουν Ἀθηναῖοι) Tabulas foederis recitavit Demosthen. Or. περὶ Παραπρ. pag. 211, conficitque, Phocensibus & Atheniensibus mutuam fuisse φιλίαν, συμμαχίαν καὶ βοήθειαν. WESS.

ead. l. 11. Καί τινες ἕτεροι) Tolle haec verba, quippe imprudenter ex praecedentibus repetita. WESS.

Pag. 79. *l.* 3. Τὸν ὡρισμένον ἐκ τῶν νόμων καιρὸν) Suas sibi leges Amphictyonicum habebat concilium, quas Amphictyon aut certe Acrisius rogasse ferebatur: νόμους καταστησάμενος ἔξω τῶν ἰδίων, οὓς ἑκάστη πόλις εἶχε, τοὺς κοινοὺς

ἅπασιν, οὓς καλοῦσιν Ἀμφικτυονικούς, Dionyſius Halicarnaſſeus R. Ant. L. IV, p. 229. Wess.

Pag. 80. *l.* 5. Καὶ συλᾷν τὸ μαντεῖον) Conf. Pauſan. Lib. X, 8, pag. 817, Athen. L. XIII, p. 605 C. Polyaen. Strateg. L. V, 45. Wess.

Pag. 81. *l.* 8. Περὶ λόφον Ἀργόλαν ὀνομαζόμενον) Collem *Argolam* alibi legere non recordor. Etymologus & Suidas ſerpentes Ἀργόλας habent, ſed fabuloſos, quorum originem optime mihi explicaſſe videtur S. Bochartus Hierozoic. P. II, Lib. IV, 2, p. 449. Wess.

Pag. 82. *l.* 3. Θανάτῳ κολάζουσιν) Vide not. c. 25. Wess.

ead. l. 9. Ἀνήγαγον) Poſitum eſt loco ἀπήγαγον, quod de captivis & in carcerem ac ſupplicium ductis multo tritius. Vid. Deſid. Heraldum Adverſ. L. I, 11. Porro in ἐποίησε μεταθέσθαι τῆς — τιμωρίας praepoſitio ſubintelligenda: ceteroqui caſus quartus fuiſſet ex uſu magis. Wess.

Pag. 83. *l.* 6. Ἑαυτὸν κατεκρήμνισε) Pugnato adverſo ad urbem Neonem, qua de Iac. Palmer. Graec. Ant. Lib. VI, 11, proelio, victus Philomelus ex praerupto, in quod fugerat, ſaxo ſeſe praecipitem dedit. Ὁ Φιλόμηλος ῥίπτει τε ἑαυτὸν ἐν τῇ φυγῇ κατὰ ὑψηλοῦ καὶ ἀποτόμου κρημνοῦ, καὶ ἀφίησιν οὕτω τὴν ψυχήν, Pauſan. L. X, 2, p. 802. Meminit etiam Philo Iud. ſed rupta petra deiectum fuiſſe ſacrilegum, τὸν μὲν γὰρ (Φιλόμηλον) διὰ λόφου τραχέως καὶ λιθώδους, ῥαγείσης τῆς πέτρας κατακρημνισθῆναί τε καὶ καταλευσθῆναι, apud Euſeb. Praep. Evang. L. VIII, 14, p. 392 D. Wess.

ead. l. 9. Ὀνόμαρχος) Philomeli frater, ut docetur inferius c. 62. Wess.

ead. l. 12. Μεθώνην μὲν ἐκπολιορκήσας) Serius contigit, ſi non fallit ipſemet auctor c. 34. *Methonen* tamen ante Pagaſas occupatam collocat Demoſthen. Olynth. I, p. 4. Wess.

ead. l. 13. Παγὰς δὲ χειρωσάμενος) Fuiſſe puto Παγασὰς, quam urbem a Philippo armis domitam ac ditioni ſubditam ex Diodoro perhibet Gemiſt. Pletho. Nec diſſentit Demoſthenes Olynth. I, & II, pag. 13. *Pagae*, quod quidem ſciam, nullae hoc erant tractu. Wess.

ead. l. ult. Ἄρξας ἔτη τεσσαράκοντα) Vid. not. in L. XIV, 96. Dio Chryſoſt. illis regibus Leuconem accenſet, qui vitae moderato inſtituto aevum ultimam in ſenectutem extenderunt, Or. II, pag. 35 D. Fuiſſe vero anno ſuperiore ſuperſtitem, ex Demoſthen. Or. in Leptin. p. 285, quam Archonte Calliſtrato recitatam ex Dionyſio novimus, cer-

ta claraque res eſt: non item, Leuconem eundem eſſe, de quo Ovidius Ib. v. 311. De Spartaco in Diſſert. de Boſpori reg. p. 57 P. E. Souciet. WESS.

Pag. 84. *l.* 2. Πρὸς Φαλίσκους) Adi Livium L. VII, 16. WESS.

ead. l. 6. Ὑπὸ Ζακυνθίων τῶν μισθοφόρων) Nimis brevi ſermone extremis viri praeſtantiſſimi geſtis auctor defungitur. Copioſius Cor. Nepos Dion. c. 9, & Plut. Dion. pag. 983. Callippus, qui Nepoti Callicrates, homo & callidus & ad fraudem acutus, ſed ſine ulla religione & fide, domo Athenienſis, in breve tempus Syracuſis principatum obtinuit, dein eodem gladio, quo amicum Dionem confecerat, iugulatus, teſte ibidem Plutarcho, & de Sera Num. Vind. p. 553 D. cui iunge Platonem Epiſt. VII, p. 334, & Athen. L. XI, p. 508 F. WESS.

ead. l. 9. Εὐδήμου) Dionyſius Epiſt. ad Amm. p. 121, ἐπὶ Θεοδήμου τοῦ μετὰ Διότιμον ἄρξαντος. Sed melius, quod & Sylb. advertit, in Dinarch. p. 115. WESS.

ead. l. 10. Μάρκον Πόπλιον) Scribe Ποπίλιον. RHOD. Μάρκον Ποπίλλιον) Refingo id nomen, tum quod exemplum praebeat Coſpus, haud multum a recto recedens, tum quod res ſit aperta, atque inter Πόπλιον & Ποπίλλιον non magnum diſcrimen. WESS.

Pag. 85. *l.* 4. Πρὸς τὴν εἰρήνην ἔῤῥεπον) Sequor meliores ſchedas. Aeſchylus VII C. Theb. v. 21, καὶ νῦν μὲν ἐς τόδ' ἦμαρ εὖ ῥέπει θεός. Diodorus L. XII, 9, τὸ μὲν πρῶτον ἔῤῥεπε — τὸ πλῆθος πρὸς τὴν ἀπόδοσιν. Et L. XIII, 53, οἱ μὲν ἐπιεικέστατοι τῶν Ἀθηναίων ἔῤῥεπον — πρὸς τὴν εἰρήνην. WESS.

ead. l. 6. Περιεβλέποντο) Scaliger & Voſſius περιέβλεπον· quod multo certe tritius eſt. WESS.

ead. l. 15. Παρώξυνε τηρεῖν τὴν ὑπόστασιν) Illuſtrat hoc genus Iſ. Caſaubonus ad Polyb. L. I, p. 111 ed. Gron. WESS.

Pag. 86. *l.* 9. Ὃν ἀνέθηκαν — οἱ Ἀμφικτύονες) Coloſſum hunc reperire non memini. Habet Pauſanias duo Apollinis ſigna, ab Amphictyonibus ex mulctatitio Phocenſium aere dedicata L. X, 15. WESS.

ead. l. 14. Διὰ τὸ τοὺς Ἀμφικτύονας &c.) Hic mendum eſſe non abs re ſuſpiceris, cum ſyntaxis non conſtet. Aut enim aliquid deſideratur, quod accuſativo Ἀμφικτύονας reſpondens ſententiam abſolvat; aut aliquid mutandum. Quid ergo? Si τὸ poſt διὰ in γὰρ vertas hoc ſenſu: *Nam cum propter Amphictyones, a multatione in templum nefarie deliquiſſent,*

& propterea novae obnoxii mulctae essent &c. RHOD. De mendo dubium esse non potest: medicina non admodum placet. Puto post τῶν Φωκέων, quod in sequente oratione idem repeteretur vocabulum, pauca excidisse, quae τὸν κολοττὸν ἀνατεθεικέναι, καὶ πάλιν τῶν Φωκέων εἰς τὸ ἱερὸν &c. an alia fuerint, non temere decrevero. Id in confesso est, hoc vitii genere nihil esse frequentius. WESS.

Pag. 87. *l.* 14. Θρόνιον μὲν ἐκπολιορκήσας) Gemist. Pletho, Θρόνιον μὲν τῆς Ὀπουντίας Λοκρίδος ἐκπολιορκήσας ἐξηνδραποδίσατο. Ἀμφισσέας δὲ τῆς ἑτέρας Λοκρίδος καταπληξάμενος ὑπέταξεν ἑαυτῷ, errans in *Thronii* vero situ, qui in Locris Epicnemidiis, sicuti *Amphissae* in Ozolis. Vid. Iac. Palmer. Graec. Antiq. L. V, 2 & 5. WESS.

Pag. 88. *l.* 6. Ἀρτάβαζος, ἀποστάτης ὢν &c.) Vid. supr. c. 22. WESS.

ead. l. 12. Οἱ δὲ Παμμένη στρατηγὸν ἑλόμενοι) Idem est, de quo Polyaen. Strat. Lib. V, 16, & Frontin. L. II, 3, 3, cum nota Oudendorpii. Nec diversum puto Pammenem in Plutarch. Sympos. Lib. I, pag. 618 D. quae enim de eo praedicantur, in hominem optime congruunt, ob amores, & Philippi quidem, non bene audientem in Libanii Or. in Aeschin. p. 702 D. & T. I, p. 106 A. ubi si scripseris ἀλλ᾽ ἔμενεν αὐτοῦ (Φίλιππος) Παμμένους ἐρώμενος καὶ νέος ἐραστής, hians antea ac defecta oratio decurret recto tramite. WESS.

Pag. 89. *l.* 7. Περὶ πόλιν Ὀρνεὰς) Conf. L. XII, 81. WESS.

ead. l. 15. Πλὴν Καρδίας) Cardianorum urbem, loco opportuno atque ipso in aditu Chersonesi positam, sibi retinuit, indignante Oratore Or. adv. Aristocrat. p. 432, & Or. extrema de Pac. p. 43. Ipsi Cardiani, cum tractus eius urbes Atheniensium colonos admitterent, eos excluserunt, λέγοντες ἰδίαν χώραν οἰκεῖν καὶ οὐκ Ἀθηναίων in Libanii Argum. Or. Demosthen. de Rebus in Cherson. ubi ductu Diopithis, patris Menandri poëtae, colonos hos eam in regionem deductos ostendit. Ἦν μὲν γὰρ, inquit, Χεῤῥόνησος, ἡ πρὸς Θρᾴκην, τῶν Ἀθηναίων κτῆμα ἀρχαῖον. εἰς δὲ ταύτην ἀπέστειλαν κατὰ τοὺς Φιλίππου καιροὺς κληρούχους ἑαυτῶν &c. De Cersoblepte Cotyis filio, Atheniensium amico, idem Libanius T. II, p. 687 C. WESS.

Pag. 90. *l.* 3. Ἔπειτα κατισχυόμενοι) Vid. Polyaen. Lib. IV, 2, 15. Mox ἔχοντας ἓν ἱμάτιον ἕκαστον offensioni esse non debet. S. Lucas A. A. c. 2, 6, ἤκουον εἷς ἕκαστος· tum πῶς ἡμεῖς ἀκούομεν εἷς ἕκαστος; S. Paullus Ep. ad Philipp. c.

2, 4, μὴ τὰ ἑαυτῶν ἕκαστος σκοπεῖτε. Ioseph. Prooem. sect. 11 Bel. Iud. καὶ εἰς ἣν ἕκαστος τύχην διενεμήθησαν. Sic enim Codd. scripti. Longinus περὶ Ὕψ. sect. ult. p. 240, ἕκαστος πρὸς τῆς ἑαυτοῦ ἠνδραποδισμένοι. Placet & Latinis. Virgil. Aen. XII, 552, *Pro se quisque ruunt.* Vide N. Heinsium & P. Burman. ad Ovid. Metam. V, 212. Wess.

ead. l. 7. Συνέβη τὸν Φίλιππον εἰς τὸν ὀφθαλμὸν πληγέντα &c.) Inflicti vulneris auctor *Aster* notissimus est ex Suida in Κάρανος, Ulpiano ad Olynth. III, p. 21, Luciano inprimis de Conscrib. Histor. c. 38, quem tamen inconsiderantia aberrantem in viam reduxit Iac. Palmer. Exercit. p. 557. Ob eam vero debilitatem Demosthenes satis criminose Philippum τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένον, τὴν κλεῖν κατεαγότα, τὴν χεῖρα, τὸ σκέλος πεπηρωμένον, traducit & taxat Or. pro Coron. pag. 146. At multo asperius & vehementius Libanius T. I, pag. 107 D. καὶ μὴν καὶ τὸ σῶμα τοιοῦτος, οἷον ἄν τις ἰδὼν οἰωνίσαιτο. χωλεύων, τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένος, πολλὰ τῶν μελῶν πεπηρωμένος. Talem enim describit, quem quis ut naturae ludibrium malique ominis occurrentem aversatur. Mutuatus est colorem ex Demosthenis illo loco, & altero Or. I in Aristogit. pag. 492, ὁ λοιμός. ὃν οἰωνίσαιτ' ἄν τις μᾶλλον ἰδὼν, ἢ προσειπεῖν βούλοιτο. Morellus, interpres Libanii, antiquum obtinet. Wess.

ead. l. 12. Πρὸς Λυκόφρονα τὸν Φερῶν τύραννον) Conf. ad c. 14. Wess.

Pag. 92. *l.* 10. Καὶ τυχικῶς παραπλέοντος τοῦ Ἀθηναίου Χάρητος &c.) Haec non quadrant nec secum, nec cum anterioribus, nec cum sequentibus. Nam ex his verbis videtur caussam occisionis Phocensium praesentiae navium Atheniensium tribuere: at contra est. Nam Athenienses rebus Phocensium favebant quam maxime: dixit enim supra, τοῖς δὲ Φωκεῦσι συνεμάχουν Ἀθηναῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι· & infra etiam hac eadem pag. dum recenset eos, qui in auxilium Phocensium copias miserunt, ait, Ἀθηναῖοι δὲ πεζοὺς μὲν πεντακοσίους, ἱππεῖς δὲ τετρακοσίους. Tum etiam Pausanias nos docet, quomodo Onomarchus perierit, in Phoc. c. 2, Ὀνόμαρχος γὰρ φεύγων καὶ ἐπὶ θάλασσαν ἀφικόμενος ἐνταῦθα ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν κατηκοντίσθη τῶν οἰκείων· quod intelligo, non ut a suis proditus, sed in turba enatare conantium: & Philippus non ipsum Onomarchum, sed Onomarchi cadaver, cruci suspensum affixit. Ita videtur deesse aliquid in Diodori textu inter Ὀνόμαρχος & τέλος δὲ τῶν Φωκέων, & est procul dubio

imperfecta narratio & textus hiulcus. Sed apud Pausaniam pro κατηκοντίσθη lego κατεποντίσθη, quod multo melius. Nam quando hoc loco ait Diodorus, Onomarchum in turba suorum enatare ad triremes Atheniensium conatum esse, quomodo ab iis, qui secum enatabant, & arma sua proiecerant, confixus fuisset iaculis? PALM. Aberrat, pace eius dictum sit, vir doctissimus a mente scriptoris, cuius oratio defecta non est. Erant sane Athenienses Phocensium amici & adiutores, & soli quidem ex universa Graecia hoc tempore, si verum dicit Demosthen. Or. περὶ Παραπρ. p. 267. Quare eorum cum forte classis praeternavigaret, pressi adverso proelio ad mare citi pergunt, nando, si possent, ad naves evasuri. Instante vero & urgente Philippo, conficiuntur conductitii milites iaculis, & inter eos Onomarchus, dux & signifer. Haec auctoris sententia, cui si tu opponas Pausaniam, nihil profecto promoveris: diffidet enim a Diodoro, cum Onomarchum a suis transfixum ait, quod in eiusmodi rebus haud praeter morem accidit. Ecce tibi, ne longius abeam, Philonem Iud. de Onomarcho apud Euseb. Praep. Evang. L. VIII, pag. 392 D. τὸν δὲ ('Ορόμαρχον) ἀφηνιάσαντος τοῦ κομίζοντος ἵππου καὶ μέχρι θαλάσσης καταβάντος, ἐπιδραμόντος τοῦ πελάγους, εἰς ἀχανῆ βυθὸν αὐτῷ ζώῳ καταδῦναι. Nihil de proelio, de fuga, nihil de iaculis: sed ab equo excussis habenis ad mare delatum, exundantibusque fluctibus raptum, atque una cum equo in voraginem pessum ivisse. Putes eum quidem κατεποντίσθη, quae Palmerii suspicio in Pausania, stabilire; at secus habet. Aliud ille, Pausanias aliud sectatus est. Mitto nunc, Pausaniae patrocinio esse Diodorum huius libri c. 62, ubi Onomarchus κατακοπεὶς ἐσταυρώθη. WESS.

Pag. 93. *l.* 2. Τοὺς δ' ἄλλους ἱεροσύλους κατεπόντισε) Ἐφῆκεν ἐλλοῖς Ἰχθῦσι διαφθορὰν Sophocles Aiac. v. 1316. Frequens olim supplicium, quo reos oneratis gravi pondere cervicibus in flumen aut mare praecipitabant. Ὅταν γὰρ κατεπόντουν τινὰς, βάρος ἀπὸ τῶν τραχήλων ἐκρέμων Schol. ad Aristoph. Equit. v. 1360. Sic Turnus *novo leti genere deiectus ad caput aquae Ferentinae, crate superne iniecta, saxisque ingestis mergitur,* apud Livium L. I, 51, & in S. Matth. Evang. c. XVIII, 6, ἵνα κρεμασθῇ μύλος ὀνικὸς ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ καὶ καταποντισθῇ ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης. Notavit aliqua Potterus ad Lycophron. v. 239; sed melius If. Casaubonus in Suet. Aug. c. 67. Ceterum inter legitimas sacri-

legorum poenas & καταποντισμὸς censebatur. Philo Iud. νόμου κειμένου, τὸν ἱερόσυλον κατακρημνίζεσθαι, ἢ καταποντοῦσθαι, ἢ καταπίμπρασθαι, dicto apud Euseb. loco, cui de ignis supplicio consentit Lucian. de Peregrini mort. c. 24. Wess.

ead. l. 11. Μαύσωλος ὁ Καρίας δυνάστης ἐτελεύτησεν) Decessisse Mausolum circa hoc tempus, ex Demosth. Or. de Rhod. Liber. pag. 117, quam Thessalo Archonte recitavit, conficias. Quod ergo extrema Or. de Pac. dicit, ἐῶμεν τὸν Κᾶρα τὰς νήσους καταλαμβάνειν, non hunc, sed Idrieum designat. Serius enim ea peroravit, Archonte Athenis Sosigene, uti ex Dionysii ad Amm. Epist. notum. Wess.

ead. l. 14. Διονυσίων ὄντων ἐπὶ θέαν βαδίζων ἀνῃρέθη) Memnon apud Phot. Biblioth. Cod. ccxxiv, p. 705, ἔθυε μὲν γὰρ δημοτελῆ θυσίαν ὁ τύραννος. Bacchanalia fuisse, ultima ostendit Chionis Epistola inter Graecan. p. 35, qua Platoni, certum sibi esse Bacchanalibus tyrannum aggredi, perscribit. Adde Iustin. Lib. XVI, 5, qui quoque Satirum illi sufficit. Wess.

ead. l. 15. Τὴν δὲ ἀρχὴν διαδεξάμενος ὁ υἱὸς Τιμόθεος) Successit Timotheus, nec statim tamen. Clearcho enim interfecto Heracleae & tyrannidis curam capessivit Satirus, illius frater, Timothei patruus & tutor, homo immanis & crudelitate supra Clearchum, quem Diodorus neglexisse videtur, quod Timothei nomine Heracleae praeesset. Timotheus ipse vir leni fuit animo, crudelitatemque exosus civibus sese probavit. Vid. Isocratis ad eum Epistol. p. 624, & Memnonem c. 3 & 4. Wess.

Pag. 94. *l.* 2. Καὶ μέχρι τοῦ Τιβέρεως) Tangit Etruscum id bellum Livius L. VII, 17. Wess.

ead. l. 6. Ἱππαρίνου τοῦ Διονυσίου καταπλεύσαντος) Emenda τοῦ Δίωνος ex Plutarcho in Dione p. 972 A. Repetitum est in nepote avi nomen: nam Dion fuit Hipparini filius. Palm. Cave audias, tametsi viro doctissimo faveat Cospus. Dionis enim filio Hipparino locus hic esse non potest, qui, postquam in patriam rediit pater, cum a pristino victu, quem flagitiosissimum sectabatur, abduci nollet, se de superiore parte aedium deiecerat, atque ita interierat, auctore Nepote in Dion. c. 4. Commodissimus vero Hipparino Dionysii filio, Dionysii iunioris germano, quem ipsemet auctor huius libri c. 6, & Plato Epist. VIII, p. 357 C. memorant, & quem Theopompus, occupata tyrannide, ebrium tradit confossum in Athen. L. X, 10, p. 436 A. Cogitasset

vir praestantissimus, πατρῴαν δυναστείαν, ut Noster ait, Hipparinum illum recuperasse, Eusebiumque in Chron. auctori consentire, & Dionis Hipparinum missum fecisset. Porro viam & modum, quibus ad Syracusanae urbis dominationem grassatus est, persequitur Polyaen. Strat. Lib. V, 4. Wess.

ead. l. 11. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθην. Ἀριστοδήμου) Hoc praetore Athenienses insulam Samum colonis suis descripserunt, Philochoro teste in Dionysii Dinarcho pag. 118. Praeterea stadii victor Eusebio Μικρίνας, sicuti in Steph. margine, dicitur, levi vel nullo discrimine. Quid enim σμάραγδος, μάραγδος, σμήρινθος, μήρινθος, σμικρὸς, μικρὸς, nisi dialecto, discrepant? Wess.

Pag. 95. *l.* 5. Ἀναίδην χρώμενος) Vulgatum retineant, quibus placere poterit: mihi ἀνέδην Diodori videtur. Vitium peperit soni vicinia, etiam in his Musonii apud Io. Stob. Tit. CXVI, pag. 595, Ἵππος ἐσθίων μὲν καὶ πίνων καὶ ὀχεύων ἀναίδην. Et Eusebii H. E. Lib. VIII, 14, IX, 8, cuius loca, a Davisio occupata ad Max. Tyrium Diss. XXVIII, p. 604, non exscribo. Vide not. ad L. II, 59. Wess.

ead. l. 12. Καὶ Πειθόλαος) In Plutarchi Erotico p. 768 F. & Cononis Narrat. L, sed ex Hoeschelii correctione, Πυθόλαος. Noster sibi congruit & constat c. 39, utiturque adstipulatore Aristotele Rhet. L. III, 9 & 10, p. 132, 134. Wess.

Pag. 96. *l.* 9. Παρὰ τὸν Κηφισσὸν) Quae hic in nobilissimi fluvii nomine scribendo discordia, ea apud Pausaniam aliosque perfrequens. Eum adi L. X, 8, p. 817, & c. 33, p. 883. Praestat tamen Κηφισσὸς, locupletium auctoritate munitior apud Eustath. in Iliad. B, p. 275. De militum numero, qui vel ceciderint, vel victorum venerint in potestatem, nihil decerno. Litem diiudicabunt fideliores membranae. Wess.

Pag. 97. *l.* 3. Τὰ κατὰ τὴν Θετταλίαν καταστήσας) Universam φρουραῖς καὶ τετραδαρχίαις κατειληφὼς Aristides inquit T. II, p. 229, secutus Demosthenem Philipp. III, pag. 68: οὐχὶ τὰς πόλεις καὶ τὰς πολιτείας αὐτῶν (Θετταλῶν Φίλιππος) παρήρηται, καὶ τετραδαρχίας κατέστησε παρ' αὐτοῖς, ἵνα μὴ μόνον κατὰ πόλεις, ἀλλὰ καὶ κατὰ ἔθνη δουλεύσωσιν. Quae ex Theopompo illustrat in Τετραρχία Harpocration. Wess.

ead. l. 9. Ἐπικνημιδίους) Sic plerique appellant a Cnemide monte: Ὑποκνημιδίους tamen Pausanias L. X, 1, cum accuratissimi Sylburgii nota. Wess.

ead. l. 10. Τὴν ὀνομαζομένην Ἀρύκαν) Praeftat Ναρύκαν, & poft pauca Ναρυκαίων. Vidit errorem & correxit Iac. Gronovius ad Stephani Νάρυξ. Confer not. in L. XIV, 82. Wess.

ead. l. 14. Ἄβας) Haud aliter inferius c. 59. Aliis Ἀβαί. Sylburg. adi ad Paufan. L. IV, 32, p. 360, & P. Leopardum L. VI Emend. c. 22. Wess.

Pag. 98. *l.* 5. Περιπεσὼν νόσῳ φθινάδι) Eadem de Phayllo Paufanias L. X, 2, p. 803. At Philo Iud. duplicem de interitu eius famam fuiffe fignificat in Eufeb. Praep. Evang. L. VIII, p. 392 D. Φάϋλλον δὲ φθινώδει νόσῳ, διττὸς γὰρ ὁ περὶ αὐτοῦ λόγος, συντακῆναι, ἢ ἐν τῷ ἐν Ἄβαις ἱερῷ συνεμπρησθέντα ἀπολέσθαι· qui quidem rumor diditus in vulgus videtur, quod facrilegorum plures Abis in Apollinis templo deflagrarint, de quibus c. 59. Wess.

ead. l. 7. Φάλαικον, τὸν Ὀνομάρχου υἱὸν) Paufanias L. X, 2, filium Phaylli facit, quod Diodoro contrarium non erit, fi de adoptione cogites. Latet eius, aut certe Phaylli, nomen in his Libanii T. I, p. 451 D. ἀνήρηκε Φωκέας (Philippus) Ὀνομάρχῳ δεῖ μέλειν· Φατάλῳ μέλειν· quod enim editur exfcriptumque vides, οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον. Wess.

Pag. 99. *l.* 4. Οἱ δὲ Μεγαλοπολῖται παροξυνθέντες) Miferunt etiam legatos Athenas, opem rogaturos: qua occafione Demofthenes Orat. Ὑπὲρ τῶν Μεγαλοπολιτῶν civibus fuis fuafit, ne Megalopolitas opprimi paterentur: perfuafiffe tamen non videtur. Inter auxilia certe quidem Athenienfes non recenfentur. De tempore fumti belli non difcordat Paufan. L. VIII, 27, p. 656. Wess.

Pag. 100. *l.* 11. Καὶ πόλιν Ἑλισσοῦντα &c.) Semper Paufaniae haec urbs Ἑλισσὼν, quamquam fluvium, unde oppido nomen, femel Ἑλισσοῦντα vocet, improbante Sylburgio. Vid. L. VIII, 3, 27, 29, 30. Eius & Plethonis exemplo vocem fpiritu afperiorem effe iuffi. Wess.

ead. l. 14. Περὶ Τέλφουσαν) Haud aliter Ethnicographus in Τέλφουσα. At Paufanias Θέλπουσαν vocare folet. Vide Sylburg. ad Lib. VIII, 24, pag. 645, & Holften. in Stephanum. Wess.

Pag. 101. *l.* 14. Θεσσάλου) Dionyfio Θεσσαλὸς, & multo deterius Θέελος T. II, p. 117 & 121. Sed vide ad eius Dinarch. pag. 115 Sylburg. & de confulibus Romanis Livium L. VII, 18. Wess.

Pag. 102. *l.* 2. Παρακαλοῦντες εἰσευπορῆσαι &c.) Pletho προσπορίσαι habet, incertum an ex Diodoro. Mutat enim

multa. Praeferrem, ſi quid novandum, εἰσπορίσαι, quod hoc uſu non ſprevit Iſocrates Or. ad Philipp. pag. 156. Sed vide not. in L. II, 31. Mox δωρεὰν cur proſcribatur, praegnans non eſt ratio. Auctor inducendum negat L. XVIII, 58, ὅτι πεντακόσια μὲν τάλαντα διδόασιν αὐτῷ δωρεὰν οἱ βασιλεῖς. Et Lib. XX, 95, καὶ δωρεὰν ἔδωκαν ἀργυρίου τάλαντα πέντε. Athenaeus L. IV, 1, ἐδόθησαν φιάλαι ἀργυραῖ ἑκάστῳ μία δωρεάν. Sic enim optime Caſaubonus. Wess.

ead. l. 4. Δωρεὰν) Δωρεὰν ante ἀργυρίου nothum videtur. Rhod.

Pag. 103. *l.* 8. Διά τε τὴν ἀργίαν &c.) Aegyptii, qua erant dicacitate, regem Ochum, τὸ νωθὲς αὐτοῦ τῆς γνώμης διαβάλλοντες, appellabant ὄνον, *aſinum*, apud Aelian. Hiſt. Var. L. IV, 8, cum nota Perizonii. Rex ipſe prima expeditione non tantum victus abiit, ἀλλὰ καὶ καταγελασθεὶς καὶ δόξας οὔτε βασιλεύειν οὔτε στρατηγεῖν ἄξιος εἶναι, auctore Iſocrate Orat. ad Philipp. p. 149. Wess.

ead. l. 12. Ἔκρινε πολεμεῖν τοὺς ἀφεστ.) Adſcripſerat Scaliger ἐκρ. καταπολεμεῖν, aut ἐκρ. πολεμ. πρὸς τούς. Neutro opus eſt. Saepiſſime Diodorus hoc loquendi genere uſus eſt. Wess.

Pag. 104. *l.* 4. Ἤρξατο δὲ Φοίνικας πολεμεῖν) Sic c. 42, συνελθόντες ἐπολέμουν τοὺς Φοίνικας. Et paullo ante, ἔκρινε πολεμεῖν τοὺς ἀφεστηκότας. Plura ad L. IV, 61. Wess.

ead. l. 7. Τρεῖς γάρ εἰσιν ἐν αὐτῇ πόλεις) De Tripoli hac Scylax Peripli p. 99: αὕτη ἐστὶν Ἀράδου καὶ Τύρου, καὶ Σιδῶνος· ἐν τῷ αὐτῷ τρεῖς πόλεις, καὶ περίβολον ἑκάστη τοῦ τείχους ἴδιον εἶχεν· bene ad Diodori deſcriptionem. Iunge Strabon. Lib. XVI, pag. 1094, & H. Noriſium Diſſ. II, 4, de Epoch. Syromaced. Wess.

ead. l. 14. Κατὰ τὰς τῶν πραγμάτων ἐπιταγὰς &c.) Hoc reliquerat auctor. Προσταγμάτων vocabulum extudit brevior ſcriptura, quae πράττειν & προστάττειν ſaepiſſime permiſcuit. Adi not. in L. I, 2, & III, 53. Wess.

Pag. 105. *l.* 3. Τὸν Αἰγ. βασιλέα Νεκτανεβὼ) De eo ſcripſit L. XV, 62. Wess.

ead. l. 12. Τὸν μὲν βασιλικὸν παράδεισον &c.) Habet τριπαράδεισον τῆς ἄνω Συρίας L. XVIII, 36. Sed fortaſſe alium. Hunc in ipſa Sidoniorum urbe, quod Barn. Briſſonio in cogitationem venit, Paradiſum fuiſſe, non liquet. Eum tamen adi L. I, 78, de Regn. Perſ. Wess.

Pag. 106. *l.* 8. Ἐν ὅσῳ δ' οὗτος — — ἐβάδιζεν, Βέλεσυς

ὁ τῆς &c.) Bene sit scribis Codd. Reg. qui Syriae huic Satrapae suum nomen haud inviderunt. Id requiri ad sententiam, ordo verborum patefacit, esse vero barbaricum, *Belesys*, Sardanapali adversarius, ostendit L. II, 24. H. Stephanus a vero non multum abfuit. *Melius* οὗτος, inquit not. Correct. *&* Βασιλεὺς *cum maiuscula litera, utpote nomen proprium, interpunctione posita post* ἐβάδιζεν, *non* βασιλεύς. Wess.

ead. l. 11. Μέντωρ δ' ὁ τῆς Σιδῶνος βασιλεὺς) Hic enormis transpositio seu inversio facta est, qua Tennes Sidonius in Mentorem Rhodium, & vicissim Mentor in Tennen transformatur. Restitue igitur suum utrique locum, Tennae primum, Mentori secundum, Τέννης δ' ὁ τῆς Σιδῶνος. Et στρατηγὸς Μέντωρ Ῥόδιος. Rhod. Τέννης δ' ὁ τῆς Σιδ. βασ.) Recte Rhodomanus, quem mirarer confusionem tolerare potuisse, nisi Stephani ἔκδοσιν pressius sequi constituisset. Stephanus excusari vix potest, cum Cospus errorem vitarit, & Basileae verum fuerint amplexi. Constat praeterea, Mentorem fuisse Rhodium, non Tennen. Wess.

Pag. 107. *l.* 3. Πόλεις ἦσαν — ἐννέα) Annumerat eas Io. Meursius de Cypro L. II, 7, sed, quod alias commonstrabitur, pravo catalogo. De Cypro Mela L. II, 7, *ingens, ut quae aliquando novem regna ceperit;* atque ex eo Plinius V, 31. Quod statim succedit τὰ προσκυροῦντα, per quidem rarum est. Alias τὰ προσορίζοντα dicere assuevit. Wess.

ead. l. 11. Πρὸς τὸν Ἰδριέα) Esse legendum Ἰδριέα, ut posui in contextu, non Γαριέα, nec Ἀρσιέα, quas diversas lectiones in margine adnotavi, ex Arriano probari potest, cuius verba sunt L. I, 24: τῆς δὲ Καρίας ξυμπάσης σατραπεύειν ἔταξεν Ἄδαν, θυγατέρα μὲν Ἑκατόμνου, γυναῖκα δὲ Ἰδριέως· ὃς καὶ ἀδελφὸς αὐτῇ ὤν, κατὰ νόμον τῶν Καρῶν ξυνῴκει. καὶ ὁ μὲν Ἰδριεὺς τελευτῶν ταύτῃ ἐπέτρεψε τὰ πράγματα, νενομισμένον &c. Diodorus autem pag. 546, loquens de eodem, eadem scribit: haec videlicet, κατὰ δὲ τὴν Καρίαν Ἰδριεὺς ὁ δυνάστης τῶν Καρῶν ἐτελεύτησεν, ἄρξας ἔτη ἑπτά· τὴν δὲ ἀρχὴν διαδεξαμένη Ἄδα ἡ ἀδελφὴ καὶ γυνὴ ἐδυνάστευσεν ἔτη τέσσαρα. Steph. Cospi membranae verum dynastae nomen praetulerunt. Successit is Artemisiae sorori hoc ipso anno, uti c. 45 proditum ab auctore est, valebatque praeter ceteros opibus & apparatu, nec fidum tamen Persae fore, nisi segnis & rerum suarum ignarus fuerit, suspicabatur Isocrates Or. ad Philipp. p. 149. Wess.

Pag. 108. *l.* 2. Φωκίωνα τὸν Ἀθην. καὶ Εὐαγόραν) Cave hoc

accipias de Evagora, de quo Isocrates orationem scripsit: supra enim Lib. XV, cap. 47, narravit eius mortem. Hic fuit eius filius, qui fratre Protagora pulso regnavit, &, a Persis Protagora restituto, satrapiam in Asia accepit. Sed aliud est, quod me torsit in hoc loco. Nam Diodoro non concordat Plutarchus, qui ex proposito vitam Phocionis scripsit, quomodo tacuit de illo celebri ducatu & de ea Salaminiae obsidione? Id certe mihi mirum videbatur. Sed curiosius perlecta Phocionis vita apud Plutarchum, animadverti, eum auctorem Phocionis mores tantum exprimere voluisse, sed de eius rebus gestis ieiune admodum & stricte disseruisse. Nam cum dicit de eo, ὅτι πέντε καὶ τεσσαράκοντα στρατηγίας ἔλαβεν, vix de una aut altera mentionem facit, & cum curiose eius dicta, aliquid acuminis habentia, notaverit, de eius expeditionibus tacet. Ergo non potest absolvi Plutarchus, quin supine & negligenter eius viri vitam scripserit: nec est dubitandum de fide Diodori, quin eum ipsum Phocionem, de quo Plutarchus scripsit, putemus fuisse in obsidione Salaminiae, ducem Atheniensium, qui Evagorae auxiliabatur. PALM. Offenderunt ad Phocionem & Evagoram hunc, etsi nulla causa, viri docti. Lambinus eraso Phocioni Chabriam substituebat, quem certum est, nusquam hoc tempore inter vivos fuisse, meritoque adeo censoriam Bosii notam commeruit ad Corn. Nepot. Chab. c. 2. Wolfio in mentem venerat, Evagoram eum ipsum esse, qui Artaxerxe Mnemone Cypri possessionem capessivit, cuiusque vitam Isocrates eleganti commentario delineavit. Illi nos satisfecimus ad Lib. XV, 47. Melius Palmerius & Io. Meursius Cypri L. II, 12, instituerunt. WESS.

ead. l. 13. Συνέρρεον ἐθελοντὶ) Si ἐθελονταὶ, aut ἐθελοντὴν, quo modo Polyb. L. VIII, 11, & IX, 22, vetustis e libris produxisset Stephanus, ferri posset. Nunc nihil moveri, satius fuerit. Vid. ad L. I, 67. WESS.

Pag. 109. *l.* 3. Ὁ δὲ τῆς Σιδῶνος δυνάστης Μέντωρ) Pro δυνάστης refice στρατηγός. RHOD. Ὁ δὲ τῆς Σιδῶνος δυνάστης Τέννης) Ea quidem vis est. Quanto melius Venet. & Reg. 2. liber? Tennen consilia Sidonis produndae architectatum fuisse, eaque cum Mentore deinde communicasse, confirmant sequentia. Ipse a rege desciverat, non Mentor, homo Graecae originis & Graecorum conductitiorum dux, propterea etiam indigus veniae, quam misso Thessalione sibi pactus est. Eum ergo suum in locum revoco. Id tamen,

ne quid diſſimulem, in hac proditionis deſcriptione ſatis incommodum accidit, quod praeteritum prorſus ſit, quo modo gratiam regis Mentor ſit promeritus, quodque fidei ſuae pignus Artaxerxes ſanctum non ſervarit. Sed hoc tanti non eſt in principe crudeli & ſanguinis avido. WESS.

Pag. 110. *l.* 12. Ἔστι δ' ἡ πίστις αὕτη βεβαιοτάτη παρὰ τοῖς Πέρσαις) Nota omnia ſunt, & copioſiſſime illuſtrata a B. Briſſonio de Reg. Perſar. L. I, 163, & Freinshemio ad Curtium L. VI, 4. Itaque praetereo. WESS.

Pag. 111. *l.* 9. Νικόστρατον στρατηγὸν) Is eſt, cuius in Archidamum egregie dictum Plutarchus Apophthegm. pag. 192 A. & de Vitioſ. Pudor. p. 535 A. cuiuſque adulandi artes pravoſque mores expoſuit Theopompus in Athen. Lib. VI, p. 252 A. Multo recentior Nicoſtratus & alius originis apud Lucianum de Scrib. Hiſtor. c. 9, etſi viris doctis viſum ſit aliter. WESS.

ead. l. 13. Καὶ λεοντῆν ἐφόρει καὶ ῥόπαλον) Vide ad L. I, 17, & Lucianum de Scrib. Hiſt. c. 10. WESS.

Pag. 112. *l.* 10. Ταῖς τῶν μαχῶν εὐεξίαις) Lege σωμάτων. RHOD. Ταῖς τῶν σωμάτων &c.) Hoc probo. Praeivit Coſpus, in cuius id fuit membranis, & favet quodam modo Reg. 1. Recte Philo Iud. de Rer. Divin. Hered. p. 521 C. δορυφορεῖται δὲ σῶμα μὲν εὐεξίᾳ καὶ περιουσίᾳ καὶ ἀφθονίᾳ πλούτου· ψυχὴ δὲ τῷ τοῦ σώματος ὁλοκλήρῳ καὶ κατὰ πάντα ὑγιεινῷ. Sic enim ſcripſit: namque εὐδοξίᾳ, quod in editis, male congruit, atque a ſcriptis libris damnatur. WESS.

ead. l. ult. Ὁ δὲ Μέντωρ κοινωσάμενος) Superior permutatio nominum Tennae & Mentoris redit. Corrige igitur ſic, ὁ δὲ Τέννης κοινωσάμενος τὴν προδοσίαν Μέντορι. RHOD. Ὁ δὲ Τέννης &c.) Id bene. Iubent manu exarati Codd. reſque ipſa. Mentor militibus, aere conductis, praeerat: Tennes Sidoni, cuius primores centum quaſi ad ſollemnem Phoenicum conventum, cum quo nihil ſane Mentori commune, abducit. WESS.

Pag. 114. *l.* 8. Τὸν Τέννην — ἀνεῖλεν) Eundem eſſe coniiciunt viri docti, ac *Stratonem*, quo de Hieronymus L. I adv. Iovinian. pag. 49, ad hunc modum: *Strato regulus Sidonis manu propria ſe volens confodere, ne imminentibus Perſis ludibrio foret, quorum foedus Aegyptii regis ſocietate neglexerat, retrahebatur formidine, & gladium, quem arripuerat, circumſpectans, hoſtium pavidus exſpectabat adventum. Quem iam iamque capiendum uxor intelligens, extorſit acinacem de manu, & latus*

cius transverberavit: compositoque ex more cadaveri se moriens superiecit. In quibus id quidem Stratoni cum Tenne commune est, quod Persarum foedus Aegyptii regis societate neglexerat. Cetera disparia sunt. Tennes ultro se regis fidei permisit, dextram pactus, interficiturque Ochi scelere post navatam egregie operam, nulla, quod quidem appareat, uxoris ope. Itaque alium eum censeo, & Tenne priorem, cui superioribus annis, cum Tachos Aegyptius Persarum imperium detrectaret, inque Phoenice multa moliretur, ea calamitas usu venerit. Vide tamen Iac. Prizon. ad Aeliani Hist. Var. L. VII, 2. WESS.

ead. l. 12. Ἰδίαν σωτηρίαν πορίζεσθαι) Praestat ἰδίᾳ, ut superius c. 43, τὴν σωτηρίαν ἰδίᾳ πορίζειν ἔκρινε· & L. XVIII, 17, ὁρμῆς ἐμπεσούσης — ἰδίᾳ πορίζεσθαι τὴν σωτηρίαν. WESS.

Pag. 115. *l.* 3. Τῆς πόλεως ὅλης — ἀφανισθείσης) Hieronymus in Chronici Eusebiani Latinis, *Ochus Sidonem subvertit*, satis generaliter, ut bene Scaliger ad ann. MDCLXIX. Civitas ipsa brevi instaurata priorem opum copiam recuperavit, regesque habuit, de quibus ad Curtii Lib. IV, 1, Freinshemius, nunquam tamen deposita in Persas ira, qua etiam duce cupidissime in Alexandri partes transiit, referente Arriano Exp. Alex. L. I, 15. WESS.

ead. l. 10. Βραχὺ δὲ πρὸ τούτων τῶν χρόνων &c.) Haud multum profecto. Nam cum Demosthenes orationem de Rhodiorum libertate Athenis Archonte Thessalo recitaret, inter vivos Artemisia durabat. Quid? cum Artaxerxes in Aegyptios & Phoenicas expeditionem ingrederetur, necdum mortem cum vita commutarat, ut eius Or. p. 115 designatur clarissime. Nummum ΙΔΡΙΕΩΣ nomine inscriptum in Select. Seguini Numism. pag. 36 videbis. WESS.

ead. l. 15. Πρὸς δὲ Σαμνίτας &c.) Livium vide L. VII, 19, qui in Tarquinienses acerbe saevitum, atque ex ingenti captivorum numero trecentos quinquaginta octo delectos, medioque in foro virgis caesos ac securi percussos, refert. Sigonius ibi ex Nostro citat, Ταρκυνίους δὲ ἄνδρας τʹ. καὶ ξʹ. δημοσίᾳ ἐθανάτωσαν ἐν τῇ ἀγορᾷ· quae quidem si schedas veteres habuerint auctores, cum Livio nihil admodum dissensit Diodorus. At Cospus ceterique & scripti & editi libri contra veniunt. Forsan ergo Sigonii ea coniectura. Ταρκυνίους recipio, quoniam ita plerique assolent. Confer Ph. Cluverii Ital. Antiq. L. II, pag. 518. WESS.

Pag. 116. *l.* 3. Φρουρούμενον ὑπὸ Διονυσίου) Urbem a pa-

tre everſam filius ex parte quadam inſtaurarat, *Phoebiae* nomine impoſito. Docet Strabo L. VI, p. 397 A. ſed verbis male interpunctis: Ὁ δὲ υἱὸς αὐτοῦ (Διονυσίου) μέρος τι τοῦ κτίσματος ἀναλαβὼν Φοιβίαν ἐκάλεσεν ἐπὶ Πύῤῥου· ἡ δὲ τῶν Καμπανῶν φρουρὰ παρασπονδηθέντας διέφθειρε τοὺς πλείστους. Abſurde: neque enim Dionyſius iunior & Pyrrhus aequales. Scripſerat Strabo Φοιβίαν ἐκάλεσεν. Ἐπὶ Πύῤῥου δὲ ἡ Καμπανῶν &c. Pyrrhi aetate Campanos Rheginorum ingentem multitudinem inſigni perfidia contrucidaſſe, videbimus L. XXII, Eclog. 2. Ceterum Callippus non multo poſt Rhegii fraudibus Leptinis occubuit, Dionique poenas dedit: de qua re Plutarchus Dion. pag. 983. D. Fuit autem domo Athenienſis: nam quod paullo ſuperius legitur Λεπτίνης καὶ Κάλλιππος οἱ Συρακούσιοι, Leptinem potiſſimum ſpectat: quamquam fieri potuit, ut in Syracuſanos cives Callippus tranſcriberetur. WESS.

ead. l. 11. Πρωταγόρας) Habuimus regis Evagorae filium Pythagoram, quem Iſocrates Evag. p. 293 Πρωταγόραν vocat, Lib. XV, 4, ſed is una cum patre turpibus amoribus implicitus interiit. Hunc Πνυταγόραν Arrianus, Athenaeus, Curtius, & rectius, arbitro Iac. Perizonio in Aelian. Var. Hiſtor. L. VII, 2, appellant. Retinuit quietam regni poſſeſſionem Pnytagoras in Alexandri uſque principatum & ultra. WESS.

Pag. 117. *l.* 10. Ἐπὶ τὴν μεγάλην λίμνην) Serbonidem lacum intelligit, propter quem *Barathra*. Vid. L. XX, 74, & ad Lib. I, cap. 30. WESS.

ead. l. 15. Ἐν τῇ πρώτῃ βίβλῳ) Conf. L. I, 30. WESS.

Pag. 118. *l.* 9. Καὶ μάλιστα κείμενον εὐκαίρως) Livio propterea L. XLV, 11, *clauſtra Aegypti*. Sed Noſtrum vide Lib. XV, 42. WESS.

Pag. 119. *l.* 16. Οὗτος δ' ἦν εἰσαγγελεὺς τοῦ βασιλέως) Id illi muneris in aula Perſica erat, ut res nuntiatas ad regem perferret, exterarum gentium legatos & ceteros, quibus rege convento erat opus, introduceret. Vid. Syneſium Or. de Regno p. 18 A. & Heliodorum Aeth. L. X, p. 491. Solis tamen ſeptem illis, qui Magos interfecerant, ἄνευ εἰσαγγελέως in regiam, quando commodum erat, introire licebat, teſte Herodoto L. III, 84. Nomen Perſicum *Admiſſionum magiſtri*, ſic enim Latini vocant, ut Ammianus Lib. XV, 5, cum Valeſii nota, ſervavit Heſychius, Ἀζαραπατεῖς, οἱ εἰσαγγελεῖς παρὰ Πέρσαις. WESS.

Pag. 120. *l.* 15. Τοὺς μαχίμους) De illis ſcripſit L. I, 73. Wess.

Pag. 121. *l.* 10. Κατὰ τὴν πρὸ ταύτης γεγεν. στρατείαν) Noſter hanc plane praeteriit: neque enim illa eſt, qua victor Nectanebus regnum ſibi Ageſilai conſiliis atque auxilio ſtabilivit. Tangit eam Iſocrates Or. ad Philipp. p. 149. Wess.

Pag. 122. *l.* 9. Ὧν ἦσαν ὅμηροι παῖδες &c.) Pignora videlicet fidei parentum ac maritorum: ὅμηρα τῆς τε εὐνοίας αὐτῶν καὶ πίστεως, ut Herodianus de Commodo Imp. ſolito liberos eorum, qui ad regendas provincias mittebantur, Romae retinere, L. III, 2. Ipſe Nicoſtratus, novo inter Graecos exemplo, quo fidem regi obſtringeret, filium illi permiſerat apud Athen. L. VI, pag. 252 B. Wess.

ead. l. ult. Κλείνιος ὁ Κῷος) Sic conſtanter veteres membranae; neque ego damno, etſi tritius multo Κλεινίας. Wess.

Pag. 123. *l.* 9. Ἐπ' αὐτὴν ἥξειν τὴν Μέμφιν) Erat ea ἐπικαιροτάτη πόλις τῶν κατ' Αἴγυπτον, inque eius conſervatione regni ſalus vertebatur. Vid. ſupra L. XV, 43. Wess.

Pag. 125. *l.* 3. Καί τινας καταλαβὼν) Scribo καταβαλών. Rhod. Καί τινας καταβαλὼν) Optime vir doctus, qui ſi Baſil. ἔκδοσιν inſpicere dignatus fuiſſet, non eam coniecturam, ſed veritatem ipſam cenſuiſſet. Conf. ad L. XV, 85. Wess.

ead. l. 9. Ἡγούμενος, καὶ) Hic ſequens καὶ repudiator. Rhod.

ead. l. 10. Βούβαστον) Herodoto Βούβαστις. Conf. Holſten. ad Steph. in Βούβαστος, & Cellar. Geogr. Vet. L. IV, 1, p. 33. Appoſita erat Bubaſtico flumini, quod Delta ab ortu, quaque in Arabiam vergit, claudit. Wess.

Pag. 126. *l.* 11. Ἰδίας ἀγαθῶν ἐλπίδος ἠλαττοῦντο) Pro ἐλπίδος legendum puto ἐλπίδας, & ἠλλάττοντο pro ἠλαττοῦντο. Nam cum nullus ſenſus ex his elici poſſit verbis τῆς χάριτος ταύτης ἰδίας ἀγαθῶν ἐλπίδος ἠλαττοῦντο· contra & aptus & perſpicuus elicietur ex iſtis τῆς χάριτος ταύτης ἰδίας ἀγαθῶν ἐλπίδας ἠλλάττοντο. Steph. Ἰδίας ἀγ. ἐλπίδας ἠλλάττοντο) Adſtipulatur Rhodomanus, & merito. Ordo verborum geniuſque linguae correctionem firmant, quam quidem, etſi opem ſchedae veteres negarint, auſus ſum ſuam in ſedem revocare. Quis enim perpetuo feret, hoc genus, ſcribarum negligentia natum, propagari? Wess.

Pag. 127. *l.* 2. Καὶ φόβον ἐπικρεμάσαντες) Supra L. XIII, 91, καὶ μεγάλων φόβων ἐπικρεμαμένων. Perfrequens eſt de periculo, in quod adducimur. Philo Iud. de Agricult. p. 209

B. ἀνδραποδισμοῦ καὶ πορθήσεως ἴδιός τε καὶ κοινὸς ἐπικρέμαται κίνδυνος. Et Leg. ad Cai. p. 1023 E. ἐπικρέμαται δή μοι κίνδυνος ὁ περὶ ψυχῆς. Hipparchus apud Io. Stob. Tit. CVI, p. 573, καὶ πάντων χαλεπωτάτων αὐτοῖς ἐπικρεμαμένων. Neque improbant Christianorum scriptores cultissimi. Basilius M. adv. Eunomium L. I, p. 210 A. τοῖς δὲ περὶ τοῦ ζῆν ἐπικρεμῶντες κίνδυνον. Io. Chrysostomus Homil. ad Antiochen. II, p. 24 E. T. II, καὶ τὸν περὶ τῶν ἐσχάτων ἐπικρεμασθῆναι πᾶσι κίνδυνον. Aliter paullo, sed idem innuens, Philostrat. Heroic. XIX, 15, λίθοι οὖν ἐπικρέμανταί σφισιν· ubi doctissimum Olearium vidisse, operae fuerit pretium. Wess.

Pag. 128. *l.* 5. Τὴν μὲν ἀναγραφὴν τοῦ προτερήματος &c.) Pro ἀναγραφὴν repone ἐπιγραφὴν, ut p. 555, καὶ τῆς νίκης τὴν ἐπιγραφὴν οὐδ' αὐτῷ παραχωρεῖν τῷ Ἀλεξάνδρῳ. Item p. 559, ἐπιτευγμάτων ἐπιγραφήν. Sed & antea p. 305, τὴν ἐπιγραφὴν τῆς ἀποικίας ἑαυτοῖς ἔφησαν δεῖν προσάπτεσθαι. Plut. de Alex. Fort. L. I, p. 326, οἶμαι δ' αὐτὸν εἰπεῖν πρὸς τὴν τύχην, τοῖς κατορθώμασιν αὐτὴν ἐπιγράφουσαν. Steph. Nihil a Stephano dissentio. Addam locis ab eo conductis, ut ne quod dubium restet, Polybium L. II, 27, πεπεισμένος τῆς ἐπιγραφῆς τῶν ἐκβαινόντων πλεῖστον οὕτω κληρονομήσειν. Et L. X, 23, τὴν ἐπιγραφὴν τῶν ἐκβαινόντων ἡ φάλαγξ καὶ τὰ βαρέα λαμβάνει τῶν ὅπλων. Tum Excerpt. pag. 1474, ἐπελθὼν ἕτερος ἀκονιτὶ λάβῃ τὴν ἐπιγραφὴν τῶν ἐκείνου πόνων. Aelianum de Animal. L. VIII, 2, τοῖς ἀλλοτρίοις ἑαυτὸν πόνοις οὐκ ἐπιγράφων. Paullo diversum est Aeschinis in Ctesiph. p. 77, καὶ σαυτὸν ἐπὶ τὸ γεγενημένον ἐπιγράψεις· & Heliodori Aeth. L. VIII, pag. 387, καὶ θεοῖς τὸ ἔργον ἐπιγράφοντες, eodem tamen recidens. Wess.

ead. l. ult. Ἅπαντα διοικῶν) Ubi hic διοικῶν, in exemplaribus est διῳκηκὼς, & vice versa διῳκηκὼς, ubi διοικῶν. Sed permutatam fuisse perperam horum participiorum sedem, quivis possit animadvertere, qui quidem locum expenderit. Steph.

Pag. 129. *l.* 5. Τοὺς διαδόχους &c. ἀπεδείκνυε) Conf. L. XVII, 5. Wess.

ead. l. 15. Ἔφυγεν εἰς τὴν Αἰθιοπίαν) Lynceus regem victum, & captum coenaeque adhibitum abs Ocho, perscripsit apud Athenaeum Lib. IV, p. 150 B. At Hieronymus in Latinis Euseb. Chron. *Ochus Aegyptum tenuit, Nectanebo in Aethiopiam pulso, in quo Aegyptiorum regnum destructum est.* Verius atque ex ipso Diodori hoc loco: assentitur enim Ma-

netho. Vide vero ineptias recentiorum ſcriptorum, Malalae, Glycae, Cedreni, qui Nectanebum, λεκανομαντείας egregie callentem, in Macedoniam ipſamque Pellam deducunt, ut, Olympiade furtivis magiciſque amoribus cognita, Alexandrum gigneret. Tangit & has nugas Georg. Syncellus Chronograph. p. 256, & copioſiſſime Gorionides L. I, 6, ſine dubio depromptas ex Pſeudo-Calliſthenis Alexandri rerum Hiſtoria. Vid. Caſaubon. Epiſt. ad Ioſ. Scaliger. CCCCII & CCCCXIII. WESS.

Pag. 130. *l.* 2. Τὰ μὲν ἱερὰ συλήσας) Ochi θεοσυλίας, quaque ratione Apim occiderit, aſino eius in locum conſecrato, exponit Aelian. de Animal. Lib. X, 28, & Hiſt. Var. Lib. VI, 8. WESS.

ead. l. 4. Πολλῶν χρημάτων ἀνελύτρωσε) Malit quiſpiam fortaſſe ἀπελύτρωσε. STEPH. Semper alias Diodorus ἀπελύτρωσε. Sic Lib. IV, 16, Μεναλίππην δὲ ἀπελύτρωσε. Et L. XIII, 24, καὶ λαβόντες αἰχμαλώτους ἀπελύτρωσαν τοῖς Σπαρτιάταις. Tum XVIII, 38, οὓς δὲ ἀπελύτρωσαν. Rex Philippus in Epiſt. apud Demoſth. Or. in eam Ep. pag. 92, ὥστε Ἀμφίλοχον — συλλαβὼν — ἀπελύτρωσε ταλάντων ἐννέα. Quem etiam in modum optimus quiſque, Polybius L. II, 6, Plutarchus T. II, p. 343 B. &c. WESS.

ead. l. 13. Μάρκον Φάβιον) Mendoſe pro Γάϊον Μάρκιον. RHOD. Μάρκιον Γάϊον) Ut ita refingerem, motus ſum veterum Codd. auctoritate: praeferunt Μάρκον Γάϊον praeſtantiores omnes, manifeſtoque oſtendunt Φάβιον hinc longiſſime amandandum: acceſſit Faſtorum & Livii iudicium L. VII, 21. Illis imputa, ſi quid audacius admiſſum putaveris. WESS.

Pag. 131. *l.* 13. Ἐκ τῆς Μέντορος καὶ Μέμνονος ἀδελφῆς) Demoſtheni propterea ὁ Μέμνων καὶ ὁ Μέντωρ, οἱ κηδεσταὶ τοῦ Ἀρταβάζου, ἄνθρωποι νέοι, καὶ κεχρημένοι ἀπροσδοκήτῳ εὐτυχίᾳ τῇ τοῦ Ἀρταβάζου κηδείᾳ, Or. in Ariſtocrat. p. 429. Qua tamen felicitate & ipſi & uxores & Artabazus exciderunt, fugere in Macedoniam adacti. Clearchus Solenſis feminarum earum immodicum & paene incredibilem luxum deſcripſerat, quoque modo in currum eſcendere ac deſcendere adhibitis mulieribus, quae κλίμακα κατεσκεύαζον ἐξ ἑαυτῶν, & ob id officium κλιμακίδες audiebant, fuerant ſolitae. Dederunt deinde poenas utraque. Sed eum audiamus in Athen. L. VI, p. 256 E. τοιγαροῦν αὐταὶ μὲν ἐκ τῶν λίαν μαλακῶν ὑπὸ τῆς τύχης μεταβιβασθεῖσαι, σκληρῶς ἐβίωσαν ἐπὶ γήρως. αἱ δὲ τῶν παρ' ἡμῖν διδαξάμεναι, ἐκπεσοῦσαι ἐκ

τῆς ἐξουσίας κατῆραν εἰς Μακεδονίαν, καὶ τὰς τῶν ἐκεῖ κυρίας τε καὶ βασιλίδας &c. Sic legendum. Nam ὑπὸ τῆς τέχνης ferri non poteſt, multoque minus τῶν παρ' ἡμῖν διαδεξαμένων, quod & epitomatorem ita offendit, ut plane praeteriret. Ait, adulatrices feminas, quibus κλιμακίδων nomen, ex molli ea vita deiectas a fortuna, difficulter extrema ſenectute vitam toleraſſe: illas autem, Artabazi & Mentoris uxores, quae luxum eiuſque modum ab iſtis edoctae erant, in Macedoniam, poſtquam potentia imminuta erat, fugere compulſas. Cetera pete ex Iſ. Caſauboni Animadverſionibus. WESS.

Pag. 132. *l.* 1. Ἑρμείαν τὸν Ἀταρνέων) Poſterius improbum non erit, ſi de civibus intelligas: praeſtitiſſet alioqui τοῦ Ἀταρνέως· nam Ἀταρνεὺς oppido nomen. Unde Ἀταρνέως ὄντα τύραννον Diogen. L. V, 3; τὸν Ἀταρνέως τύραννον Dioſius Epiſt. ad Amm. pag. 121; τὸν ἐκ τοῦ Ἀταρνέως τύραννον Lucian. Eunuch. c. 9, ſemivirum hunc appellant: in Diogenis tamen ſcripto libro, prorſus ut hic, Ἀταρνέων ſe reperiſſe, Th. Galaeus teſtatur ad Demetr. Phaler. περὶ Ἑρμ. c. 314. Prius pingendum perpetuo erit Ἑρμίαν, modo Harpocrationis in Ἑρμίας decretum valeat: τοῦτον δὲ τὸν Ἑρμίαν μόνον γράφουσι διὰ τοῦ ι. Sed ei non parent ſcriptores, quos excitavi, nedum Ariſtoteles Oecon. L. II, pag. 502, Ariſtocles in Euſeb. Praep. Evang. L. XV, 2, Athen. L. XV, p. 696, Polyaen. Strat. VI, 49, aliique. Nactus autem eunuchus illuſtrius nomen eſt & affinitate Ariſtotelis, & Hymno, quo philoſophus iſte hominis memoriam conſecravit, prorſus excellente. WESS.

ead. l. 4. Πείσειν τὸν βασιλέα, καὶ — ἀπολῦσαι) Rectius ἀπολύσειν, ut πείσειν. STEPH. Tolle καὶ, & ſi placet pro eo collocato αὐτόν. RHOD. Haud ſcio, an nimia haec ſint. Favet Rhodomano, quod paullo ante ſcriptum reperitur, ἔπεισεν αὐτὸν ἀπολῦσαι τοὺς ἄνδρας τῶν ἐγκλημάτων. Et Lib. XVII, 15, ἔπεισε τὸν Ἀλέξανδρον ἀπολῦσαι τοὺς ἄνδρας τῶν ἐγκλημάτων. Sed addere & delere pro arbitrio audacius videtur. Hoc itaque ſi improbes, vide an πείθειν hic ſit *conciliare, in gratiam reducere*, ut ſaepe? Conf. Elſnerum ad S. Paulli Epiſt. ad Galat. c. I, 10; & ἀπολῦσαι cum effectu ponatur? Nam tempora illa rite coniungi, dubitare non licet. Conf. virum ſpectatiſſimae eruditionis ad Xenophont. Epheſ. Miſcellan. Obſervat. Vol. IV, pag. 286, & ſupra Lib. XIV, 95. WESS.

ead. l. 6. Κυριεύσας δὲ τοῦ δακτυλίου) Strabo Memnoni Rhodio has artes tribuit L. XIII, p. 908 E. errans, ut monuit vir ſummus. Noſtro aſſentitur Polyaen. L. VI, 48, & Philoſophus Oeconom. L. II, p. 502. Serius tamen omnia haec contigerunt, ſiquidem Ariſtoteles poſt Platonis mortem, Archonte Theophilo ad Hermiam ſeſe contulerit, atque eius hoſpitio & familiaritate per trium annorum decurſum ſit uſus. Teſtem fero Dionyſium Epiſt. ad Amm. pag. 121, ἀποθανόντος δὲ Πλάτωνος, ἐπὶ Θεοφίλου ἄρχοντος ἀπῆρε πρὸς Ἑρμείαν τὸν Ἀταρνέως τύραννον, καὶ τριετῆ χρόνον παρ' αὐτῷ τρίψας &c. Praeterea Apollodorum in Chronicis apud Diogen. Laërt. L. V, 9. Wess.

Pag. 133. *l.* 5. Γείραν μὲν φρούριον ἐκπολιορκήσας) Nuſquam Γείραν hanc, neque Ζείραν, ut in Stephani margine & Veneto, reperire memini: proxime a poſteriore abeſt Ζειρινία πόλις Θρᾴκης, quam ex Theopompi Philipp. L. III excitavit Ethnicographus. Fuiſſe videtur inter Chalcidicas δύο καὶ τριάκοντα πόλεις ἐπὶ Θρᾴκης, quas Philippum prorſus ſuſtuliſſe clamat Demoſthen. Philipp. III, p. 68, & poſt eum Ariſtides T. II, p. 225 &c. Libanius T. I, p. 106 D. & Apol. Demoſth. p. 441 C. Suidas in Κάρανος. In tempore belli huius Diodoro aſſentitur Philochorus apud Dionyſium Epiſt. ad Amm. p. 122. Wess.

ead. l. 7. Ἐπὶ δὲ τὰς Φερὰς τῆς Θετταλίας &c.) Aut Pitholaus Pheras Theſſaliae, unde armis Philippi exciderat, ſuam iterum in ditionem redegit, aut haec repetita imprudenter ſunt. Vid. ſupr. c. 37, 38. Wess.

ead. l. 12. Παρυσάδης) Sic iterum Lib. XX, 22. At Demoſtheni Or. in Phorm. p. 542, Παρεισάδης, Straboni L. VII, p. 476, & Polyaen. L. VII, 37, Παρισάδης, fortaſſe melius. Eſt praeterea nummus ΠΑΙΡΙΣΑΔΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ, qui ſi huius ſit, aut Pariſadae II, a quo Mithridati regnum traditum Strabo ait, prior etiam nominis pars refingenda erit. Explicatur a doctiſſimo De Boze Comment. Acad. Inſcript. T. IX, p. 251, diligenter: cui quidem aſſentiri, re curatius examinata, nunc non poſſum, *Beriſadem*, de quo Dinarchus Or. in Demoſthen. p. 95, eundem ac Pariſadem arbitrato. Nam *Beriſades* ille in parte Thraciae regnavit, nunquam Ponti rex. Docet id clariſſime Demoſthenes Or. in Ariſtocrat. p. 430. Wess.

ead. l. 14. Θεόφιλος) Ex Demoſthene in Oratione pro Corona in duobus decretis (pag. 138 & 140) vocatur eiuſ-

dem anni ἄρχων Μνησίφιλος. Paufanias tamen in Phocicis c. 3 Theophilum habet, ut etiam Dionyfius Halicarnaffeus in Epift. ad Ammaeum p. 123, & ipfe Demofthenes alibi in Paragraphe adverfus Pantaenetum p. 564 Theophilum Archontem nominat. Itaque fufpicor, in decretis, quae citantur a Demofthene, non notari Archontem Eponymum, fed alium e Thefmothetis. PALM. Vide Io. Meurfium de Archont. Lib. IV, 9, & Sylburg. ad Dionyfii Dinarch. pag. 115. WESS.

ead. l. 15. Γάϊος Κοΐντιος) Livio & Faftis Τῖτος eft praenomen. RHOD. Id verum eft. Sed addit Livius L. VII, 22, *quidam Kaefonem, alii Caium nomen Quinctio adiiciunt.* Non ergo prave Nofter. WESS.

Pag. 134. *l.* 2. Μηκύβερναν) Ita oportuit. Vid. ad L. XII, 77. In Olynthios Philippus fuperiore anno movit, hoc vero eofdem fubegit, teftibus Philochoro in Dionyfii ad Amm. Epift. p. 123, & Plutarcho T. II, p. 845 D. fi tamen is vitae Demofthenis auctor. WESS.

ead. l. 9. Εὐθυκράτην τε καὶ Λασθένην) Perftringit perpetua inuftos nota proditores Demofthen. Or. de Cherfon. pag. 59, & de Leg. perper. adminiftr. p. 257, eiufque exemplo Ariftides T. II, p. 252, & Libanius T. I, p. 110. Ipfi Macedones proditores eos vero nomine appellabant: quod quidem aegrius cum ferrent & quererentur apud Philippum, ille σκαιοὺς ἔφη φύσει καὶ ἀγροίκους εἶναι Μακεδόνας, καὶ τὴν σκάφην, σκάφην λέγοντας, prorfus eleganter, in Plut. Apophtheg. pag. 178 B. WESS.

ead. l. 12. Ἐλαφυροπώλησε) Ariftotelem in his auctionibus haftae Philippo flagitiofiffimam operam navaffe, inimici criminabantur. Ἔτι δὲ κατασκαφείσης Ὀλύνθου μηνύειν ἐπὶ λαφυροπωλείου Φιλίππῳ τοὺς πλουσιωτάτους τῶν Ὀλυνθίων Ariftocles in Eufebii Praep. Evang. Lib. XV, 2, p. 792 B. Quae calumniae ipfa temporis ratione profligantur. Ariftoteles hoc anno & fequenti in Myfia morabatur, Hermiae Atarnenfium hofpitio ufus. Ad Philippum vero Archonte Eubulo, aut certe Pythodoro, profectus in Macedoniam eft, teftibus Apollodoro in Diogenis L. V, 9, & Dionyfio Epift. ad Amm. p. 121. WESS.

Pag. 135. *l.* 3. Πολλοὺς μᾶλλον) Rhodomanus πολλῷ μᾶλλον corrigit. Mallem πολὺ, unde πολλοῦ Vatic. natum videtur. WESS.

ead. l. 12. Μάλιστα δ' αὐτοὺς παρώξυνε — Δημοσθένης)

Orationibus Olynthiacis, quas ſuperiore anno recitavit, ceteriſque Philippicis, in quarum iuſtum tempus Dionyſius in ea, quam dixi, ad Amm. Epiſtola inquirit. De legationibus ad commune totius Graeciae contra Philippum miſſis Aeſchin. in Cteſiph. p. 62. WESS.

Pag. 136. *l.* 1. Τοιαύτη φορά τις προδοτῶν ὑπῆρξε &c.) Multo mihi nunc grandius videtur: orationem enim haud parum minuebat adſcriptum γάρ. Sumſit Diodorus colorem ex Demoſthenis Orat. pro Coron. pag. 145, παρὰ γὰρ τοῖς Ἕλλησιν, οὐ τισὶν, ἀλλὰ πᾶσιν ὁμοίως, ΦΟΡΑΝ προδοτῶν, καὶ δωροδόκων, καὶ θεοῖς ἐχθρῶν ἀνθρώπων συνέβη γενέσθαι καὶ τοσαύτην, ὅσην οὐδείς πω πρότερον μέμνηται γεγονυῖαν. Quorum quidem ſi recordatus eſſet L. Rhodomanus, non, puto, vertiſſet, *tam concitatus proditorum impetus*, ſed potius, *tanta ubertas, tantus proditorum proventus.* Parili uſu, ut alios miſſos faciam, AriſtidesT. III, p. 376, κάλλιστον δὲ πάντων κερδῶν ἡ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν φορά. Ceterum catalogum horum proditorum habet Orator in eadem pro Coron. p. 188. WESS.

ead. l. 6. Ὅτι τὰ τοῖς ὅπλοις ἀδύνατα &c.) Uſus his eſt Antonius Meliſſa inter Stobaei Sermones Tit. LV, p. 227 ed. Francof. Pulchre Horatius L. III, Od. 16, 9: *Aurum per medios ire ſatellites, Et perrumpere amat ſaxa potentius Ictu fulmineo — diffidit urbium Portas vir Macedo & ſubruit aemulos Reges muneribus.* Cui Libanium adiunge T. I, p. 85 D. WESS.

ead. l. 10. Ταῖς πονηραῖς ὁμιλίαις διέφθειρε τὰ ἤθη) Vid. ad Lib. XII, 12. Quam vero perditi & ingenioſe nequam plerique regis fuerint ſodales, docebit Demoſthen. Olynth. II, p. 15, & praeter ceteros Theopompus, in Philippo & familiaribus eius traducendis multo acerrimus, apud Athen. L. IV, p. 167 A. & L. VI, p. 260 E. WESS.

ead. l. 12. Ὀλύμπια ποιήσας τοῖς θεοῖς) Eorum inter Macedones princeps auctor rex Archelaus fuit. Ulpianus in Or. περὶ Παραπρ. p. 242, τὰ Ὀλύμπια δὲ πρῶτος Ἀρχέλαος ἐν Δίῳ τῆς Μακεδονίας κατέδειξεν. ἤγετο δ' ἐπ' ἐννέα, ὥς φασιν, ἡμέρας, ἰσαρίθμους ταῖς Μούσαις. Sacra ergo Muſis erant certamina. Hinc lux affulget clariſſima Dioni Chryſoſt. Or. II, pag. 18 C. ἐν Δίῳ τῆς Πιερίας ἔθυον ταῖς Μούσαις καὶ τὸν ἀγῶνα τῶν Ὀλυμπίων ἐτίθεσαν, ὅν φασιν ἀρχαῖον εἶναι παρ' αὐτοῖς· & Philoſtrato de Vit. Apollon. L. I, 35, p. 44, εἰ δὲ θύοι Φίλιππος Ὀλύμπια πόλεις ᾑρηκώς. Reſpiciunt enim uterque hunc agonem. Vide etiam infra L. XVII, 16. WESS.

Pag. 137. *l.* 1. Πολλοῖς μὲν ποτήρια διδοὺς &c.) Putes

ex Demofthene περὶ Παραπρ. p. 230 formatum, quem adi. Wess.

ead. l. 8. Τοῦ δ' εἰπόντος ὅτι βούλεται &c.) Plenius & cultius Satyri memorabilem petitionem exfequitur Orator ead. Or. p. 242, unde & fumfit Liban. T. I, p. 417 C. Wess.

Pag. 138. *l.* 10. Γάϊος Κορνήλιος) In T. Livio L. VII, 23, Λεύκιος. Rhod.

ead. l. 12. Περὶ τὴν ὀνομ. Ὑάμπολιν) Sita erat in ipfo Phocidis ex Theffalia & Boeotia aditu apud Herodot. L. VIII, 28. Plura Iac. Palmer. Graec. Antiq. L. VI, 15. De Boeotorum clade fic Demofth. Or. de Legat. prave geft. p. 232, εἶχον γὰρ (οἱ Φωκεῖς) Ὀρχομενὸν καὶ Κορώνειαν καὶ τὸ Τιλφωσσαῖον, καὶ τοὺς ἐν Νέωσιν ἀπειλήφεσαν αὐτῶν, καὶ ἑβδομήκοντα καὶ διακοσίους ἀπεκτόνεσαν ἐπὶ τῷ Ἡδυλείῳ, καὶ τρόπαιον εἱστήκει καὶ ἱπποκράτουν, καὶ κακῶν Ἰλιὰς περιειστήκει Θηβαίους· ubi Ulpian. vide & mox Noftrum c. 59. Wess.

Pag. 139. *l.* 15. Οἱ δὲ νοσφισάμενοι) Scribe οἱ μὲν νοσφισάμενοι. Rhod.

Pag. 140. *l.* 2. Ἀπέσχετο τῶν ἀναθημάτων) Quid illis ergo fiet, quae fuperius c. 30 perfcripta de Philomelo funt, & in Plut. de Pyth. Orac. pag. 397 F.? Fuit ille fortaffe in contrectandis donariis modeftior fratribus, abfolvi tamen difficulter poterit. Wess.

ead. l. 9. Χρυσᾶς πλίνθους) Vid. Tib. Hemfterhuf. ad Luciani Contempl. c. 12. Diligentiffime laterum horum menfuram & modum exegit Herodotus, Noftro non plane confentaneus, L. I, 50. Ait fuiffe numero ἡμιπλίνθια CXVII, quorum quatuor erant auri puriffimi, ἀπέφθου χρυσοῦ, finguli pondo unius & dimidii talenti: reliqui ex albido auro, binum talentorum pondo. Aequant ergo Herodoteï lateres auri talenta CCXXXII, cuius mihi difcriminis ratio non apparet. Wess.

ead. l. 11. Λέοντα χρυσοῦν καὶ γυναῖκα) Commeminit leonis aurei ibid. Herodotus, quem primitus decem talentorum pondo fuiffe, poftea igne Delphici Apollinis templo confumto, fex talentorum ac dimidii, eliquatis illo incendio tribus talentis & dimidio. Addit, mulieris eius ftatuam auream tricubitalem fuiffe, de cuius dedicatae caufa plura Plutarchus de Pyth. Orac. pag. 401 E. Id vero dubites, velitne auctor, phialas illas CCCLX una cum leone & femina aequaffe auri talenta XXX, an leonem & mulierem id habuiffe pondus? Prius ipfe verborum ordo videtur exigere refque

ipsa, haud sane ferens, ut feminae illud signum auri talenta XXIII excedat. Pro posteriore tamen stabunt fortasse ea, quae auctor de argenti valore mox disputat. WESS.

ead. l. 15. Εὑρίσκεσθαι τάλαντα τετρακισχίλια) Itane vero? Atqui auri potestas ad argentum decupla erat. Pollux IX, 76: τὸ δὲ χρυσίον ὅτι τοῦ ἀργυρίου δεκαπλάσιον ἦν, σαφῶς ἄν τις ἐκ τῆς Μενάνδρου Παρακαταθήκης μάθοι· προειπὼν γὰρ

'Ολκὴν ταλάντου χρυσίου σοι παιδίον
Ἕστηκα τηρῶν. ——

'Επάγει μετὰ ταῦτα περὶ ταυτοῦ λέγων· Μακάριος ἐκεῖνος δεκατάλαντον καταφαγών. Talentum auri, decem talenta Menander vocat. Qua itaque ratione CCLXX auri talenta, aut, si seorsum in summam addideris phialarum CCCLX pondus, CCLXXXII, aequabunt argenti talentorum millia quatuor? Equidem nil video, nisi si alia auri ad argentum proportione Diodorus sit usus: non enim eadem semper, etsi Pollux generalius loquatur, fuisse censenda est. Herodotus certe L. III, 95, χρυσίον τρισκαιδεκαστάσιον, sive *ter decies argento rependendum*, dixit. Atque hoc malim. WESS.

Pag. 141. *l.* 5. Τῶν ἐν τοῖς Περσικοῖς θησαυροῖς &c.) Vide L. XVII, 66 & 71. Egit de donariis Delphici templi, a Phocensibus direptis, copiosius, uti ex Athen. L. VI, pag. 232 A. colligas, Theopompus. WESS.

ead. l. 9. Καὶ τὰ περὶ τὴν ἑστίαν καὶ τὸν τρίποδα &c.) Iisdem paene verbis rem hanc exsequitur Aelian. Hist. Var. L. VI, 9. Mox ἀφήτορος οὐδὸν in Homeri Il. I, vers. 404. Rhodomanus vertit *solum Phoebi, qui spicula torquet*, bene ex Grammaticorum sententia, sed Phocenses ἀφήτορος οὐδὸν explicabant τὸν κατὰ γῆς θησαυρισμὸν, teste Strabone L. IX, pag. 664, qui Onomarchum noctu eas opes effodere aggressum, sed magnis etiam terrae tremoribus fuisse impeditum addit. Tu vide Iac. Perizonii not. ad Aelian. WESS.

Pag. 142. *l.* 8. Μετέσχον δὲ τῆς αἱρέσεως 'Αθ. καὶ Λακεδ.) Confer Pausan. L. III, 10, & IV, 5. WESS.

ead. l. 14. 'Ιφικράτους διατρίβοντος περὶ Κέρκυραν) Eo fortasse tempore, de quo auctor L. XV, 47. WESS.

Pag. 143. *l.* 14. Περὶ τοὺς μεγίστους τῶν θεῶν ἠσεβήκατε) *Quis tulerit Gracchos de seditione querentes?* Διονύσιος ἐξ ἁπάντων τῶν ἐν Συρακούσαις ἱερῶν ἐσύλησε τὰ χρήματα Aelian. Var. Hist. L. I, 20. Et Atheniensibus tamen sacrilegia exprobrat? WESS.

Pag. 144. *l.* 2. Εὐχόμενοι τὸν Ἀπόλλωνα πατρῷον εἶναι) Vid. Io. Meurſium Athen. Attic. L. II, 12, & Steph. Bergler. ad Alciphron. L. II, Ep. 4, p. 264. Frequens is Apollini titulus apud Athenienſes, quippe generis auctori ob Ionem ex Creuſa filium, a quo Athenienſes Iones olim dicti. Ariſtides T. I, p. 169, καὶ τίκτει δὴ τοὺς θεοὺς τήν τε Ἄρτεμιν καὶ τὸν πατρῷον Ἀπόλλω τῇ πόλει· ubi bene Scholiaſtes. Et p. 193, προσλαβοῦσα γὰρ τὸν κοινὸν τῶν Ἑλλήνων ἐξηγητὴν, ἑαυτῇ δὲ πατρῷον Ἀπόλλω τὸν Πύθιον. Adde Demoſthen. pro Coron. p. 163, & Or. in Eubulid. pag. 713, Philoſtrat. Epiſt. XLVI. Wess.

ead. l. 5. Περὶ τῶν μεγίστων ἔτι καὶ νῦν τὸν θεὸν ἐπερωτῶντες) Mittebantur Sparta legati, quibus *Pythiorum* nomen. Οἱ δὲ Πύθιοι, εἰσὶ θεοπρόποι ἐς Δελφοὺς Herodot. Lib. VI, 57; quem quidem titulum aut ab Apolline Pythio, aut a ſciſcitandi ſtudio, πυθέσθαι, ut bene N. Cragius de Laced. Rep. L. II, 9, impetrarant. Erant enim, ſi qui Graecorum, oraculis maxime dediti Spartani: μάλιστα τοῖς μαντείοις προσέχοντες dixit ſupra Noſter L. XIV, 13. Wess.

ead. l. 9. Ὀρχομενὸν καὶ Κορώνειαν καὶ Κορσιὰς) Saepe Demoſthenes Orchomenum & Coroneam a Phocenſibus inſeſſas & a Boeotis ſtudioſiſſime repetitas memorat Orat. de Pac. p. 42, & de Leg. falſ. p. 223 & 230, ubi Κορσιὰς adiungit. Habet eaſdem ex eo loco Harpocration, qui teſtem citat Theopompum. In Stephano Χορσία, ex Pauſania L. IX, 24, ſed cui ea urbs Κορσεία· ut adeo Ethnicographus vitioſum codicem ſit ſecutus. Iſ. Voſſium vide ad Scylac. p. 33. Wess.

Pag. 145. *l.* 2. Καὶ βουλόμενος τὰ Λευκτρικὰ φρον. συστεῖλαι) Orator Aeſchines, qui hoc tempore legatus ad Philippum ierat, renuntiaverat non diſſimilia civibus ſuis, modo fidere liceat eius adverſario Demoſtheni: οὗτος μὲν γὰρ ἔφη Θεσπιὰς καὶ Πλαταιὰς αὐτὸν (Φίλιππον) τειχιεῖν, καὶ τοὺς μὲν Φωκέας οὐκ ἀπολεῖν, τὴν δὲ Θηβαίων ὕβριν ὑμῖν καταλύσειν Or. de Leg. Falſ. p. 223, & Or. pro Coron. pag. 142. Sed haec in ſpeciem erant dicta, utque Athenienſes circumſcriberentur, docente Libanio in Or. eius Argumento. Adde Aeſchinem περὶ Παραπρ. p. 46, & Iuſtinum L. VIII, 4. Wess.

ead. l. 7. Καθ' ἃς ἐστιν Ἀπολλ. ἅγιον ἱερὸν) Apollinis oraculo & donariorum copia templum id inſigne erat. Vid. ad Strabon. L. IX, p. 647, Caſaubon. & Graec. Antiq. L. VI, 15, Iac. Palmerii. Wess.

Pag. 146. *l.* 3. Συνέβη τῆς στιβάδος ἐκκαυθείσης &c.) Σέλινα εἰς τὰς στιβάδας infra c. 80; καὶ ἐκ φυλλάδος στιβάδας ἀποσωρεύσας Longus Paſtor. L. II, p. 78; ἄλλοι δὲ στιβάδας ἔκοπτον ἐκ τῶν δένδρων S. Marcus Evang. XI, 8; e quibus latior vocis uſus apparet. Sed id leve. Quod auctor caſui & fortunae tribuit incendium, id Pauſanias Thebanis: ἐς ὃ (ἱερὸν) ἐν τῷ πολέμῳ τῷ Φωκικῷ βιασθέντας μάχῃ Φωκέων ἄνδρας καὶ ἐς Ἄβας ἐκπεφευγότας, αὐτούς τε οἱ Θηβαῖοι τοὺς ἱκέτας καὶ τὸ ἱερὸν — ἔδοσαν πυρὶ, L. X, 35. WESS.

ead. l. 9. Μάρκον Αἰμίλιον καὶ Τίτον Κοΐντιον) Pro his Livius edit (L. VII, 24) L. Furium Camillum & P. Claudium. Idque Cicero in Catone (cap. 12), & Agellius lib. IX, 11, confirmant. RHOD. Credibile eſt, Diodorum alios eſſe Faſtos ſecutum, monente Pighio ad ann. CDIV, pag. 294. Praenomen Claudii Rhodomanus ſumſit ex Sigonio. Tu vide Arnold. Drakenborch. ad Livii L. VII, 24. WESS.

ead. l. 10. Ἐπὶ δὲ τούτων ὁ Φωκικὸς πόλεμος &c. κατελύθη) Uno anno videtur excedere ſuum numerum calculus Diodori: ſupra enim cap. 14 Agathocle Archonte coepiſſe hoc bellum ait, & duraſſe annos undecim. Sed ex aliis auctoribus videtur conſtare, finitum fuiſſe hoc bellum anno decimo. Pauſanias in Phocicis c. 3: δεκάτῳ δὲ ὕστερον ἔτει μετὰ τὴν τοῦ ἱεροῦ κατάληψιν ἐπέθηκεν ὁ Φίλιππος πέρας τῷ πολέμῳ Φωκικῷ τε καὶ ἱερῷ κληθέντι αὐτῷ, Θεοφίλου μὲν Ἀθήνησιν ἄρχοντος, ὀγδόης δὲ Ὀλυμπιάδος καὶ ἑκατοστῆς ἔτει πρώτῳ, ἣν Πολυκλῆς ἐνίκα στάδιον. Id eſt, *decimo vero anno poſt templi ſacri direptionem, Philippus impoſuit finem bello Phocico & Sacro appellato, Theophilo Athenis praetore, Olympiadis centeſimae & VIII anno primo, qua ſtadium vicit Polycles.* In quo Pauſaniae loco notanda eſt locutio inſolita ὀγδόης δὲ Ὀλυμπιάδος καὶ ἑκατοστῆς ἔτει πρώτῳ. Raro ita loquebantur Graeci de anno primo Olympiadis, ſed dixiſſent Ὀλυμπιάδι ὀγδόῃ καὶ ἑκατοστῇ. Unde colligo, pro ἔτει πρώτῳ legendum eſſe ἔτει τρίτῳ· & ita legendum eſſe omnino me perſuadet & cogit credere Demoſthenes: nam in oratione de falſa legatione p. 227 ait, ex Phocenſium excidio tantum dolorem accepiſſe Athenienſes, ut ex conſternatione moris patrii obliti, neque concilium neque Theſmothetae curam habuerint mittendi θεωρούς, ſacros legatos ad Pythia: unde elicitur, excidium Phocenſium & belli Sacri finem incidiſſe in annum, quo Pythia celebrabantur, quod fiebat tertio Olympiadis uniuſcuiuſque anno, quod quadrat cum Archia Ar-

chonte secundum Diodori calculum: & id notavit Petavius in suo Rationario (Part. 1, Lib. III, 11,) & est nodus vindice dignus. PALM. Durasse Phocicum bellum continuos decem annos, non uno loco Aeschines profitetur Or. de Legat. fals. pag. 45, & in Ctesiph. pag. 74. Idem alii affirmant. Diodorus supr. c. 14 spatium XI illi annorum tribuit, quod Archonte Agathocle turbarum prima nata sint initia, atque ab eo anno Demophilus res Phocensium scribere sit ingressus. Pausanias eodem Archonte sumtum & continuo gestum censuit per decem annos usque ad Praetorem Atheniensium Theophilum, sive annum primum Olymp. CVIII. Male posterius. Nam, quod verissime observavit D. Petavius ex Demosthene, Phocenses a Philippo fracti tum sunt, cum Pythia agerentur. Atqui Pythia exeunte anno secundo tetraëteridos Olympiacae peragebantur. Recte ergo Diodorus finem belli in annum tertium Olymp. CVIII retulit. Par Pausaniae foret ratio, modo ferri posset Palmerii coniectura. Sed non potest. Nam belli initium manifeste illi anno tribuit, qui Archontem habuit Agathoclem, sive Olymp. CV, 4, Lib. X, 2. Ab Agathocle ad Theophilum, quo terminatum ait bellum, anni sunt X. Porro si *ἔτει τρίτῳ* legas, mutandum etiam erit Theophili Archontis nomen: neque enim illi locus est anno tertio Olymp. CVIII, quo eo munere Athenis fungebatur Archias. Iam quod de insolita dictione *ὀγδόης δὲ Ὀλυμπιάδος καὶ ἑκατοστῆς ἔτει πρώτῳ* adiungit, id enimvero permovere illum non debuerat. Ecce iterum Pausaniam L. X, 5, *κατεκαύθη δὲ Ἐρξικλείδου μὲν Ἀθήνησιν ἄρχοντος, πρώτῳ δὲ τῆς ὀγδόης Ὀλυμπιάδος ἔτει καὶ πεντεκοστῆς.* Eadem ibi locutio. Id quoque non optimi commatis, quod de concilio & Thesmothetis ait. Tu vide Ulpianum ad Demosthen. *περὶ Παραπρ.* p. 227. WESS.

ead. l. 14. *Στρατηγὸν ἐπιστήσαντες Ἀρχίδαμον*) Venit & ille in Phocidem, pollicitusque est, angustias se Thermopylarum ita insessurum, modo opportuna sibi loca traderentur, ne qui Philippo transitus pateat. Sed cunctabantur Phocenses, dictitantes *τὰ τῆς Σπάρτης δεινὰ δεδιέναι* in Aeschin. Or. de Legat. fals. p. 45. Paullo aliter in eius. Argumenti Orat. pag. 215 Demosthenes. WESS.

Pag. 147. *l.* 3. *Φάλαικον πάλαι — ἠξιωμένον*) Recte in margine Steph. assignatum est *πάλιν*. RHOD.

ead. l. 6. *Ἐν τῇ Νικαίᾳ διατρίβων*) Hanc & Alponum ac Thronium *τὰ τῶν παρόδων τῶν εἰς πύλας χωρία κύρια* Ae-

ſchines vocat Or. περὶ Παραπρ. p. 45; meminit & Demoſthen. Philipp. II, pag. 46, & Or. in Philippi Epiſt. p. 89, ubi bene Schol. Vid. Iac. Palmerii Graec. Antiq. Lib. V, 2. Ea ergo oppida Phalaecus praeſidio tenebat, ut Philippum tranſitu prohiberet. WESS.

ead. l. 10. Οὗτος μὲν ὑπόσπονδος — ἀνεχώρησε) Eadem Aeſchin. Or. de Legat. falſ. pag. 47. Phalaecus rei militaris uſu defectus in anguſtiis rei pecuniariae poſt tot ſacrilegia verſabatur. Secutae ſunt, ut aſſolet, conductitiorum militum ſeditiones: acceſſerunt amicorum promiſſa haud ſane fida. Atque haec hominem gentemque univerſam peſſum dederunt. Vid. eundem oratorem pag. 45. Alia Iuſtin. L. VIII, 2, ſed parum vero ſimilia. Paratragoediat enim. WESS.

ead. l. 13. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἄνευ μάχης &c.) Rex ipſe literis Athenas miſſis eadem teſtatur apud Oratorem pro Corona p. 140, ſeque urbes, ſponte ſeſe dedentes, praeſidiis occupaſſe, reliquas, quae imperata facere detrectaverant, armis domuiſſe: quod ultimum negat Demoſthenes Or. de Leg. perperam adminiſtrata p. 210: τὸ μηδεμίαν τῶν πόλεων, τῶν ἐν Φωκεῦσιν, ἁλῶναι πολιορκίᾳ, μηδ' ἐκ προσβολῆς κατὰ κράτος· ἀλλ' ἐκ τοῦ σπείσασθαι, πάντας ἄρδην ἀπολέσθαι &c. & p. 226, fortaſſe, ut tanto arctius adverſarium crimine proditorum Phocenſium premeret. WESS.

Pag. 148. *l.* 5. Δύο ψήφους ἔχειν, ἃς πρότερον — εἶχον) Singulae gentes, quibus ſocietas Amphictyonici concilii, bina ſuffragia ferebant, Aeſchine περὶ Παραπρ. p. 43 teſte. Excluſis ob ſacrilegia Phocenſibus, Philippo eiuſque poſteris condonatum id fuit, quod illorum antea fuerat: unde τὰς τῶν Φωκέων ψήφους in Macedonum eſſe poteſtate ſaepe Rhetores indignantur, uti Libanius T. II, p. 685 D. & p. 703, Demoſthen. ſecutus Or. de Leg. falſ. p. 268. Atque hoc quidem nihil obſcuri habet. Difficilius prima fronte videtur, quod de Theſſalis Demoſthen. Or. de Pac. pag. 43, bellum eos cum Phocenſibus cupidiſſime ingreſſos eſſe, ut in concilium apud Thermopylas adſciſcerentur, & duûm Delphis ſuffragiorum compotes fierent: τῆς Πυλαίας ἐπεθύμουν, καὶ τῶν ἐν Δελφοῖς πλεονεκτημάτων, δυοῖν κύριοι γενέσθαι. Atqui Theſſali a prima concilii origine inter Amphictyonas & dignitatem & ſuffragiorum ius habebant, principe propterea loco collocati ab Aeſchine Or. περὶ Παραπρ. p. 43. Quod quidem dubium ut amoliretur, multa diſputavit And. Dounaeus Praelect. in Demoſthen. p. 171, ſed quae damnaſ-

ſet ipſe, ſi recordatus eſſet eorum, quae Anonymus auctor Argumenti in Demoſth. *περὶ Παραπρ.* ita commentatur: *εὔδηλον γὰρ ἐκ τῆς ἱστορίας, ὅτι τῶν μὲν (Θηβαίων) παρείλοντο τὰς δύο πόλεις γειτνιώσας αὐτοῖς. Θετταλοὺς δὲ παρωσάμενοι τὴν Ἀμφικτυονίαν ἅτε ἐν μέσῃ Φωκίδι τῶν ἐν Δελφοῖς ἱερῶν ἱδρυμένην.* Hinc enim conſtat, Theſſalos veteri poſſeſſione fuiſſe a Phocenſibus deiectos & plane exutos, eamque adeo hoc bello, ut Demoſthenes monet, recuperare ſtuduiſſe. Ceterum Phocenſes ſuffragiorum ius, quod hoc tempore amiſerunt, multis elapſis annis ſibi iterum aſſeruerunt, egregia in Gallos, qui duce Brenno Graeciam ac Delphos invaſerant, opera navata, uti a Pauſania docetur L. X, 8. Idem And. Dounaeus admonet, ſed mire fluctuans in Brenno, quem eundem cenſet atque illum, cuius ductu urbs & Capitolium multis ante annis occupata perhibentur. Inconſiderate profecto. Wess.

ead. l. 6. *Τῶν δ' ἐν Φωκεῦσι τριῶν πόλεων περ. τὰ τείχη*) Haec ſunt obſcuriſſima, & ſequentibus parum congrua. Iubent Amphictyones poſt pauca omnes Phocenſium urbes ſolo aequari. Sunt quoque cunctae everſae ex decreto, teſte Pauſan. L. X, 3. Quare Demoſthenes Or. de Leg. falſ. p. 230, non tantum *ὅλων τῶν τειχῶν καὶ πόλεων ἀναίρεσιν* per Phocidem indignatur, ſed cum Delphos pergeret, vidiſſe ait ibid. p. 212 *οἰκίας κατεσκαμμένας, τείχη περιῃρημένα, χώραν ἔρημον τῶν ἐν ἡλικίᾳ.* Et pag. 268, *τὰ τῶν συμμάχων τῶν ὑμετέρων Φωκέων τείχη κατεσκάπτετο. Θηβαῖοι δ' ἦσαν οἱ κατασκάπτοντες.* Quid dicemus? An *τείχη munitiones* eſſe, non moenia? Ita nodum ſolvi poſſe, Barbeyracius Hiſtor. Foed. Part. I, p. 226, cenſuiſſe videtur. Sed qui urbes omnes disiectas & everſas volunt, illoſne plerarumque munitionibus peperciſſe credemus? An trium praecipuarum & opportunarum, *τῶν ἐπικαιροτάτων*, quod Pletho de ſuo admenſus eſt vocabulum, muros eſſe peſſumdatos? ut reliquorum moenia, tanquam perpetuum poenae Phocenſium monumentum, durarent. Id ſequar: niſi ſi qui libri praeferant *τῶν δ' ἐν Φωκεῦσι δύο καὶ εἴκοσι πόλεων* &c. Namque eo nihil verius. Viginti enim & duae Phocenſium erant urbes, quae omnes, unis fortaſſe Abis exceptis, everſae ſunt. *Καὶ δύο καὶ εἴκοσι πόλεις πιστεύσασαι διῳκίσθησαν* Libanius inquit T. I, p. 107, & ante eum Demoſthen. Or. de Leg. falſ. p. 226, ne quid de Pauſaniae citato loco dicam. Wess.

ead. l. 14. *Καὶ μετοικίσαι εἰς κώμας*) Pauſanias dicto loc.

τότε δὲ κατεσκάφησαν αἱ κατειλεγμέναι (*Φωκέων πόλεις*) *καὶ εἰς κώμας — ᾠκίσθησαν*. Propterea Demostheni Phocenses *διῳκισμένοι κατὰ κώμας* Or. *περὶ Παραπρ*. p. 216. Wess.

Pag. 149. *l.* 3. *Τιθέναι δὲ καὶ τὸν ἀγῶνα τῶν Πυθίων Φίλιππον* &c.) In caussis belli Sacri, a Philippo in Phocenses sumti, recenset Demosthen. Or. de Pac. p. 40, *καὶ τὰ Πύθια θεῖναι δι' ἑαυτοῦ*, *ut Pythiorum ludorum moderator esset & praeses*. Id obtinuit confecto bello, estque satis expeditum. At quid sibi volunt, *διὰ τὸ Κορινθίους μετεσχηκέναι τοῖς Φωκεῦσι τῆς εἰς τὸ θεῖον παρανομίας*, *quod Corinthii in scelerati facinoris Phocensium consortio fuerunt?* Viri eruditi, quibus exscribere & illustrare libuit hoc Amphictyonum decretum, Ant. van Dale Differt. de Concil. Amphictyon. pag. 440, & Barbeyracius Hist. Foeder. P. I, p. 227, intacta transmittunt. Mihi multo difficillima semper sunt visa. Nam quae illa ratio, Philippum cum Thessalis & Thebanis Pythiorum fore praesidem, quod Corinthii socii Phocensium in sacris fuerint legundis? Corinthiine praeter ceteros Pythiorum ante hoc tempus fuere moderatores? Atqui certamen erat *κοινὸν τῆς Ἑλλάδος*, ut dicit Philipp. III, p. 69, Demosthenes. Praesides Amphictyones. *Πρώτην ἐπὶ ταῖς δέκα ἐτίθεσαν Πυθιάδα Ἀμφικτύονες* Pausan. L. VIII, 18, p. 636. Inde *ἐν Πυθίοις Καλλίστρατος τῶν Ἀμφικτυόνων ἐπιμελητὴς* tibicinem quendam, quod serius venisset, nomen profiteri non est passus apud Plut. Sympos. L. VII, 5. Ludi ipsi *τῶν Ἀμφικτυόνων ἆθλοι* in inscriptione, de qua Pausan. L. X, 7. Itaque nihil praecipuum in ludorum dispositione Corinthiis. Porro accusantur sacrilegii, proptereaque excluduntur, qui nusquam inter Phocensium adiutores nominatim ab auctore sunt recensiti. Quid? eo nomine si Corinthii fuerunt mulctandi, cur Lacedaemonii hoc decreto sine noxa dimittuntur? qui tamen Phocensibus in primis auxilio fuerunt, in praedam partemque sacrae pecuniae vocati. Immo vero soli illi Dorico ex genere Amphictyoniae possessione ob illud crimen sunt deiecti. *Φωκέων δὲ τὸ ἔθνος καὶ ἐκ τοῦ Δωρικοῦ Λακεδαιμόνιοι μετασχόντες ἐπαύσαντο Ἀμφικτυονίας* Pausan. L. X. 8, p. 816. Hoc amplius, indignatur Demosthenes Philipp. III, p. 69, Philippum ludis Pythiis praesidere, & *προμαντείαν τοῦ θεοῦ* sibi sumere, depulsis Atheniensibus, Doriensibus, & Thessalis, ceterisque Amphictyonibus: *τίθησι μὲν τὰ Πύθια, τὸν κοινὸν τῶν Ἑλλήνων ἀγῶνα, κἂν αὐτὸς μὴ παρῇ, τοὺς δούλους ἀγωνοθετήσαντας πέμπει· — ἔχει δὲ καὶ τὴν προ-*

μαντείαν τοῦ θεοῦ, παρώσας ἡμᾶς καὶ Θετταλοὺς καὶ Δωριέας καὶ τοὺς ἄλλους Ἀμφικτύονας. Qui quidem, si Amphictyones cura ludorum Pythiorum fuissent decreto prohibiti, haud sane tacuisset. Quare, ut verba compendifaciam, sic censeo, sententiam Amphictyonicam non esse integram, & haud pauca ante διὰ τὸ Κορινθίους &c. desiderari. Succurrere potuisset Demosthenes, a quo δόγμα hoc Amphictyonicum Or. περὶ Παραπρ. pag. 211 recitatum fuit, modo integrum orationi inseruisset. WESS.

ead. l. 8. Καταπετροκοπῆσαι) Verbum elegans, sed nusquam mihi lectum. Arma Phocensibus fuisse ademta, non praeteriit Demosthen. de Legat. fals. p. 216. Porro de combustis armis quod additur, satis illustraverunt viri docti Freinshem. & Duker. ad Flori L. II, 4, 5. WESS.

ead. l. ult. Οὐ μόνον δόξαν εὐσεβείας &c.) Pulchre Iustinus L. VIII, 2: *Incredibile quantum ea res apud omnes nationes Philippo gloriae dedit. Illum vindicem sacrilegii, illum ultorem religionum: quod orbis viribus expiari debuit, illum qui piacula exigeret exstitisse. Dignum itaque, qui Diis proximus haberetur, per quem Deorum maiestas vindicata.* Adde Demosthen. Or. de Pac. p. 42. WESS.

Pag. 150. *l.* 13. Ἀρχιτέκτων τῆς καταλήψεως) Ita ἀρχιτέκτων τῶν κακῶν in Excerpt. Vales. p. 305. *Princeps & architectus sceleris* in Or. Ciceron. pro Cluent. c. 22. De voluntaria Philomeli nece supr. c. 31. WESS.

Pag. 151. *l.* 3. Κατακοπεὶς ἐσταυρώθη) Vid. huius lib. c. 35, & de Phaylli tabe c. 38. WESS.

ead. l. 12. Μετὰ τὴν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας φυγὴν) Atqui fide accepta liber discessit, nulla constrictus captivitate c. 60. Itaque aut supervacanea praepositio est, aut laxius accipiendum αἰχμαλωσίας vocabulum. WESS.

ead. l. ult. Τέσσαρας ἔχων ἡμιολίους) Infra L. XIX, 65, ναῦς ἡμιολίας vocat, firmans scriptorum Codd. lectionem. Sed leve id & paene arbitrarium est. Quae vero fuerint ἡμιολίαι, & qua amplitudine, post sollicitam virorum doctorum inquisitionem non apparet certo. Vide sis Cl. Salmasium Observ. in Ius Att. & Rom. c. 28, pag. 703, & Io. Scheffer. Milit. Nav. L. II, 2. WESS.

Pag. 153. *l.* 8. Τοὺς Κνωσσίους) Hoc melius, & mox Κνωσσόν. Sic enim solet auctor. Vid. L. V, 77. WESS.

ead. l. 13. Τοῖς δὲ Λυκτίοις ἐκ τῆς πατρίδος &c.) Erant Cnossiis & Lyctiis, ut saepe vicinis, perpetuae inimicitiae, qua-

rum finis idem, qui Lyćti: neque enim positae sunt, nisi Lyćto eversa, ut Polyb. Lib. IV, 54, & Strabo L. X, pag. 734, testantur. Implorant autem Lyćtii Spartanos, quod eorum essent coloni, sicuti ibid. Polybius, & eo prior Aristoteles Politic. L. II, 8, indicant. Porro Λύκτος & Λύκτιοι scripti libri: antiquissimum tamen nomen Λύττος & Λύττιοι, ut apud Homerum & Polybium inque nummis. Sita urbs erat loco celsiore: τὸ vero ἄνω καὶ ὑψηλὸν vocabant λύττον, auctoribus Hesychio & Stephano. Vid. Ez. Spanh. ad Callim. H. Apoll. v. 33. WESS.

Pag. 154. *l.* 10. Μετὰ δὲ ταῦτα ὁ μὲν Ἀρχίδαμος &c.) Meminit expeditionis Strabo L. VI, pag. 429 B. quae multo serius contigit. Auctor una serie eorum calamitates exsequitur, qui sacrilegii bellique Sacri fuerant participes. WESS.

ead. l. 14. Κατὰ δὲ τὴν πρὸς Φωκ. συμμαχίαν μόνην βλασφημούμενος) Illustrabit haec Pausanias L. III, 10. Vid not. ad c. 24. WESS.

ead. l. 16. Ἐβασίλευσε — ἔτη τρία πρὸς τοῖς εἴκοσι) Convenient numeri, si repetas ab Archonte Nicophemo, sub cuius praetura Agesilaus in reditu ex Aegypto obiit supr. L. XV, 93, finiasque in Archontis Chaerondae magistratu, quo Archidamus, re infeliciter gesta, in Italia occubuit. Vid. huius lib. c. 89. WESS.

Pag. 155. *l.* 1. Ἔτη πεντεκαίδεκα) In his annis vitium inest. Regnavit post patris Archidami obitum per annos IX, ut bene infra c. 89. Decessit contra Antipatrum pro Graeciae libertate depugnans apud Pausan. L. III, 10, Archonte Athenis Aristophonte, quemadmodum in Nostri L. XVII, 63, perscriptum est. Peccatum acceptum referri debet scribae nimiae diligentiae. Ab Archia praetore, cuius in praefectura mortem Archidami auctor obiter memorat, ad Aristophontem anni abierunt ferme quindecim. Id hominem in errorem induit. WESS.

ead. l. 10. Ἐν οἷς ἦν — Φάλαικος) Ad obsessam Cretae Cydoniam, quod incolae pecuniam conferre recusarent, exstinctum esse Phalaecum, significat quoque Pausanias L. X, 2. WESS.

ead. l. 13. Ὑπὸ τῶν Ἠλείων φυγάδων) Seditionem, qua sub hoc tempus Elei συγγενεῖς αὐτῶν καὶ πολίτας μιαιφονεῖν instituerunt, tangit Demosthenes Or. περὶ Παραπρ. p. 256, culpam facinoris in Philippum invidiose conferens. WESS.

Pag. 156. *l.* 13. Ἡ μὲν γὰρ τὸν τῆς Ἑλένης γεγενημένον &c.)

Rem eandem ex Demophilo commemorat Athen. L. VI, p. 232 A. Wess.

ead. l. 15. Ἡ δὲ τὸν τῆς Ἐριφύλης &c.) De fatali hoc monili Apollodorus Bibl. L. III, 7, 7, p. 186, & Athen. cit. loc. Abstulit id Phayllus, donoque misit Aristonis Oetaei uxori, quam amabat. Mulier, postquam aliquot in annos eo sese iactaverat, incensa a *minore filio*, sed furore correpto, domo, una cum aedibus deflagravit. Sic Parthenius Erot. c. 25. At Plut. de Ser. Num. Vind. p. 553 D. Aristonem ipsum, permittentibus Tyrannis, detractum id monile uxori misisse: filium vero matri quibusdam ex causis iratum domo ignem subiecisse, eamque pariter cum matre exussisse: discrimine haud magno. Wess.

Pag. 157. *l.* 7. Καὶ μεγάλην βασιλείαν) H. Steph. non dubitat, quin μεγίστην Diodorus scripserit: cui non refragor. Vide huius libri initium, & Exc. Valef. p. 338. Wess.

ead. l. 12. Καὶ τυραννίσι πολλαῖς καὶ μεγάλαις) Si addixissent schedae veteres, bina ultima induxissem. Solet enim auctor πολλὰς καὶ ποικίλας frequenter connectere, omissis ceteris. Vid. L. XVII, 13. Rhodomani non alia est sententia. Ceterum pressi fuerant Syracusani post Hipparini necem Nysaei, sic enim scripsit Plutarchus, & sua aetate legit Gemist. Pletho, tyrannide, quo deiecto redierat in pristinam possessionem Dionysius, cum maxime bello petitus ab Hiceta, dominationi itidem inhiante. Haec ex Plut. princip. Timoleont. Wess.

Pag. 158. *l.* 2. Τιμολέοντα Τιμαινέτου) Τὸν Τιμοδήμου Plut. Timol. p. 277 A. uter melius, non temere affirmavero. Wess.

ead. l. ult. Ἀεὶ καὶ μᾶλλον) Vid. not. in L. XI, 23. Wess.

Pag. 159. *l.* 1. Περιπατῶν κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀπέσφαξε) Aliter Corn. Nepos Timol. c. 1: Timoleon *fratrem tyrannum interficiendum curavit. Ipse non modo manus non attulit, sed ne adspicere quidem fraternum sanguinem voluit;* quicum consentit Plut. Timol. p. 237 E. Wess.

Pag. 160. *l.* 2. Διεβεβαιώσαντο γὰρ, ἐὰν μὲν &c.) Teleclidi, civitatis principi, dictum hoc Plut. tribuit, id praeterea docens, inter Timophanis caedem & imperium hoc Timoleonti traditum intercessisse ad viginti annos. Vide Timol. eius p. 238 E. Wess.

ead. l. ult. Εὐβούλου) Vide Sylburg. ad Dionysii Dinarch. pag. 116. Wess.

Pag. 161. *l.* 1. Μάρκον Φάβιον καὶ Σερούϊον Σουλπίκιον) Hos quadriennio post edit Livius L. VII, 28. RHOD. Secutus & hic Diodorus alios est Fastos. Conf. Pigh. ad ann. CDVIII. WESS.

ead. l. 6. Τέσσαρας τριήρεις πληρώσας) Totidem illi naves ad hanc expeditionem dat Plut. Timol. p. 239 C. Aristoteles Rhet. ad Alexand. sect. 9, pag. 181, dumtaxat novem. WESS.

ead. l. 14. Προηγεῖτο λαμπὰς καομένη κατὰ τὸν οὐρανὸν) Thrasybulo, in Atheniensium tyrannos moventi ex Phyla, simile sese prodigium obtulit. Clemens Alexandrinus Stromat. L. I, p. 418: τῷ Θρασυβούλῳ νύκτωρ — πῦρ ἑωρᾶτο προηγούμενον. ὅπερ αὐτοὺς ἀπταίστως προπέμψαν κατὰ τὴν Μουνυχίαν ἐξέλιπε. Quin & *Aeneam, ex quo de Troia egressus est, Veneris per diem quotidie stellam vidisse, donec ad agrum Laurentium veniret*, ex Varrone refert Servius in Aeneid. L. I, 386. Quorum ego hoc fabulosum, illud dubiae fidei, certe nusquam alibi memoriae proditum, opinor. Fax, qua de Diodorus, etsi causis naturalibus tribui possit, eiusdem videtur generis, fortasse etiam ex Timaeo, qui Timoleontis gestas res mirifice extulit, Polybio teste Excerpt. p. 1399, sumta. Nollem quidem certe admotam illustrandae stellae, qua duce magi Christum venerati sunt, ut Sacris in Nov. Test. Observationibus factum video. Cautius multo Camp. Vitringa Observat. L. V, 16. WESS.

Pag. 162. *l.* 2. Αἱ θεαὶ προήγγειλαν) Hoc malui, quippe opportunius. Vide Plutarchum Timol. p. 239 D. WESS.

ead. l. 9. Εἰς τὸ Μεταπόντιον) Sic Graeci, quos pressius secutus interpres erat. Latini *Metapontum* vocare solent. Conf. Ph. Cluver. Ital. Antiq. L. IV, p. 1277. WESS.

Pag. 163. *l.* 8. Πρὸς Ἱκέταν τὸν τῶν Συρακ. δυναστεύοντα) Fuit ex Dionis amicis, cuius tamen familiae non constanter favit, ut ex Plut. extrema Dion. vita cognosces. Callippo interfecto, cum Hipparinus & dein Nysaeus tyrannide Syracusanos premerent, rediret etiam Dionysius, visus est dominationi Tyrannorum inimicissimus, sed revera id animo agitans, ut patriam eiusque libertatem pessum daret. Docet idem Plut. princip. Timol. Ad eum referunt Syracusanorum nummos, ΕΠΙ ΙΚΕΤΑ inscriptos, in Thes. Brand. T. I, p. 387, & Parutae Tab. XXXV &c. qui alius & longe quidem serioris sunt: neque enim hic de Syracusanis ita promeritus est, nedum urbem imperio tamdiu subditam vi-

dit, ut ſuum in honorem tot nummi procuderentur. De altero Hicera auctor L. XXII, Eccl. 2 & 6. Wess.

ead. l. 11. Ἄννωνα στρατηγὸν) Plut. Magonem copiis Punicis ducem imponit, parti claſſis Hannonem, Timol. p. 244 & 245 B. Wess.

Pag. 164. *l.* 3. Καμπανοὶ) Vid. L. XIV, 9, 61, ubi & Aetnae Campani. Quorum quidem ſi memores fuiſſent viri docti, poſſeſſione non deieciſſent Campanos, de quibus Plut. Dion. pag. 969 F. Wess.

ead. l. 7. Οἱ δὲ τὴν Γαλερίαν πόλιν οἰκοῦντες) Γαλαρίαν & ſtatim Γαλαρινῶν praeſtat. Sic auctor L. XIX, 104, ſic alii. Vid. Ph. Cluver. Sicil. Ant. L. II, p. 330. Wess.

Pag. 165. *l.* 1. Περὶ τὸ Ὀλύμπιον) Ita L. XIII, 6, ubi vide. Ὀλυμπίειον alioqui recipi potuiſſet. Wess.

Pag. 166. *l.* 10. Περὶ τοὺς ἐγκαθέτως δημηγοροῦντας) Conf. Plut. Timol. p. 240. Ἐγκαθέτως *ſubdole* atque *inſidioſe*. Namque ἐγκάθετοι, qui ſubornantur ad fraudem, apud Ioſeph. L. II Belli Iud. c. 2, 5, S. Lucam Evang. c. XX, 21, & Demoſthen. Epiſt. 4. Wess.

Pag. 167. *l.* 2. Ἀνδρόμαχος) De eo huius lib. c. 7. Wess.

ead. l. 6. Ἐπὶ τοὺς Ἀδρανίτας) Vid. not. L. XIV, 37. Wess.

ead. l. 14. Πλείους τῶν τριακοσίων) Verum hoc praeſtabit Plut. Timol. p. 241 E. Wess.

Pag. 168. *l.* 5. Μάρκον Οὐαλέριον καὶ Μάρκον Πόπλιον) Hi conſulatum L. Furii Camilli & P. Claudii in Livio ſubſequuntur. Et hoc Capitolinis Tabulis confirmatur. Eſt autem is M. Valerius, qui ex ſingulari pugna cum Gallo *Corvi* cognomen accepit. Alterum non Πόπλιον, ſed Ποπίλλιον Livius nominat. Rhod. Eadem hic, quae ſupra, Faſtorum diſcrepantia. Vid. Livium L. VII, 26, & Pighium ad ann. CCCVII. Πόπλιον in Ποπίλλιον mutavi, quod ſchedae veteres haud multum a vero deflecterent. Wess.

ead. l. 8. Πρὸς Καρχηδονίους πρῶτον συνθῆκαι ἐγένοντο) Cum Carthaginienſibus legatis Romae his Conſulibus foedus ictum, cum amicitiam ac ſocietatem petentes veniſſent, docet Livius L. VII, 27. Foederis formulam ſervavit Polyb. L. III, 24. At primum hoc Romanos inter & Carthaginienſes coaluiſſe, negat idem Polyb. c. 22, aliud, quod ſtatim a regibus exactis convenerat, exhibens. Vide Barbeyracii Hiſt. Foeder. P. I, p. 75 & 222. Wess.

ead. l. 11. Ἄδα ἡ ἀδελφὴ καὶ γυνὴ) Eadem Strabo Lib. XIV, pag. 970 B. Conf. infra c. 75. Wess.

Pag. 169. *l.* 2. Τιμολέοντος δὲ τὰ λοιπὰ τῆς πόλεως &c.) In his longe diverſus abit Plut. Timol. p. 242, Timoleonti Inſulam ipſumque tyrannum Dionyſium pactione tradens. Conſentit Ariſtoteles Rhet. ad Alex. c. 9, p. 181. Wess.

ead. l. 8. Μάμερκος ὁ τῶν Καταναίων τύραννος) Reddidi Tyranno verum nomen ex Corn. Nepote & Plutarcho, obſecutus Lambino ad Nep. Timol. c. 2, Iſ. Caſaubono in Polyb. L. I, pag. 125 ed. Gron. aliiſque eruditorum pluribus. Wess.

Pag. 170. *l.* 2. Περιγενόμενος τῶν πολεμίων) Hoc vero congruum eſt. Carthaginienſium enim duce turpem fugam ingreſſo, Timoleon Hicetam eiuſque milites, quos adverſarios habebat, fudit, urbemque occupavit, Plut. Timol. p. 246. Wess.

ead. l. 7. Διαφορὰν ἀμετάθετον ἔχων) Ἰσχυρὰν πίστιν καὶ ἀμετάθετον L. I, 23; ἀμετάθετον ὠμότητα & ἔχθρὰν ἀμετάθετον L. XIII, 21; ὀργὴν ἀμετάθετον huius lib. c. 95; & νόμους ἀμεταθέτους c. 83; τὸ ἀμετάθετον τῆς βουλῆς in Ep. ad Hebr. VI, 17, ubi Raphelius ex Polybio nonnulla, reperies. Wess.

Pag. 171. *l.* 3. Πυθοδότου) Sic oportet. Πυθόδοτον vocant Demoſthen. Or. in Olympiodor. p. 652, ubi in vetuſtis ſchedis ſimilis diſcordia, Dionyſius in Dinarcho pag. 116, & Epiſt. ad Amm. p. 121, & Diogen. Laërt. V, 9. Correxit & Scaliger. Wess.

ead. l. 11. Καὶ κατεβίωσιν ἀπορούμενος ἐν Κορίνθῳ) Aelianus Hiſt. Var. L. VI, 12: Αὐτὸς δὲ (Διονύσιος) ἐν πενίᾳ μυρίᾳ κατέστρεψε τὸν βίον γηραιός· quibus non diſſimilia L. IX, 8. Quid? eo paupertatis devenit, ut Corinthi literas doceret. Demetrius Phaler. περὶ Ἑρμ. Sect. CCLII: πτωχεύει ἐν Κορίνθῳ (Διονύσιος) διδάσκων γράμματα. Philo Iud. de Ioſeph. p. 545 B. Διονύσιος — ἐκπεσὼν δὲ τῆς ἡγεμονίας εἰς Κόρινθον καταφεύγει, καὶ γραμματιστὴς ὁ τοσοῦτος ἡγεμὼν γίνεται. Mitto Ciceronis, Pompeii Trogi, Valerii Maximi, Luciani, aliorumque ſcriptorum loca, quae nuper anteſtatus eſt, & contra Heumannum, literarium hunc ludum a Dionyſii perſona amolientem, dextre defendit Frid. Guil. Roloffius illis Diſſertationibus, quibus Dionyſii tyranni fata complexus eſt. Wess.

ead. l. 14. Τετρακοσίας τριήρεις) Conf. not. in huius lib. cap. 9. Wess.

Pag. 172. *l.* 3. Τὰς μὲν κατὰ τῆς νήσου &c.) Scribendum eſſe τὴν νῆσον, bene monuit Rhodomanus. Timoleon enim

arcem Syracusis, quam in insula munierat Dionysius ad urbem obsidendam, a fundamentis disiecit: cetera tyrannidis propugnacula demolitus est, deditque operam, ut quam minime multa vestigia servitutis manerent, Cornelio Nep. Timol. c. 3, & Plutarcho p. 246 E. auctoribus. WESS.

ead. l. 7. Τὰ περὶ τῶν ἰδ. συμβ. δίκαια &c.) Distinctius haec traduntur inferius c. 83. WESS.

ead. l. 10. Ἣν Ἀμφιπολίαν Διὸς Ὀλυμπίου — καλοῦσι) Sunt ἀμφίπολοι administri & sacerdotes, cuiusmodi ἀμφίπολος Ἀπόλλωνος apud Plut. Quaest. Graec. pag. 297 A. & Η ΔΙΟΣ ΑΜΦΙΠΟΛΟΣ ΧΕΛΕΙΔΩΝ in lapide Doniano pag. 558. Optime ergo Cicero L. II Verr. 51: *Syracusis lex est de religione, quae in annos singulos IOVIS SACERDOTEM sortito capi iubebat: quod apud illos amplissimum sacerdotium putatur.* Vid. Havercampum ad Parutae nummos p. 308. A Syracusanis hoc sacerdotium in Melitam insulam transiisse credibile fit. Nam Prudens ΠΡΩΤΟΣ ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ ΑΡΞΑΣ ΚΑΙ ΑΜΦΙΠΟΛΕΥΣΑΣ ΘΕΩ ΑΥΓΟΥΣΤΩ in Gruteri Thes. pag. 388, 4, & Reinesii Cl. V, 7, ex simili sacerdotum genere fuit, sicuti Ignat. Georgius Inspect. Anticrit. de S. Pauli naufragio IV, Diatrib. I, p. 183, erudite ostendit. WESS.

Pag. 173. *l.* 3. Ἔτη πλείω τῶν τριακοσίων) Conveniunt anni. Debent coloniae ius Imp. Augusto. Vid. supra c. 7, & ad L. XIII, 35. WESS.

ead. l. 5. Τὰς ἐπὶ Θρᾴκῃ πόλεις) Ἐπὶ Θρᾴκης, ut Demosthen. Or. de Cherson. p. 63, ubi harum urbium & Cersobleptae, in ordinem a Philippo redacti, commeminit, & Aeschines Or. περὶ Παραπρ. p. 29, & in Ctesiphont. p. 63, tum rex Philippus Epist. ad Athenienses apud Demosthen. pag. 93. WESS.

Pag. 174. *l.* 6. Διῆλθε χρόνον ἐτῶν πεντήκοντα) Haec vera esse non poterunt, si Theopompus cum ipso tyrannidis Dionysianae principio exorsus fuerit: incidit ea in annum tertium Olymp. XCIII, a qua ad hunc annum abierunt plus sexaginta. Vidit & hoc Ionsius de Script. Hist. Philosoph. L. I, 9, 3. Porro XLI, XLII, XLIII, libri Hist. Philipp. Theopompi ex Nostri testimonio res Siculas complectebantur, & tamen ex L. XXI, & L. XXXIX ac XL, talia citat Athenaeus L. VI, p. 261 A. tum L. X, p. 435 F. quae Dionysium maiorem eiusque familiam praecipue tangunt. WESS.

ead. l. 8. Ἄχρι τῆς τρίτης καὶ τεσσαρακοστῆς) Ad historiae complementum & ad huius anni gesta addi potest ex

Demosthene in oratione contra Olympiodorum p. 652, οἱ δὲ Ἀθηναῖοι στρατιὰν εἰς τὴν Ἀκαρνανίαν πέμπουσι ὑπὸ ῥητόρων πεισθέντες. PALM.

ead. l. 11. Μάρκον Πόπλιον) Consulem alterum ex Tab. Capitolinis restitue Γάιον Ποιτήλιον. RHOD. Ποιτήλιον sine dubio verum erat, quod citra aliquam librorum auctoritatem refingere non sustineo. Livium adi L. VII, 27. WESS.

ead. l. 12. Ἀρύμβας ὁ τῶν Μολ. βασιλεὺς ἐτελεύτησεν) Varie scribunt regis nomen. Pausaniae Lib. I, 11, modo Ἀρύββας, modo Ἀρύμβας est. Apud Plut. princ. Vit. Pyrrh. Ἀρύβας, in Iustino Lib. VIII, 6, *Arrybas*. Demosthenes Olynth. I, p. 5, eumque secuti Ulpianus & Harpocration, Ἀρύμβαν, sicuti Diodorus, appellant. Mortuo successisse Alexandrum negat Iustinus, sed regni possessione a Philippo deiecto. WESS.

Pag. 175. *l.* 6. Πρὸς πόλιν Ἔγγυον) Vid. not. ad L. IV, 79, & de Leptine, urbis tyranno, Plut. Tim. p. 247 F. WESS.

ead. l. 8. Τοῖς δ' Ἐγγυΐνοις) Praeivit corrigenti Venet. sed parum adiutus. Τὸ γὰρ ἐθνικὸν Ἐγγυῖνος, ὡς Ῥηγῖνος, apud Stephanum: propterea *Enguini* in Ciceronis Verrin. L. IV, 44. Conf. Ph. Cluverii Sic. Antiq. L. II, 11, p. 365. WESS.

ead. l. 15. Ἐνδεικνύμενος τοῖς Ἕλλησι &c.) Non dissimilia de hoc Timoleontis studio Plut. Timol. p. 248 A. WESS.

Pag. 176. *l.* 3. Εἰς τὰς τῶν ξένων μισθοδοσίας) Elegans aeque est εἰς τὰς τῶν ξένων μισθαποδοσίας. Utitur, etsi alia sententia, divinus auctor Epist. ad Hebr. c. II, 2, & XI, 26. Nil tamen mutare volui, quod μισθοδοτεῖν Noster atque alii saepe de mercede & stipendio adhibeant. Utar solo Philone Iud. ut auxilium illi, quo eget, feram. Μισθοδοτήσας τοὺς ἀλειφοβίους καὶ φωνομαζεῖν εἰωθότας, οἱ τὰς καταβοήσεις ὥσπερ ἐπ' ἀγορᾶς πιπράσκουσι scribit de Isidoro lib. in Flacc. p. 985 A. At qui tandem illi ἀλειφόβιοι καὶ φωνομαζεῖν εἰωθότες; vertunt, *conducta opera hominum aliena quadra viventium*. Haec equidem intelligo, non item Graeca. Scripseris τοὺς ἀλειφομένους καὶ φωνασκεῖν εἰωθότας, *conducta eorum opera, qui se aliosque inflammant & clamorem exercent*, neque ad sententiam quidquam desiderabitur. Firmat ipse Philo, ἀλείφειν & ἀλείφεσθαι hoc usu terens, ut L. I Vit. Mos. p. 648, & in Flacc. p. 966 A. tum Leg. ad Cai. p. 997 E. & praeter cetera vetus liber, quem Canterus adhibuit. Atque haec, etsi extrinsecus, non tamen intempestive videor hoc loco monuisse. WESS.

Pag. 177. *l.* 2. Πολλαὶ δὲ ἐπ. πόλεις σπεύδουσαι πάλιν παραληφθ.) Aufer πόλεις & πάλιν. Rhod.

ead. l. 5. Ἀγεννῶς τὸν πόλεμον διοικοῦντας) Magonem, qui ſibi ipſe mortem conſciverat, in crucem Poeni ob rem peſſime geſtam egerunt, Plut. Timol. p. 247 B. ſuffeceruntque eius in locum Aſdrubalem & Hamilcarem ibid. pag. 248 B. Wess.

ead. l. 15. Γάϊον Μάρκιον &c.) Livius L. VII, 28, ſuperioris anni conſulibus ſucceſſores dat M. Fabium & Ser. Sulpicium, quos auctor ante hos quatuor annos urbi impoſuit c. 67, neſcio quos Faſtos ſecutus. Wess.

Pag. 178. *l.* 1. Κατεπολέμησε Κλείταρχον) Putes ex Plut. Phocion. p. 746 F. Πλούταρχον eſſe legendum: hunc enim Phocion auxilio arceſſitus Eretria & tyrannidis poſſeſſione evertit. Sed ſalva res eſt. Meminit eius expeditionis Demoſthen. Or. de Pac. p. 40, quam Archia Archonte recitavit. Itaque prior eſt hoc anno, & plane alia. In Plutarchi locum ſuffectus deinde Philippi opera eſt Clitarchus, docente eodem Philipp. III, pag. 72, & Or. de Coron. p. 147, contra quem Phocion cum maxime copias duxit. Wess.

ead. l. 3. Πηξώδορος) Ab Arriano (L. I, 24,) non Πηξώδορος, nec Πιξώδαρος hic nominatur, ſed Πηξόδαρος. Scribit enim, Πηξόδαρος δὲ τὴν μὲν ἐκβάλλει τῆς ἀρχῆς, αὐτὸς δὲ κατεῖχε τὰ πράγματα. Intellige autem per τὴν ipſam Adam. Steph. Videtur ex hoc loco emergere dubium, ſi cum alio Diodori loco conferatur infra p. 574. (L. XVII, 24.) Nam ibi Cteſicle Archonte Adam ab Alexandro reſtitutam fuiſſe ait. Sed videtur hic Pexodorus ſic annos ſeptem dominatum Cariae tenuiſſe, non quinque, ut hic ponitur. Sed ſolvit dubium Strabo L. XIV, pag. 970, & Arrianus L. I, 24; ex illis enim diſcimus poſt mortem Pexodori quendam Perſam Satrapam rerum potitum fuiſſe neglecta Ada. Ceterum alii Πιξώδαρον, ut Plutarchus & Strabo, alii Πηξώδαρον, ut Arrianus, vocant hunc Carem. Palm. Πιξώδαρος) Sic ſcripſi ex veſtigiis diſcrepantium Codd. ob ΠΙΞΩΔΑΡΟΥ huius nummos in Theſ. Brandenb. T. III, p. 15, & Ez. Spanhem. Diſſert. VIII de Numiſm. p. 529. Fratrum Mauſoli & Idriei natu erat minimus, quod praeter Diodorum teſtatur Strabo. Vide Beger. & Gronov. in Arrian. L. I, 24. Wess.

ead. l. 11. Ὑπεραίροντας πολὺ τῶν κατὰ &c.) Mallet fortaſſe quis τοὺς κατὰ Πέρινθον πύργους, ut plerumque ſolent Graeci. Sed intercedit auctor c. 84, οἶκος — τῶν κατὰ τὴν

Σικελίαν ἔργων ὑπεραίρων τῷ μεγέθει. Et L. XX, 29, ἐλέπολιν, ὑπεραίρουσαν πολὺ τῷ μεγέθει τῶν πρὸ αὐτῆς γενομένων. WESS.

ead. l. 14. Ὑπορύττων ἐπὶ πολὺ, μέρος &c. κατέβαλεν) Non admodum placet ἐπὶ, quod si cum ipsa distinctione procul abiret, non equidem indignarer. Quisque intelligit, quorsum ὑπορύττων spectet, ut c. 76, τοῖς κριοῖς τύπτων τὰ τείχη συνεχῶς κατέβαλλεν. WESS.

Pag. 179. *l.* 7. Καταπέλτας) Reddidi Diodoro ex libro, quem Stephanus vidit. Nam post συμμαχίαν quid opus erat καὶ πελταστὰς adiungere? Tela & catapultae socia sunt. WESS.

Pag. 180. *l.* 7. Ὁ βασιλεὺς, ὑφορώμενος) Persam intelligi, apertissimum est. Meminit auxilii, ab Ocho Perinthiis ipso in tempore submissi, Demosth. Or. ad Philippi Epist. p. 89, & Arrian. L. II, 14. WESS.

ead. l. 13. Ὁμοίως δὲ καὶ Βυζάντιοι) *Tum tua res agitur, paries cum proximus ardet.* Hoc movit Byzantios. Accessit artissimum foedus, quo συγγενεῖς ipsi mutuo συμπολιτείας iure gaudebant. Vid. Polyb. L. XVII, 2, & Demosthen. pro Coron. p. 151. WESS.

Pag. 181. *l.* 3. Καὶ διὰ τῶν ὀξυβελῶν ἀνείργων τοὺς &c.) *Et missilibus ferratis urbicos depellens*, interpres. Ego, etsi ὀξυβελεῖς tela grandiora subinde dici norim, *catapultis* mallem. Solet auctor ὀξυβελεῖς καταπέλτας & saepissime ὀξυβελεῖς vocare, quemadmodum & Iosephus Belli Iud. L. II, 19, 9. Prius dabit etiam Philo in Belopoic. p. 89, & ὀξυβελὲς ὄργανον p. 56. WESS.

Pag. 182. *l.* 2. Ἐπί τινος αὐχένος ὑψηλοῦ χεῤῥονήσου) Conf. Plin. L. IV, 11, & Ammian. L. XXII, 8, & quae adscripta sunt Itiner. Antonin. p. 323. WESS.

ead. l. 9. Διοικοδομοῦντες γὰρ τοὺς στενωποὺς) Not. in L. XIII, 56, adi. Sequentia verterat interpres, *superiores subinde domos loco muri insidebant,* nescio quid secutus: nam Steph. margo & Venet. illi non favent. Ego in vulgato acquiesco. WESS.

Pag. 183. *l.* 2. Αὐτὸς προσέπεσεν ἄφνω τῷ Βυζαντίῳ) Sumtum in Byzantios Archonte Nicomacho bellum a Philippo fuisse, Demosth. Philipp. IV, p. 86, quam hoc anno peroravit, & Dionys. Epist. ad Amm. pag. 123, ostendunt. De eo Iustinus L. IX, 1. WESS.

ead. l. 10. Ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς τῶν Ἡρακλειδῶν καθόδου)

Vide L. IV, 1, & Ger. Io. Vossium de Hist. Graec. L. I, 7. WESS.

ead. l. 16. *Μέχρι τῆς Φιλίππου τελευτῆς*) Disputavimus hac de re ad huius lib. c. 14. WESS.

Pag. 184. *l.* 4. *Ἀντικλῆς ὁ Ἀθηναῖος*) Reddi victor hic debet Eusebii Catalogo, unde excidit. De consulibus huius anni Livius L. VII, 28. WESS.

ead. l. 5. *Ἀθηναῖοι μὲν ἔκριναν τὸν Φίλιππον* &c.) Theophrasto Archonte, pacem, quae Philippum inter & Athenienses post Olynthum captam coaluerat, dissociatam fuisse, Philochorus itidem docet in Dionysii Epist. ad Amm. p. 124. Signifer & fax Demosthenes erat, qua re sese iactat Or. pro Coron. p. 152. Adde Plut. in Demosth. p. 853 D. WESS.

ead. l. 7. *Δύναμιν ναυτικὴν ἀξιόλογον ἐξέπεμψαν*) Classi praefectus fuit Phocion, ut ex Plut. Phoc. p. 748 A. constat, qui navibus CXX Byzantios & Perinthios periculo, quod urgebat, expedivit. Ipsi propterea in decreto, quo gratum animum Atheniensibus profitentur, *βοηθήσας* (*ὁ δᾶμος τῶν Ἀθηναίων*) *πλοίοισιν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι, καὶ σίτῳ, καὶ βέλεσι, καὶ ὁπλίταις, ἐξείλετο ἄμε ἐκ τῶν μεγάλων κινδύνων*, in Demosthen. Or. pro Coron. p. 151. WESS.

ead. l. 13. *Καὶ πρὸς Ἀθηναίους* &c. *συνέθετο τὴν εἰρήνην*) De hac pace licet dubitare: nam & Demosthen. Or. in Philippi Epist. quam cum maxime dixit, cives suos bello accendit, utque ceteros Graecorum incitent, cohortatur, & Philochorus in Dionysii ad Amm. Epist. pag. 124 locuples testis est, hoc & sequenti anno continuatum fuisse bellum. Itaque si ea coaluit, quod auctor affirmat, & Demosthenes innuit Or. pro Cor. p. 170, paucorum fuit mensium, quorum spatio Scythas Philippus invasit, & afflixit, docente Iustino L. IX, 2. WESS.

Pag. 185. *l.* 4. *Ναῦς δὲ μακρὰς μὲν διακοσίας*) Sic optime. Vide Plutarchum Timol. p. 248 B. WESS.

Pag. 186. *l.* 5. *Οὐ πλείους τῶν μυρίων καὶ δισχιλίων*) Plutarchus illi ad VII millia dat, magno discrimine: quod genus, cum numeris absolvatur, haud infrequens. Eccum tibi Polyaenum, Carthaginiensium exercitum, qui Diodoro & Plutarcho LXX millium numero non inferior, quinquaginta dumtaxat millibus aequantem, Strateg. L. V, 12, 3. WESS.

Pag. 187. *l.* 6. *Ἐναποκυβεύων ταῖς τῶν μισθοφόρων ψυχαῖς*) Non illi quidem invenuste. *Scilicet, ut Turno contingat regia coniux, Nos, animae viles, inhumata, infletaque turba*

Sternamur campis. Dictum est, ut apud Polybium L. II, 63, διότι δεῖ τὴν ταχίστην ἐκκυβεύειν τοῖς ὅλοις. Et L. III, 94, οὐδαμῶς κρίνων ἐκκυβεύειν, οὐδὲ παραβάλλεσθαι τοῖς ὅλοις. Tum quod propius abest, παραβάλλεσθαι καὶ κυβεύειν ἐν τῷ βίῳ apud Suidam in Κύβος. Conf. Gataker. ad Anton. L. I, 8. WESS.

ead. l. 12. Μόγις, πολλὰ &c.) Ante μόγις desiderari videtur ὁ Τιμολέων. RHOD.

Pag. 188. *l.* 10. Ὑπέμνησε δὲ τῆς Γέλωνος εὐημερίας) Copiose describitur L. XI, 22. WESS.

ead. l. 12. Ὑποζυγίων σέλινα κομιζόντων) Res militibus plerisque parum videbatur fausta, quod nexis ex apio coronis mortuorum sepulcra ornare moris esset: τὰ μνήματα τῶν νεκρῶν εἰώθαμεν στεφανοῦν σελίνοις Plut. Timol. p. 248 D. Unde & apium ἱερὸν τῶν καταχθονίων in Schol. ad Pindari Olympion. Od. XIII, 45, & si qui id portarent, οὐ χρηστὸν σύμβολον occurrentibus praebebant, quemadmodum Timaeus apud Plut. Sympos. L. V, 3, p. 676 D. innuit. WESS.

ead. l. 14. Τὸν γὰρ Ἰσθμιακὸν στέφανον ἐκ σελίνου συνίστασθαι) Vide P. Fabri Agonist. L. II, 23. Pinea corona Plutarchi aetate & Aeliani, cui propterea πίτυς Ἰσθμικὴ de Anim. L. VI, 1, Isthmionicae donabantur, sed hoc tempore ex apio, arido tamen, ut a Nemea, quae ex viridi concinnabatur, differret. Docet Plutarchus dicto loco, & Schol. Nicandri Alexiph. v. 605. WESS.

Pag. 189. *l.* 15. Καὶ τῶν Φοινίκων τῷ πλήθει περιχεομένων) Vitium animadvertit Augustin. Bryanus ad Plut. T. II, p. 570 ed. Londin. περικεχυμένων refingens, quod nimium. Lenior medicina, quam adhibui, auctore probante in Excerpt. Vales. p. 402 περιεχέοντο τὰς πολεμίας ναῦς. Plura ad L. XIII, 51. WESS.

Pag. 190. *l.* 10. Καὶ τῶν ἁρμάτων ἅμα τούτοις φυρομένων) Lege φερομένων. RHOD. Ferri φυρομένων potest, etsi ἀναμὶξ praecesserit. Solent alioqui haec verba permisceri. Exempli causa: Philoni Iud. tribuuntur eo libro, quo deter. potiori insidiari solere disputat pag. 169 D. πάντα διὰ πάντων συγχέουσι καὶ φέρουσι. Dederat ipse καὶ φύρουσι, quemadmodum de Agricult. p. 206 A. ἔδει γὰρ μὴ φύραι καὶ συγχέαι. Et de Leg. Spec. p. 809 D. πάντα φύρων καὶ συγχέων. Putares eiusdem Philonis in Flacc. p. 984 E. ὄχλον ἀσύντακτον καὶ πεφορημένον convertendum esse in πεφυρμένον· nisi vetaret ipse, p. 989 D. πλῆθος ἀσύντακτον καὶ πεφορημένον,

& Leg. Cai. p. 1009 A. μιγάδα καὶ πεφορημένον ὄχλον edens. Ne vero opineris eodem in luto omnia illa adhaerefcere, dixit συμπεφορημένας καὶ συγκεκριμένας οὐσίας de Sacrif. Abel. p. 148 D. συμφορητὸν ὄχλον Dionyfius Halicarnaffeus T. II, p. 185; φύσιν συμπεφορημένην Maximus Tyr. Diff. XVII, 7, ubi D. Heinfium, συμπεφυρμένην corrigentem, exemplorum cumulo redarguit Davifius. Wess.

Pag. 191. *l.* 1. Διὰ τὰς ἐν τῷ ῥείθρῳ δυσχερείας) Hinc non recedo, etfi δυσχωρίαι patrocinium e Plut. Symp. L. V, p. 680 B. habere poffint. Polybii δυσχέρεια τῶν τόπων L. X, 26, vulgatum tuebitur. Wess.

ead. l. 6. Τὸν ἱερὸν λόχον) Iteratur eius mentio L. XX, 10. Similem Thebanorum cohortem alias vidimus. Wess.

ead. l. 11. Οὐκ ἐλάττους τῶν μυρίων) Plerorumque librorum confenfus hoc requirebat. Plutarchus de captorum numero paullo diverfa fcribit Timol. p. 250 D. Wess.

Pag. 193. *l.* 3. Συντόμως ὑπελ. ἥξειν) Poffes συντόνως. Sed non multo diverfum συντόμως. Polyaen. L. V, 2, 22, διαπλεύσας εἰς τὴν πατρίδα καὶ συντόμως ἐπανελθὼν ἀφίξομαι. Conf. Mof. Solanum ad Plut. Demet. p. 433, T. V ed. Lond. & adfcripta Noftri L. I, 95. Wess.

ead. l. 4. Εὐθὺς δὲ Γέσκωνα τὸν Ἄννωνος) Vide Plut. Timol. p. 251 A. ubi haec operofius & diftinctius. Haud vero fcio, idemne hic Gifco fit, de quo Polyaen. L. V, 11. Porro adfcripferat H. Stephanus: *Alii fcriptores* Γίσκωνα *nominant, & fortaffe Diodorus quoque ita fcripfit:* quam obfervationem perpetui ufus non effe, praeter Polyaenum docebunt Polyb. L. I, 70, & Plut. Timol. p. 251 A. Wess.

Pag. 194. *l.* 1. Μάρκος Ῥουτίλιος) Γάϊος Μάρκιος Ῥουτίλιος dicebatur, atque ita in Diodoro fcribendum cenfuit L. Rhodomanus. Mihi, Μάρκιος fi legatur, bona omnia videntur. Livium infpice L. VII, 38. Wess.

ead. l. 10. Τῆς ἰδίας παρανομίας ἔπαθλον, τοι. συμφορᾶς ἔτυχον) Conftructio infolentior eft. Legeris τῆς — ἐπάθλου — ἔτυχον, recte decurret oratio. Sin, explenda ita erit: τοιαύτης συμφορᾶς ἔτυχον, ἥ τις ἦν &c. De clade horum conductitiorum & facrilegorum militum paria prodidit Plut. Timol. p. 250 F. & de Ser. Num. Vind. p. 552 F. Wess.

ead. l. 12. Ποστούμιον τὸν Τυῤῥηνὸν) Tyrrhenufne domo, an tyrannus fuerit Poftumius, non dixero. Nomen hominis Latinam quidem originem praefert, nihil amplius. Itaque veterum fchedarum difcordia aliunde diiudicanda eft. Wess.

Pag. 195. *l.* 4. Τὸν δὲ Λύκον καλούμενον ποταμὸν) Non aliter Plut. Timol. p. 252 D. Prave tamen. Verum esse τὸν δὲ Ἄλυκον, dudum ostendit Ph. Cluverius Sic. Antiq. L. I, pag. 219. Conf. not. in L. XV, 17. Wess.

ead. l. 7. Τὸν μὲν Ἱκέταν καταπολεμήσας ἔθαψε) Concisam sententiam, nec satis apertam, explanabit Plut. Timol. p. 252 A. Victus, captus, & Syracusas pertractus est Hicetas, atque una cum filio tyrannidis & proditionis poenas capite luit. Wess.

ead. l. 13. Τοὺς κατὰ τὴν νῆσον τυράννους ῥιζολογήσας) Simillimum in Excerpt. Valef. p. 341, καὶ τοὺς κατὰ τὴν Μακεδονίαν ῥιζοτομήσας, οἷα τὸν Περσέα. Placet utriusque linguae scriptoribus hoc genus, ἀπὸ τῶν ῥιζοτόμων translatum. Herodot. L. VI, 86, pag. 360, ἐκτέτριπταί τε πρόῤῥιζος ἐκ Σπάρτης. Andocides Or. de Myst. p. 19, ἀλλ' οἴχεται πᾶν πρόῤῥιζον (τὸ ἡμέτερον γένος.) Iosephus Iud. Belli L. VII, 8, p. 430, πρόῤῥιζος ἐκ βάθρων ἀνήρπασται. Phaedrus III, 10, 49, *a radicibus non evertisset scelere funesto domum*: ubi vide Burmannum. Paullo diversum est, sed originem declarans, hoc Philostrati Vit. Apoll. L. VI, 26, εἴτ' ἐν πάσῃ τῇ γῇ φύεται (τὸ φάρμακον) ῥιζοτομούσης αὐτὸ σοφίας ἐκ τῶν ἑαυτῆς κήπων. Wess.

Pag. 196. *l.* 4. Εἰς μὲν τὴν Συρακουσίαν) Sic statim εἰς τὴν Ἀγυριναίαν & εἰς τὴν Καμαριναίαν. Plut. Timol. p. 251 D. ὁ Ἱκέτης ἐμβαλὼν εἰς τὴν Συρακουσίαν· quod in τὴν Συρακουσίων ut mutaretur a viro docto, causa gravis haud erat. De novis colonis idem Plut. ibid. p. 247. Wess.

ead. l. 7. Οὓς συνέγραψε Διοκλῆς) Vid. de Diocle L. XIII, 33 & 35. Mox περὶ τῶν ἰδιωτῶν συμβολαίων etsi quo modo defendi possit non ignorem, libens in τῶν ἰδιωτικῶν converterem. Namque ita ipse supr. c. 72 de Timoleonte, καὶ τὰ περὶ τῶν ἰδιωτικῶν συμβολαίων δίκαια &c. διέταξε. Et Exc. Valef. p. 413, χρηματίζων — περὶ τῶν ἰδιωτικῶν συμβολαίων. Tu si malis, admitte τῶν ἰδίων συμβ. ex Reg. & confer ἀγῶνας περὶ τῶν ἰδίων συμβολαίων ex Isocratis Panegyr. non longe ab initio, & Or. de Permutat. princip. Wess. Τῶν ἰδιωτικῶν πραγμάτων Scaliger itidem maluit. Idem *in Addend.*

ead. l. 12. Κέφαλος ὁ Κορίνθιος) Collegam illi adiungit Dionysium Plut. Timol. p. 248 A. Wess.

Pag. 197. *l.* 7. Καὶ καρπῶν ἡμέρων ἄποροι) Magis proprie diceretur ἄφοροι, & fortasse ut Diodorus scripsit. Steph. Adstipulor Stephano. Vide not. in L. III, 50. Wess.

Pag. 198. *l.* 1. Οἶκος ὁ ἑξηκοντάκλινος ὀνομαζόμενος) Sic σκηνὴ ἑκατοντάκλινος Lib. XVII, 16; οἶκος ἑκατοντάκλινος Athen. L. XII, p. 538 C. οἶκος πολύκλινος Heliodor. Aeth. V, p. 232. Ridiculum Mirabellae de hac domo errorem perstrinxit Iac. Bonanus Syrac. Antiq. L. I, 6, 121, falsus tamen ipse, cum domum hanc, quam auctor Insulae clarissime tribuit, inter ea recenset, quorum finiri locus non potest. WESS.

ead. l. 5. Ἐπισημασίας ἔτυχεν) Τῆς παρανομίας τυχούσης ἐπισημασίας παρὰ τοῦ δαιμονίου infra L. XX, 102. Vide not. in L. V, 3, & IX, 45. WESS.

ead. l. 10. Τό, τε κατὰ τὴν ἀγορὰν Ὀλύμπιον) Hoc aut Ὀλυμπιεῖον praestat. Conf. Lib. XIII, 6. Erat in ea urbis parte, quae Achradina: *in qua*, inquit Cicero in Verr. L. IV, 53, *forum maximum, pulcherrimae porticus, ornatissimum Prytaneum, amplissima est curia, templumque egregium Iovis Olympii.* WESS.

ead. l. 11. Καὶ ὁ πλησίον τοῦ θεάτρου βωμὸς) Theatrum maximum Neapolis, sive quarta Syracusanae urbis pars, habebat, Cicerone eodem loco indice: cuius etiam vestigia cum maxime durant. Vide Mirabellam de Syrac. sit. p. 70, 126. Id miror, eum iuxta cum Bonano memorabilem hanc aram silentio praeteriisse, cui non multo dissimilis fuisse videtur ea Iovis Olympii, de qua Pausanias L. V, 13, pag. 400. WESS.

ead. l. ult. Μετὰ τὸ τῶν Συρακουσίων) Addidi articulum ex Reg. schedis: luxa enim & defecta verborum structura erat, quod Rhodom. non fugit. Solet autem auctor Agyrinensium suorum res cupide attingere, ut τροφεῖα patriae rependeret. WESS.

Pag. 199. *l.* 6. Χαρώνδου) Non aliter Plut. T. II, p. 842 F. Aeschin. Or. de Legat. fals. p. 50 ἐπὶ Χαιρώνδου, & Demosth. Or. de Coron. p. 143 & 149, ubi tamen scripti Codd. ἐπὶ Χαιρωνίδου, quomodo Dionysius in Dinarch. p. 116, quod idem, sed plenius. WESS.

ead. l. 11. Διόπερ ἄφνω καταλαβόμενος Ἐλάτειαν πόλιν) Phocidis urbium maxima erat Elatea, & loco ad Boeotiam invadendam prorsus opportuno, Strabone teste L. IX, p. 639 C. & 649 A. Plura Iac. Palmer. Graec. Antiq. L. VI, 15. Occupata autem urbs est superiore anno, si non fallit Philochorus apud Dionysium Epist. ad Amm. p. 124, quod non puto. Nam Theophrasto Archonte bellum in Amphis-

ſenſes Amphictyonum decreto mandatum eſt Philippo, quod geſſit Lyſimachide praetore, quando & Elateam occupavit. Qua re Athenis cognita, ſumma conſternatio omnes inceſſit, ſuaſoreque Demoſthene legati Thebas ſunt miſſi. Vid. Aeſchin. in Cteſiph. p. 69. WESS.

Pag. 200. *l.* 4. Τούς τε σαλπιγκτὰς μετεπέμποντο) Vide Demoſthenem Or. pro Cor. p. 168, has turbas Atticaeque civitatis conſternationem cultiſſimis verbis deſcribentem. WESS.

ead. l. ult. Ὁ δὲ καταβὰς) *Qui ſuggeſtum conſcendens* vertit Coſpus, unde eum ὁ δὲ ἀναβὰς legiſſe opinor, quod citra dubium melius. Καταβαίνειν oratores dicuntur, cum ex ſuggeſtu oratione dicta abeunt, ἀναβαίνειν & ἀναβαίνειν ἐς τὸ βῆμα cum in roſtra, ut multitudinem alloquantur, eſcendunt. Vid. Demoſth. Or. pro Cor. p. 170 & 175. WESS.

Pag. 201. *l.* 1. Παραχρῆμα πρέσβεις ἀποστέλλειν εἰς τὰς Θήβας) Decretum ea occaſione conditum, quo omnia haec clarius declarantur, habet Demoſth. Or. pro Cor. p. 170. WESS.

Pag. 202. *l.* 14. Διαβεβοημένος ἐπὶ τῇ — δεινότητι) Lucianus Necyom. c. 6, μετὰ πολλῶν, καὶ σοφῶν, καὶ σφόδρα ἐπὶ συνέσει διαβεβοημένων· ubi egregie Hemſterhuſius, huius loci non oblitus. Similiter L. XVII, 6, καί τινος τῶν Καδουσίων ἐπ' ἀλκῇ καὶ ἀνδρείᾳ διαβεβοημένου. Python, domo Byzantius, dicendi ſcribendique egregia facultate excellebat, ut Demoſth. Or. de Halon. p. 51, & Aeſchin. Or. περὶ τῆς Παραπρ. p. 44, indicant. Vid. Olearium ad Philoſtr. Vit. Apollon. L. VII, 37. WESS.

Pag. 203. *l.* 5. Καὶ πολλῷ ῥέοντι καθ' ἡμῶν) Oportuit ὑμῶν. Audiamus Oratorem in ea pro Coron. p. 162: τότε ἐγὼ μὲν τῷ Πύθωνι θρασυνομένῳ καὶ πολλῷ ῥέοντι καθ' ὑμῶν οὐκ εἶξα, οὐδ' ὑπεχώρησα. Quod Demoſthenis dictum inſecuti ſcriptores ſaepe memoraverunt, Plut. Demoſt. pag. 849 F. Demetrius Phal. περὶ Ἑρμην. Sect. 286, Tzetzes Chil. VI, p. 358. Et tamen ad id ſubinde offenſum fuit. Libanius T. I, p. 405 D. εὑρηκέναι μοι δοκῶ, δι' ἃ ἐμοῦ φείδεται τῷ Πύθωνι ῥέοντι καὶ θυμὸν συναντιφέροντι, πρὸς τὸ πῦρ συνηγώνισμαι. Sic Morellus, vertens, *inveniſſe mihi videor cauſas, ob quas mihi ignoſcat cum Pythone lubrico* &c. Prorſus abſurde. Diſtinguendum fuerat poſt φείδεται. Sed in Morello hoc non praeter morem: vide eiuſdem Liban. p. 456. Quid dices de Oleario? qui Pythonem θρασυνόμενον καὶ πολὺν ῥέον-

τα in Philostr. Sophist. Prooem. p. 482 mutat in πολὺ ῥέοντα. Quid de viris doctis? qui Clementis Alexandr. Protrept. pag. 39 de superstitione increscente, ἀλλ' εἰς ἐπίδοσιν ἐλθοῦσα, καὶ πολλὴ δὴ ῥυεῖσα, refingunt καὶ πολὺ δὴ &c. Novi sane Philon. Iud. de Profug. pag. 453 E. τὸν φαῦλον πολὺ ῥέοντα κατ' ἀρετῆς, & Plut. Alcibiad. pag. 202 C. πρὸς τὸν Ἀλκιβιάδην ὅλως ἐῤῥύη. Quae ut ferri possunt, ita vis arcenda a ceteris fuerat. Eleganter Horat. L. I, Sat. 7, 28: *Tum Praenestinus salso multoque fluenti Expressa arbusto regerit convicia*, ex egregia Bentleii, quem adi, coniectura. WESS.

ead. l. 11. Οὐκ ἐλάττους τῶν δισχιλίων) Solet auctor πλείω & ἐλάττω, si tamen ipse eius scripturae architectus, nonnunquam adverbiorum loco collocare: hoc tamen ex Reg. recipere consultius est visum. WESS.

Pag. 204. *l.* 7. Οὐδὲν διέφερε τῶν τυχόντων ἰδιωτῶν) Vid. supr. L. XV, 95. Notant hominis segnitiem & rapacitatem Aeschin. de Legat. fals. p. 37, & Plut. Phoc. p. 747 F. WESS.

ead. l. 10. Ἀντίπαιδα τὴν ἡλικίαν ὄντα) Attigerat Alexander aetatis annum XIX; nam, cum pater Byzantium obsidione premeret, XVI erat annorum, si Plutarcho fides Alex. p. 668 E. WESS.

Pag. 205. *l.* 10. Πρῶτος τὸ συνεχὲς τῆς τῶν πολεμίων &c.) Sacram Thebanorum cohortem invasit primus & disiecit apud Plut. Alex. pag. 668 F. WESS.

Pag. 206. *l.* 4. Πλείους τῶν χιλίων &c.) Non admodum dissentiunt Lycurgus Or. in Leocrat. p. 168, Demades Or. fragmento p. 179, & Pausan. L. VII, 10. In defunctos etsi patrio ex more Demosthenes laudationem recitarit, plerique tamen omnes a Philippo sunt terrae mandati. Vid. Excerpt. Valef. p. 338. WESS.

ead. l. 8. Τρόπαιον στήσας) Vid. supr. c. 4, & Iac. Gronov. ad Arrian. L. I, 17. WESS.

ead. l. 13. Διὰ μέσων τῶν αἰχμαλώτων ἐβάδιζεν &c.) Inter alia vino gravis iecit in Demosthenem, & cum risu recitavit initium Psephismatis, quod is paullo ante composuerat, Δημοσθένης Δημοσθένους Παιανιεὺς τάδ' εἶπεν. Docet Plut. Demosth. pag. 855 A. Corripuit autem victorem non Demades tantum, sed & Diogenes. Philostratus Vit. Apoll. L. VII, 1, p. 280, ὁ μὲν (Diogenes) εὐθὺ Χαιρωνείας ἥκων ἐπέπληξεν ὑπὲρ Ἀθηναίων Φιλίππῳ, περὶ ὧν Ἡρακλείδης εἶναι φάσκων, ἀπώλλυ ὅπλοις τοὺς ὑπὲρ ἐκείνων ὅπλα ἠρμένους. Quae vertit vir doctus: *ille quidem statim post pugnam Chaeroneam*

accedens, Philippum propter Athenienses graviter obiurgavit: (de quibus Heraclides dicebat, armis perdidit ob arma sua elatos.) Mire profecto! An εὐθὺ Χαιρωνείας est *statim post pugnam Chaeronensem*, sic enim scribere voluit? Et quis ille Heraclides? Sententia Philostrati est: Diogenem recta Chaeroneam properasse, Philippumque ob profligatos Athenienses corripuisse, quod cum Heraclides, sive *unus ex Herculis posteris*, dici vellet, eos armis conficeret, qui pro Heraclidis olim arma induerant. Haec sunt aperta & veteri historiae congrua. Id addere debeo, περὶ ὧν per eo loco esse incommodum, virumque doctissimum videri in eas angustias compulisse: mallem equidem abesset, aut eius in sedem ἔτι commigraret; quod tamen absque librorum patrocinio decernere non sustineo. WESS.

Pag. 207. *l.* 6. Ὥστε τοὺς μὲν στεφάνους ἀποῤῥίψαι) Vide Aelian. Hist. Var. L. XIII, 1, cum Perizonii nota, & Lamb. Bos. Exercit. Philol. in Epist. S. Paulli ad Rom. XIII, 13. Alia de Philippo Iustinus L. IX, 4. WESS.

ead. l. 13. Ἄνευ λύτρων) Ipse Demades in Or. fragm. p. 179, δισχιλίους γὰρ αἰχμαλώτους ἄνευ λύτρων, καὶ χίλια πολιτῶν σώματα, χωρὶς κήρυκος, καὶ τὸν Ὠρωπὸν χωρὶς πρεσβείας λαβὼν &c. Liberati Athenienses cum victores incusarent, reddique sibi vestes & stragula postularent, οὐ δοκοῦσιν ὑμῖν Ἀθηναῖοι νομίζειν ἐν ἀστραγάλοις ὑφ᾽ ἡμῶν νενικῆσθαι; non sine risu Philippus inquiebat in Plut. Apophthegm. p. 177 E. WESS.

Pag. 208. *l.* 4. Καὶ δώδεκα μὲν ἔτη τὰς προσόδους &c. διοικήσας) Verius erit πεντεκαίδεκα ἔτη. Per continuos enim XV annos civitatis Atticae quaestor fuit. Ταμίας γὰρ ἐγένετο ἐπὶ τρεῖς πενταετηρίδας Plut. in Lycurg. p. 841 B. quo quidem munere quanta integritate & diligentia sit perfunctus, grati profitentur in Psephismate Athenienses, νόμους τε πολλοὺς καὶ καλοὺς ἔθηκε τῇ πατρίδι, καὶ γενόμενος τῆς κοινῆς προσόδου ταμίας τῇ πόλει ἐπιτρέπει (leg. ἐπὶ τρεῖς) πενταετηρίδας &c. quae ex Plut. p. 852 A. peti debent, & Pausan. L. I, 29, cui ex eo civitatis Atticae decreto clarissima lux accendi posset, si id agendi tempus esset. WESS.

ead. l. 6. Πικρότατος ἦν ἐν τοῖς λόγοις κατήγορος) Vid. Henr. Valesium ad Ammian. Marcell. L. XXII, 9, optime docentem, ab hoc Lycurgo oratore viros in administranda republica & iure dicendo severos *Lycurgeos* & *Lycurgis tristiores* fuisse dictos. WESS.

ead. l. 8. Ἐν οἷς τοῦ Λυσικλέους κατηγορῶν) Lycurgi Or. κατὰ Λυσικλέους citat Harpocration in Ἐπὶ Δηλίῳ & Λεμβάδεια. Vid. Io. Meurf. Lect. Attic. L. III, 3. Id paene neglexeram, a Polyaeno copiarum Atticarum in Chaeronensi proelio ducem appellari *Stratoclem* L. IV, 2, 2; quo etsi nomine civem sibique aequalem memoret Aeschin. Or. περὶ τῆς Παραπρ. pag. 30, erroris tamen Polyaenum haud absolvo. WESS.

Pag. 209. *l.* 6. Ὅτε συνέβη καὶ αὐτὸν ἀναιρεθῆναι τὸν Ἀρχίδαμον) Id verissimum. Addere potuisset, Archidamum sepulturae honore caruisse: petentibus enim Tarentinis & bene multam pecuniam offerentibus interfecti corpus Lucani negarunt, apud Athen. L. XII, pag. 536 D. referente Theopompo. Consentit Pausanias, eam illi poenam ab Apolline ob sacrilegii cum Phocensibus societatem impositam fuisse significans L. III, 10, p. 230, & L. VI, 4. WESS.

ead. l. 9. Ἦρξεν ἔτη ἐννέα) Vid. ad huius lib. c. 64. WESS.

ead. l. 12. Ὁ ἀδελφὸς Διονύσιος) Pro ἀδελφὸς legitur etiam ὁ υἱὸς, quam lectionem nec in margine nec in textu posui, quod falsam esse ex Memnone compererim, cuius haec sunt verba in iis, quae a me excusa sunt ex eius historia fragmentis (c. 4,) ὁ δὲ Τιμόθεος παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν, οὕτω ταύτην &c. Paullo post ἐφ' οἷς καὶ τὸν ἀδελφὸν Διονύσιον τά τε ἄλλα πατρικῶς περιεῖπε καὶ κοινωνὸν μὲν εἶχε αὐτίκα τῆς ἀρχῆς, ἐχομένως δὲ καὶ διάδοχον. STEPH. Dionysium Timothei fuisse fratrem, Clearchi filium, Nymphis apud Athen. L. XII, p. 549 A. confirmat. De tyrannidis annis non convenit Memnoni cum Diodoro: dat illi XXX, Noster ἔτη δυσὶ πλείω τῶν τριάκοντα, quod dictum videtur, ut ἔτη λείποντα δυσὶ τῶν τριάκοντα L. I, 5. WESS.

Pag. 210. *l.* 4. Ὑπὲρ τῆς εἰς τὰ ἱερὰ γενομένης παρανομίας) Vid. ad lib. XI, 29, & B. Brisson. de Reg. Perf. L. II, 30, p. 363. WESS.

ead. l. 8. Διόπερ ἐν Κορίνθῳ) Non dissimilia Iustin. L. IX, 5. WESS.

Pag. 211. *l.* 10. Τιμολέοντα τιμᾶν ἐτήσιον) Haec sequentibus non respondent, & flagitiose sunt corrupta. Fuisse puto Τιμολέοντα Τιμαινέτου υἱὸν, Κορίνθιον τόνδε, θάπτειν, aut, si hoc nimium putetur, τοῦτον δὲ θάπτειν. Auctorem do Plut. extrema Vit. Timol. ubi Syracusanorum decretum editur: Ὁ δῆμος τῶν Συρακουσίων Τιμολέοντα Τιμοδήμου, Κορίνθιον τόνδε, θάπτει μὲν διακοσίων μνῶν, ἐτίμησε δὲ εἰς τὸν

ἅπαντα χρόνον ἀγῶσι μουσικοῖς, ἱππικοῖς, γυμνικοῖς, ὅτι τοὺς τυράννους καταλύσας καὶ τοὺς βαρβάρους καταπολεμήσας, καὶ τὰς μεγίστας τῶν ἀναστάτων πόλεων οἰκίσας, ἀπέδωκε τοὺς νόμους τοῖς Σικελιώταις. Ex quibus cuivis apertum arbitror, ipſa Pſephiſmatis verba adumbraſſe Diodorum. Scripſi autem Τιμαινέτου υἱὸν, quod utriuſque ſint veſtigia in verbis TIMAIN ETήσιον, & auctor Timoleontem Timaeneti filium, non Timodemi, ut Plutarchus, perhibeat c. 66. Wess.

ead. l. 12. Ἀγῶσι μουσικοῖς) Vide L. Kuſter. ad Ariſtoph. Plut. v. 1164, & Ti. Hemſterhuſium ad eandem fabulam p. 453. Wess.

ead. l. 14. Οἰκίσας) Sic ex Steph. veteri libro praeſtat ob Plutarchum. Ἐνοικίζειν aliud atque eorum eſt, qui in aedes immigrant, unde ἐνοίκιον penſio, quae pro aedium uſu debetur. Vide elegantem incerti ſcriptoris locum in Stobaei Serm. I, p. 19. Wess.

ead. l. ult. Ἀριοβαρζάνης μὲν ἐτελεύτησε) Conf. ſupra L. XV, 90. Phrygiae imperabat, & parti Myſiae & Cappadociae. Res eius geſtas recenſet in regum Ponti Hiſtoria Io. Vaillantius, ſed multa aliena admiſcens, p. 27 &c. Wess.

Pag. 212. *l.* 2. Μιθριδάτης ἦρξεν ἔτη πέντε πρὸς τοῖς τριάκοντα) Eadem L. XX, 112, & recte. Quod enim hos numeros vitii arguit P. Vaillantius Hiſt. reg. Pont. p. 32, id illi, male calculos ſubducenti, in opinionem venit: ait, ab anno 4 Olymp. CX novem integras Olymp. abiiſſe ad Olymp. CXIX annum tertium, quo vita depulſus eſt Mithridates: regnaſſe ergo per ſolidos XXX annos. Sed non advertit, utriuſque termini habendam fuiſſe rationem & trium etiam annorum, qui Olymp. CXIX excedunt. Ego vero vix dubito, quin hic ſit Mithridates, Ariobarzanis filius, cuius dolo Datames interfectus periit apud Nepot. Cornel. in Datame c. 10. Aetas non obſtat, quam longiſſime in annum uſque LXXXIV prorogavit, Luciano in Macrob. c. 13 teſte. Wess.

ead. l. 4. Περὶ πόλιν Σούεσσαν) *Ad Trifanum, inter Sinueſſam & Minturnas is locus eſt.* Ita Livius L. VIII, 11, ubi Car. Sigonius Σινούεσσαν huic loco reddendam admonet. Similem mendam ex Ptolemaeo eluit Ph. Cluverius Ital. Antiq. L. III, pag. 1079. Wess.

ead. l. 7. Πυθοδώρου) Ab Arriano (Ἀναβ. Ἀλεξ. L. I, 1) vocatur Πυθόδημος, qui hic Πυθόδωρος. Steph. Arriano con-

ſentit Dionyſius in Dinarcho pag. 116, cum Sylburgii nota. Stat a Noſtri partibus Demoſthenes Or. in Olympiodor. p. 652, ſi Io. Meurſium de Archont. L. IV, 12, audis. Sed cave faxis. Alius eſt, ut res ibidem memoratae oſtendunt, neque ab eo diverſus, quem vidimus Athenis ſummo magiſtratu functum huius lib. c. 71. WESS.

ead. l. 8. Κόϊντον Πόπλιον) Rhodomanus ſcribit Ποττήλλιον· quod vitioſius expreſſum, in not. correct. Ποιτήλιον eſſe iubet. Credo properantius pro Ποπλίλιον, hoc enim nomine fuit. Collegam eius cognomine *Mamercinum* ex hoc Diodori loco citat Car. Sigon. ad Livii L. VIII, 12, ſatis ex vero. Noſtri Codd. nil movent. WESS.

Pag. 213. *l.* 2. Ἡ δὲ ἔχρησεν αὐτῷ τόνδε τὸν χρησμὸν) Habet idem oraculi reſponſum Pauſan. L. VIII, 7, pag. 612. De tauris coronatis multa viri docti ad S. Lucae A. A. c. XIV, 13, ſed tu Grotium adi. WESS.

Pag. 214. *l.* 5. Μετεπέμπετο τοὺς ἰδιοξένους) Interpr. *eximios amicos & hoſpites ſingulares* verterat. Tu vide ad Lib. XIII, 5. WESS.

Pag. 215. *l.* 1. Ἀναγορευομένου δὲ τοῦ στεφάνου) Sollemne hac in re, ſicuti & ἀνακηρύττεσθαι, verbum. Conf. Sam. Petitum LL. Attic. L. III, Tit. 6, pag. 378, & quae dixi Diatrib. de Iud. Archont. c. 2. Vide vero mobilitatem vulgi Attici: proclamant παραδόσιμον εἶναι inſidiarum in Philippum auctorem; ubi vero inaudiverunt, Pauſaniae manibus occubuiſſe, εὐθὺς ἔθυον εὐαγγέλια καὶ στεφανοῦν ἐψηφίσαντο Παυσανίαν in Plut. Demoſthene pag. 855 E. Nimirum ὁ δῆμός ἐστιν ὄχλος, ἀσταθμητότατον πρᾶγμα τῶν ἁπάντων καὶ ἀσυνετώτατον, ut Demoſthenes dicere ſolebat. Aeſchines, ne id negligam, omnem eius mutatae voluntatis culpam in Demoſthenem confert Or. in Cteſiph. p. 76. WESS.

ead. l. 4. Διὰ δὲ τῆς — φήμης) Omen intelligitur. Id enim ſaepe φήμη, ut in ſuperioribus oſtendere memini. Vid. L. XVII, 10. Athenis Φήμη propter haec omina Dea cenſebatur, teſte Aeſchine Or. in Timarch. p. 18, & de Leg. falſ. p. 47, quamquam is occaſione uſus ad alia vertit. WESS.

ead. l. 9. Νεοπτόλεμος ὁ τραγῳδὸς) Omnia, quae hunc Neoptolemum illuminare poſſunt, diligentiſſime in unum conduxit vir eximius P. Leopardus Emend. L. IX, 15, atque eius ex copiis, etſi diſſimulati, Torrentius ad Sueton. Calig. c. 57. WESS.

ead. l. 12. Τῶν ἐπιτεταγμένων) Hoc ferri poteſt, ſi Phi-

lippus Neoptolemo fabulam recitandam imperaverit. Alioqui praeferrem τῶν ἐπιτετευγμένων· ut carmen ſit egregie ſcriptum, quodque actoris opera, ut Terentius loquitur, ſtetiſſet. Non admodum diverſo uſu τῶν ἐπιτετευγμένων μίμησιν dixit princ. L. I. Deeſſe vero ad pleniorem ſtructuram pronomen, non eſt ut admoneam. Wess.

ead. l. 14. Ὁ μὲν τεχνίτης) Vid. not. in L. IV, 5. Fabula, quam ſcenicus artifex Neoptolemus egit, *Cinyras* erat: nam Mneſter pantomimus illam tragoediam eo die, quo Caligula confectus occubuit, ſaltavit, quam Neoptolemus tragoedus olim ludis, quibus Philippus Macedonum rex occiſus eſt, egerat, Suetonio in Calig. c. 57 auctore. Atqui Mneſter, uti Ioſephus L. XIX, 1, 13, teſtatur, *Cinyram* ſaltavit. Debentur haec doctiſſimo Sam. Petito, quem vide Comment. in LL. Attic. L. III, Tit. 2, p. 331. Wess.

Pag. 216. *l.* 4. Φρονεῖτε νῦν αἰθέρος) Verſus Anapaeſticos ſic in ordinem redigo & emendo; de quo tamen eruditus lector iudicet:

Φρονεῖτε νῦν αἰθέρος ὑψηλότερον καὶ
Μεγάλων πεδίων ἀρούρας
Φρονεῖθ', ὑπερβαλλόμενοι δόμων δόμους ἀ-
φροσύνᾳ πρόσω βιοτὰν τεκμαιρόμενοι.
Ὁ δ' ἀμφιβάλλει ταχύπουν κέλευθον ἔργῳ
Σκοτίαν· ἄφνω δ' ἄφαντος
Προσέβα, μακρὰς δ' ἀφαιρού-
μενος ἐλπίδας θανάτῳ πολύμοχθος ᾅδας.

Rhod. Laudo Rhodomanum: quae mutat, levia ſunt & neceſſaria. Θανάτῳ correxit quoque Th. Gataker. ad Antonini L. XI, p. 321. Convenit ἀποσπασμάτιον in omnes, qui agros domoſque continuant, & habendi cupidine ἀγροῖς ἀγρὸν, χρυσῷ χρυσὸν, σκεύη σκεύεσι, ἄλλα τοῖς ἄλλοις προστιθέντας, ut Libanius ait Paneg. Iulian. p. 234. Wess.

ead. l. 11. Ἐπὶ τοῖς — ὅλος ἦν) Polybius L. V, 58, πρὸς ταῖς — παρασκευαῖς ὅλος καὶ πᾶς ἦν· & L. III, 94; de quo genere plura Steph. Bergler. ad Alciphron. L. I, Ep. 13, & Ienſius in Luciani Hermotim. c. 2. Wess.

Pag. 217. *l.* 4. Εἴδωλα τῶν δώδεκα θεῶν ἐπόμπευε) Inter pompae fercula geſtata ſunt. Mox αὐτοῦ τοῦ Φιλίππου — ἐπόμπευε — εἴδωλον. Strabo L. XV, p. 1066 A. καὶ ξόανον τοῦ Ὁμάνου πομπεύει. Et L. VII, pag. 448 A. ἐπόμπευσε δὲ καὶ λέβης τῶν Χάττων ἱερός. Sic enim ſcripti libri: quod cur tantopere ſperneret Ph. Cluverius Germ. Ant. L. I, 24, p.

211, nihil erat; nam quae ſequuntur continuo *καὶ ἄλλα δὲ σώματα ἐπομπεύθη ἐκ τῶν πεπορθημένων ἐθνῶν*, ea ad ſuperiora pertinent, captivos & in triumpho Germanici ductos declarantia. Sed haec ab inſtituto nos avellerent longius. Philippus rebus tot feliciſſime geſtis eo inſolentiae pervenit, ut *τρισκαιδέκατος θεὸς* cenſeri vellet: cuius tamen ſuperbiae brevi poenas perſolvit. Quare vere & graviter Neoptolemus tragoedus, cum ex eo quaereretur, ecquid tandem ab Aeſchylo, Sophocle, Euripide ſcriptorum praecipue admiraretur: *Οὐδὲν μὲν τούτων εἶπεν. ὁ δ' αὐτὸς ἐθεάσατο ἐπὶ μείζονος σκηνῆς Φίλιππον ἐν τοῖς τῆς θυγατρὸς Κλεοπάτρας γάμοις* ΠΟΜΠΕΥΣΑΝΤΑ *καὶ* ΤΡΙΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΝ ΘΕΟΝ *ἐπικληθέντα, τῇ ἑξῆς ἐπισφαγέντα ἐν τῷ θεάτρῳ καὶ ἐῤῥιμμένον*, apud Io. Stobaeum Tit. XCVI, p. 534. WESS.

ead. l. 13. *Τηρούμενος τῇ κοινῇ τῶν Ἑλλήνων εὐνοίᾳ*) Nullum firmius praeſidium civium benevolentia. Iſocrat. Laud. Hellen. p. 312, de Theſeo, *οὐδ' ἐπεισάκτῳ δυνάμει τὴν ἀρχὴν διαφυλάττων, ἀλλὰ τῇ τῶν πολιτῶν εὐνοίᾳ δορυφορούμενος*. Imitatur Libanius T. II, p. 104 D. *ἀλλὰ τόν τε ἄλλον χρόνον ταῖς τῶν ἀρχομένων εὐνοίαις ἐδορυφορεῖτο*. WESS.

Pag. 218. *l.* 8. *Ὁμώνυμον ἑαυτῷ*) Quia in veteri libro hoc ſeſe obtulit, non repudio. Diodorus Lib. XIII, 108, *παρὰ τὸν ποταμὸν ὁμώνυμον τῇ πόλει*. Lycurgus in Leocrat. p. 151, *ὡς τὴν χώραν εἰληχυῖαν ὁμώνυμον αὐτῇ*. Sed diſcrimen leve & ex ſcribentis arbitrio pendens. WESS.

Pag. 219. *l.* 5. *Παρέδωκεν αὐτοῦ τὸ σῶμα* &c.) Conf. Iuſtin. L. IX, 6. WESS.

ead. l. 8. *Κατηγόρησεν ἐπὶ τοῦ βασιλέως*) Rege praeſente. Antiphon Or. IV, p. 119, *οὐ γὰρ ἐπὶ μαρτύρων ἀλλὰ κρυπτόμενα πράσσεται ταῦτα*. Aelian. de Animal. II, 42, *καὶ σιτούμενος δὲ ἐπὶ μαρτύρων ἄχθεται*. Galenus Meth. Therap. Lib. XIII, p. 179; *ἐπὶ πολλῶν θεατῶν ἐπιδείξας ἀπηλλαγμένον τῆς φλεγμονῆς* &c. WESS.

ead. l. 11. *Οὐκ ἐβούλετο μισοπονηρεῖν*) Sic L. XX, 33, *ὁ μὲν οὖν δῆμος — — — ἐμισοπονήρει*. Et L. XX, 33, *παντὸς δὲ τοῦ στρατεύματος μισοπονηροῦντος*. Odium exprimit, quo admiſſa flagitia proſequimur. WESS.

ead. l. 12. *Τῆς μὲν ἐπιγαμηθείσης*) De noverca, quae liberis mater imponitur, L. IV, 68. Plut. T. II, pag. 480 D. Andocides de Myſt. p. 16, Euripides Alceſt. v. 305. Iuſtinus, cum Cleopatram hanc facit Attali ſororem L. IX, 5, errat, deceptus Graeci ſcriptoris verbis, quibus *ἀδελφὸς* lo-

co ἀδελφιδοῦς Attalus is appellabatur, ut bene Bongarſius. Ipſemet auctor L. XVII, 2, Ἄτταλον τὸν ἀδελφὸν τῆς Κλεοπάτρας vocat, ſimili vitio foedatus. Quod autem Rhodomanus vertit *avunculum*, id ortum inde, quod poſtremo loco μητράδελφον correxerit. Ego *patruelem* malui. WESS.

Pag. 220. *l.* 7. Μάλιστα ὁ σοφιστὴς Ἑρμοκράτης) Alii omittunt hominem, in crimen incitati in parricidium Pauſaniae rapientes Olympiadem. Vid. Plut. Alex. p. 669 F. & Iuſtin. L. IX, 7. WESS.

Pag. 221. *l.* 8. Τὸν μὲν βασιλέα νεκρὸν ἐξέτεινεν) Efficax hoc atque elegans. Regem indicat interfectum, atque, ut mortui aſſolent, porrectis membris iacuiſſe. Convenit Lucani L. V, 80: — *adhuc rudibus Paean Pythona ſagittis Explicuit.* Et L. IV, 629: — *& omnem Explicuit per membra virum;* ubi vide Oudendorpium. Διανταίαν πληγὴν de adverſo & penetrante vulnere dabit etiam Suidas in voc. WESS.

ead. l. 14. Προλαβὼν τῆς διώξεως) Προλαμβάνειν τὸν χρόνον Dio Chryſoſtom. Or. VI, pag. 88 D. προλαμβάνειν τοῦ χειμῶνος Theophraſtus. Itaque ſalvum manere poteſt. In Polyaeno tamen L. VII, 29, 2, Μιθριδάτης δὲ πολλοῦ τῆς ὁδοῦ προλαβὼν ἀπιὼν ᾤχετο, praeſtiterit πολὺ τῆς &c. WESS.

Pag. 222. *l.* 5. Ἑαυτὸν τοῖς δώδεκα θεοῖς συνθρ. καταριθμήσας) Sic c. 93, σύνθρονον ἑαυτὸν ἀποδεικνύντος τοῦ βασιλέως τοῖς δώδεκα θεοῖς. Ut videlicet aſſeſſor XII Deorum & conſiliorum particeps ac maieſtatis cenſeretur; quo modo Sibylla Peregrinum Σύνθρονον Ἡφαίστῳ καὶ Ἡρακλῆϊ ἄνακτι futurum canit apud Lucian. mort. Peregr. c. 29. Sed vide Salmaſ. ad Spartiani Hadr. c. 14, Ezech. Spanhem. Diſſ. XI de Num. Praeſtant. p. 334, & G. Arnaldum de Dis Paredr. cap. 15, qui de Philippi ſtulta hac ambitione & ſimilium aliorum plura conduxerunt. WESS.

ead. l. 15. Τῶν μὲν γὰρ κατὰ τοὺς ἀγῶνας &c.) Locum iſtum eloquentia Tullii explicat oratione pro M. Marcello c. 2. RHOD. Omnia eadem de Philippo Polyaenus Strateg. L. IV, 2, 9, ut paene putem haec Noſtri ſcriptoris aemulatum fuiſſe, aut certe eodem ex fonte, unde auctor, ſumſiſſe. Adde Iuſtini de Philippo iudicium L. IX, 8, & Pauſaniae L. VIII, 7. Ceterum ἥπερ ἐπὶ τῇ κατὰ τὰς συμμαχίας ἀνδρείᾳ rectius verteris, *quam ſtrenuitate in pugnae conſociatione.* WESS.

ANNOTATIONES

IN

LIBRUM XVII.

Pag. 229. *l.* 10. Παρέλαβε Σοῦσαν) Τὴν Σοῦσαν habes & L. XVII, 107. Alias τὰ Σοῦσα, & melius. Wess.

ead. l. 12. Τῶν ὀνομαζομένων πυλῶν) *Susidas Pylas* vocant. Vid. L. XVII, 68. Wess.

Pag. 230. *l.* 9. Πρὸς τοὺς ἀφεστηκότας Ἀρείους) Sic bene Reg. 1. Confer L. XVII, 81. Wess.

ead. l. 13. Καὶ τὰ πραχθέντα κατ' αὐτὴν) Interpr. versione expressit κατ' αὐτῶν. Ego a vulgato, in quo enallage, non illi admodum dissimilis, qua Lib. XII, 60, ἀπέπλευσεν ἐπὶ τὴν Αἰτωλίαν καὶ πολλὰς αὐτῶν κώμας ἐπόρθησε, non recedo. Vid. L. XVII, 82. Wess.

Pag. 231. *l.* 1. Ὡς Ἀλέξανδρος &c.) Omnia haec usque in ὡς τὴν Ἄορνον καλουμένην Πέτραν &c. in Diodori L. XVII, 84, desunt. Unde auctorem horum capitum integro Codice fuisse usum apparet. Wess.

ead. l. 17. Τοῦ ἐν Βασίστοις κυνηγίου) *Regio, quae appellatur Bazaria*, apud Curtium L. VIII, 1, qui plura de nobilium ferarum gregibus, magnis eius loci nemoribus & saltibus clausis. Wess.

Pag. 232. *l.* 4. Εἰς τοὺς καλουμένους Ναύτακας) Videntur e Sogdianis fuisse, quorum urbs Ναύτακα apud Arrian. Ἀναβ. L. III, 28, p. 146. Wess.

ead. l. 9. Ἐπὶ Ναύτακας τοὺς Ἰνδοὺς) Media duo mihi suspecta sunt, tum quod Nautacae alibi locorum fuerint, tum ob Venet. & Basil. qui omittunt. Wess.

ead. l. 14. Ὡς Μάσσακα) Sic & Arrian. Indic. cap. 1; at Exp. Alex. L. IV, 26, Μάσσαγα. Blancardus posterius praefert ad Arriani sui L. IV, p. 299, & hic restituendum decer-

nit, confidentior Freinshemio ad Curtii Lib. VIII, 10, 22. Ἐκπολιορκήσας si cum eodem Blancardo malueris, non pugnabo, quamquam discrimen exiguum est. WESS.

Pag. 233. *l.* 1. Ὡς τὴν Ἄορνον — Πέτραν) Utroque modo Ἄορνον & Ἄορνιν Petram hanc appellant. Vid. Cellar. ad Curtii L. VIII, 11, 2. WESS.

Pag. 234. *l.* 16. Ἀντίταγμα κατεσκεύασε &c.) Vid. L. XVII, 108. WESS.

Pag. 235. *l.* 6. Ὀκτακισχιλίους) Rectius ἑξακισχιλίους; ut Lib. XVII, 108. Vidit librariorum peccatum Blancardus ad Arrianum suum Exped. L. VII, p. 467 ed. Amstel. WESS.

Pag. 236. *l.* 1. Τὸν πρὸς Λακεδαιμονίους) Debuerat τὸν πρὸς Μακεδόνας, ut bene interpres. Vid. L. XVII, 111. WESS.

ead. l. 4. Προεῖπον οἱ Χαλδαῖοι) Vid. L. XVII, 112. WESS.

ead. l. 10. Πρεσβειῶν) Non multum refert, hoc retineas, an πρεσβέων refingas. Vid. L. XVI, 113. WESS.

Pag. 238. *l.* 5. Τάς τε πράξεις εὐμνημονεύτους ἔσεσθαι) Diodorum magis verisimile γὲ, quam τὲ, hic scripsisse, aut certe quod illi τὲ responderet, subiecisse. STEPH.

ead. l. 10. Τῇ μνήμῃ παραδεδομένους βασιλεῖς) Hoc recepi ex Reg. 1. Voces τῶν ἔργων ex praecedentibus temere huc ingestae erant. WESS.

Pag. 239. *l.* 9. Γάϊον Μάνλιον) Corrige Μαίνιον. RHOD. Γάϊον Μαίνιον) Ita praestat: nec longe abeunt scripti libri, Μάνιον praeferentes. Scripsi quoque Φούριον, tum quod auctor ita soleat & res ipsa postulet, tum ob Sigonium, qui suo in Codice id se reperisse indicat ad Livii L. VIII, 13. WESS.

Pag. 240. *l.* 10. Τὸν ἀδελφὸν Κλεοπάτρας) Scribe τὸν μητράδελφον. Nam Plutarchus in Alexandri vita θεῖον appellat, quod *avunculum* interpretantur. RHOD. Superiore libro c. 94 Attalus Cleopatrae ἀδελφιδοῦς vocatur. Itaque & hic ἀδελφιδοῦν praeferrem: quae voces confunduntur saepissime a scribis. Vid. Iac. Perizon. Animadv. Hist. c. 10, pag. 436. At contra venit Plut. Alexand. p. 669, ubi θεῖος γὰρ ὢν αὐτῆς (Cleopatrae) Ἄτταλος. Nec minus Athen. L. XIII, p. 557 D. qui Cleopatram Ἱπποστράτου μὲν ἀδελφὴν, Ἀττάλου δὲ ἀδελφιδῆν vocat: & Pausanias L. VIII, 7, ubi itidem Ἀττάλου ἀδελφιδῆ· e quorum verbis Attalus aut avunculus aut patruus certe Cleopatrae habendus erit, ut bene Freinshem. in Curtii L. VI, 9, 17. Quid fiet ergo Diodoro? Servarine ἀδελφὸς hic debet? Sic idem ille vir doctus, pertendens ἀδελφοῦ vocabulum late posse protendi; quod equi-

dem de ſacris N. T. ſcriptoribus haud gravate conceſſero. At alios Graecorum ἀδελφὸν patruum aut avunculum dixiſſe, id vero erat exemplis firmandum. An μητράδελφον cum Rhodomano ſcribendum? Sic quidem utcunque conſentiet Plutarcho, Pauſaniae & Athenaeo: verum longius id a veteri ſcriptura abit, neque plane ſe viro probavit praeſtanti. Ita enim in not. Correct. Ἀδελφὸν, *ſupra nominavit* ἀδελφιδοῦν· *quod proprie nepotem ex fratre aut ſorore ſignificat.* Ne longum faciam, ἀδελφιδοῦν retineo, ut ſibi conſtet auctor: tum quoque ob Iuſtinum, cui Attalus *Cleopatrae frater* ex Graeco ſcriptore, in quo ἀδελφὸς, ut hic, loco ἀδελφιδοῦς. Nam a Plutarcho, Athenaeo & Pauſania potuit Diodorus, ut ſaepe, diſſentire. Viderint tamen doctiores. WESS.

ead. l. 11. Καὶ γὰρ ἐτύγχανε παιδίον ἐκ Κλεοπάτρας &c.) Miſerabilem pueri matriſque necem tangit Pauſan. L. VIII, 7, & Iuſtin. L. IX, 7, in quo *filium* recte corrigunt. WESS.

Pag. 241. *l.* 13. Δημοσθένους δημαγωγοῦντος κατὰ τῶν Μακ.) Vid. Aeſchinem Or. in Cteſiphont. pag. 76, & Plut. Demoſth. p. 857 E. WESS.

Pag. 242. *l.* 10. Ἀρκάδες δὲ οὔτε Φιλίππῳ &c.) De Arcadibus adſtipulari videtur Pauſanias L. VIII, 6. At quod ſequitur, ſolos eos Graecorum nec Philippo, nec Alexandro, Graeciae principatum permiſiſſe, id aegrius ferent Lacedaemonii, qui quidem ſoli & regem Philippum & legem pacis, quam univerſae Graeciae ſtatuerat, contemſerant, ſervitutem, non pacem, rati, Iuſtino L. IX, 5, & XII, 1, teſte. Iunge Arrian. Ἀναβ. L. I, 2. WESS.

Pag. 243. *l.* 1. Ἀλλ' ὅμως τηλικούτων πραγμάτων &c.) Etſi fortaſſe reperientur, quibus ſcriptura Reg. 1. blandietur, ego in vulgato acquieſco. Poſt pauca voces καὶ αὐτοὺς, a ſcriptis ſpretas, itidem ſperno, quippe ſupervacaneas. WESS.

ead. l. 13. Τοὺς συνορίζοντας τῶν ἐθνῶν) Alibi τὰ συνεχῆ τῶν ἐθνῶν huius libr. c. 27; τὰ συνορίζοντα τῶν ἐθνῶν c. 76 & 96; tum L. XVIII, 3. Hoc per enallagen quandam poſitum eſt, ut τὰ στενόπορα τῶν ὁδῶν L. XIII, 18; *anguſta & lubrica viarum* apud Tacitum Hiſtor. III, 82, aliaque. WESS.

Pag. 244. *l.* 2. Διαπρεσβευόμενος) Melius διαπρεσβευσάμενος conveniet cum ὁμιλήσας. STEPH.

Pag. 245. *l.* 3. Ἀλλ' ἐκ τοῦ Κιθαιρῶνος ἀνέκαμψεν) Sic Aeſchines de inimico ſuo Or. in Cteſiphont. pag. 76; nec

praeteriit Plut. Demofthen. p. 856 D. in eo a Diodoro diffentiens, quod altera in Thebanos expeditione Alexandri legationem Oratori impofitam refert. WESS.

ead. l. 11. Τὴν δαπάνην ἐπικέκλυκεν &c.) In uno Codice mendofe ἐπικέκληκεν legitur pro ἐπικέκλυκεν, quod mendum tamen & in vulgata editione Diodori remanfit, & vulgatas etiam editiones orationis Aefchinis occupavit, atque adeo ipfos quoque eius interpretes in errorem induxit. Ut autem ceteros omittam, is, qui ultimus & poft alios omnes orationem illam Latine vertit, Ioachimus Perionius Benedictinus Cormoeriacenus monachus, (quod poftremum honoris caufa non addo) ἐπικέκληκε legit, & interpretatur *nominavit.* Adeo ut cum alios multos in tota illa oratione, ficut & in Demofthenica, perverfiffime interpretatus fit locos, ut oftendam aliquando, Deo favente, tum vero hunc vel maxime. Ita enim verba reddidit, quae a Diodoro ex oratione illa citantur: *Modo quidem regni aurum fumtum fuum nominavit.* Atqui fonant ifta: *Nunc autem regis aurum fumtibus eius affluxit;* vel, *Nunc regii auri affluentia fumtibus eius fubvenit;* vel, *Nunc rex fumtibus eius affluenter aurum fuppeditavit,* feu *fubminiftravit.* STEPH. Non admodum diverfum hoc apud Suidam in Ἐπικλύσασα incerti fcriptoris: Ἡ οὖν Κλεοπάτρα καὶ τοὺς Ἠλείους ἐπειρᾶτο πολλῷ χρυσίῳ ἐπικλύσασα &c. Et fupr. L. III, 47, καὶ χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου πλήθους ἐπικεκλυκότος παρ' αὐτοῖς. Tum Synefii Or. de Regno pag. 9 C. ἐπικλύζειν μὲν ἀγαθοῖς ἅπασι τὰς πόλεις, καταχεῖν δὲ εὐδαιμονίαν. Lycophronis enim Alex. v. 228, τοσῶνδε κῦμ' ἐπέκλυσε κακῶν, ad primam dictionis originem propius accedit. Porro leguntur haec Aefchinis Orat. in Ctefiphont. p. 78, levi tamen difcrimine: namque ibi ἔστι δ' οὐδὲ τοῦθ' ἱκανόν. Itaque non iniuria τούτῳ, cui ante οὐδὲ locus erat, fuftuliffe videor. WESS.

Pag. 247. *l.* 12. Βαγώας ὁ χιλίαρχος) Vide de Chiliarchi in aula Perfica dignitate L. XVIII, 48. WESS.

ead. l. 13. Ἀνεῖλε φαρμάκῳ τὸν Ὦχον) Necem Ochi, ut felibus fit obiectus, atque ex offibus eius gladiorum manubria fabricari Bagoas iufferit, exponit Aelian. Hift. Var. L. VI, 8. WESS.

Pag. 248. *l.* 3. Ὅτι τιμωρήσεται τὸν αὐθέντην τῶν ἀνομημάτων) Sic L. XVI, 62, αὐθέντας τῆς ἱεροσυλίας *facrilegii auctores* dixit. Bafilius Magnus Epift. 51, pag. 143 D. αὐτὸς κατάρχων ἢ αὐθεντῶν τολμήματος. Veteri Graeciae αὐθέντας

longe alios fuisse, non addo: id solum, scripsisse me priscorum auctoritate librorum φβάσας. De Arse, quem corruptius, ut dudum viri docti monuerunt, Νάρσην Strabo Lib. XV, pag. 1069, Plutarchus 'Οάρσην de Alex. Fort. Or. II, pag. 336 D. vocant, Scaliger in Euseb. Chron. ad ann. MDCCLXXVIII. WESS.

ead. l. 6. Καὶ μηδενὸς ὄντος τοῦ κατὰ γένος διαδεξ.) Atqui superabat Bisthanes Ochi filius. Arrianus Exp. Alex. L. III, 19, ἐνταῦθα ἀπήντα αὐτῷ (Alexandro) Βισθάνης ὁ Ὤχου παῖς, τοῦ πρὸ Δαρείου βασιλεύσαντος Περσῶν. Quem locum Diodoro non iniuria obmovit Nic. Blancardus. WESS.

ead. l. 9. Υἱὸς μὲν 'Αρσάνου τοῦ 'Οστάνου) Voces τοῦ 'Οστάνου consulto, ut minime huc pertinentes, transilui: ac prorsus delendas arbitror. 'Αρσάνης autem Darii parens a Plutarcho in Artaxerxe p. 1026 nominatur: qui Sisigambrim sororem in matrimonio habuit, unde Darius ultimus susceptus est, ut Arrianus, Curtius & Orosius testantur. RHOD. Rhodomani opinioni accedit Simson. Chron. ad ann. 3669. At contra eam venit Nic. Blancardus ad Arrian. L. II, 14, erroris interpretem arguens. Fuisse enim Ostanem Artaxerxis fratrem, genuisseque Arsanen, Darii Codomanni patrem. Par Freinshemii Supplem. Curtii L. II, 1, sententia: *quippe Ostanes Ochi patruus*, inquit, *Arsanen genuerat, Arsanes Codomannum.* Quibus quidem egregie favet vulgata huius loci scriptura, & Artaxerxis, quem superiora ab Ocho distinguere videntur, addita mentio. Favet etiam Plut. Artaxerx. p. 1012 A. Darii Nothi filium, Artaxerxis Mnemonis fratrem natu minorem *Ostanen* memorans. Id sane verissimum est, *Arsamen* Artaxerxis Mnemonis ex concubina filium ab eodem Plut. ibid. pag. 1026 memorari, Dariumque hunc 'Αρσάμου υἱὸν, *Arsami filium*, ab Eusebio & Hieronymo nominari. Sed eum Arsamen cum occiderit Ochus, quod impensius a patre amaretur, regnoque destinaretur successor, credemusne suspicacem & crudelem principem filio eius Dario parcere, & imperia mandare voluisse? praesertim cum regiam cognatorum caede & strage principum regni principio replerit, nulla non sanguinis, non sexus, non aetatis misericordia permotus, uti Iustinus L. X, 3, scribit. Mihi omnia reputanti vero id non sit simile, placetque adeo vulgatum retinere. Non possum quidem diffiteri, veteres quasdam schedas alia omnia velle: sed inter eas nulla intercedit concordia, & solent antiquarii in barbaris nominibus mul-

ta admittere: ne nunc addam, voces τοῦ 'Οστάνου non videri incuria quadam progenitas. Wess.

ead. l. ult. 'Ηνάγκασε πιεῖν τὸ φάρμακον) Vid. Curtium L. VI, 4, 10, & Iac. Gronov. in Arriani L. II, 14, pag. 85, Blancardum recte in ordinem cogentem. Wess.

Pag. 249. *l.* 6. Μόνος δὲ Δαρεῖος ὑποστὰς τὸν κίνδυνον) Rem gestam attingit Iustinus L. X, 3. Wess.

Pag. 250. *l. ult.* Μισθοφόρους πεντακισχιλίους) Corrigit Freinshem. in Indice Curtii voce *Memnon* πεντακισμυρίους, quod tantam ad expeditionem numerus quinque millium sit admodum parvus. Cogitasset vir eruditus, non describi universum exercitum, qui ad rem gerendam Memnonis Rhodii imperio fuit traditus, sed solos aere regis conductos, & temerariam correctionem spongia delesset. Wess.

Pag. 251. *l.* 4. 'Απὸ τῆς Μελισσέως 'Ίδης) Cretensium regem Melissea, cuius filiae Adrastea & Ida Iovis fuerint nutrices, memorat Apollodor. Bibl. L. I, 1, 3, bene a Galaeo correctus: memorant eundem alii, a Io. Meursio Cret. L. III, 1, excitati. Sic Ida Cretae ab ea Nympha nomen habebit. Sed alteram agri Troiani Idam cum Cretensi saepe veteres confundunt, &, quae illius sunt, huic tribuunt. Certe a Melissei, sive Melissi, Ida montis Troiani nomen derivat clarissime Ethnicographus in 'Αδράστεια. Wess.

ead. l. 7. 'Εν ᾧ φασι κριθῆναι τὰς θεὰς) Montem, in quo Paris inter Deas iudex sedisse ferebatur, *Alexandream* vocabant, Strabone auctore L. XIII, p. 904 A. Sed vide egregiam T. Hemsterhusii hoc de antro animadversionem in Lucian. Deor. D. XX, 1, & satis tibi factum dices. Wess.

ibid. Γενέσθαι — λέγεται καὶ τοὺς 'Ιδαίους Δακτύλους) Alii in Cretae Ida collocant. Conf. not. in L. V, 64. Wess.

ead. l. 15. 'Έτι τῆς νυκτὸς οὔσης ἀνατέλλοντα τὰς ἀκτῖνας &c.) Si interpungendum sit post ἀκτῖνας, ut in editis omnibus, conveniet verborum structurae in S. Matth. Evang. c. V, 45, ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει, idemque notabit, quod Heliodorus illis indicat versibus, quos exhibet Galenus L. II de Antidot. p. 445, non una macula adspersos:

Οὐ μὰ τὸν ἐν Τρίκκῃ πρηὺν θεὸν, οὐ μὰ τὸν ὑψοῦ
'Ηέλιον σπείροντα θεοῖς φαεσίμβροτον αἴγλην.

Sic lege, mecumque adverte hoc sancti vatis Psalm. XCVII, 11, *or sarua lazadik*, pro quo Alexandrini, φῶς ἀνέτειλε τῷ δικαίῳ, culte profecto. Expresserunt divini poëtae non adeo verba, quam sententiam: neque enim opus est, ut legisse

eos *or ſarach* cum quibuſdam arbitremur. Sol σπείρει τὴν αἴγλην ſive τὸ φῶς, cum oritur: non aliud proinde φῶς ἀνέτειλε τῷ δικαίῳ, ac φῶς ἐσπαρμένον ἐστὶ τῷ δικαίῳ, quod Hebraea indicant. Id vero ſi *lucem ſeminatam* eſſe verteris, ut fieri ſolet, manifeſta erit μετάβασις εἰς ἄλλο γένος. Hoc praeter viam. Malim ego ἔτι — ἀνατέλλοντα, τὰς ἀκτῖνας οὐκ ἐν — τετραμμένον, diſtinguere cum interprete. Ceterum Pomponius Mela hunc Diodori locum aemulatur Lib. II, 18: *Ipſe mons* (Ida) *vetere Divorum certamine & iudicio Paridis memoratus, orientem ſolem aliter, quam in aliis terris ſolet adſpici, oſtentat. Namque ex ſummo vertice eius ſpeculantibus paene a media nocte ſpargi ignes, paſſimque micare, &, ut lux appropinquat, ita coire ac ſe coniungere videntur, donec magis magiſque collecti, pauciores ſubinde & una ad poſtremum flamma ardeant* &c. Eſt tamen Melam inter & Diodorum quaedam diſcordia, quam Iſ. Voſſius, totum hoc Idae montis miraculum dextre exponens, intactam non praeteriit. Solino Polyhiſt. c. 11 Cretenſium Idae illud attribuenti uſu venit, quod multis aliis, hunc montem cum Cretenſi permiſcentibus. Wess.

Pag. 252. *l.* 8. Ἀποπεσὼν δὲ τῆς ἐπιβολῆς) Sic L. XIII, 84, ἵνα μὴ τῶν ἀναγκαιοτέρων ἀποπίπτωμεν. Gloſſam ergo ſcribae obtrudit nobis Venetus. Wess.

ead. l. 10. Γρύνιον) Oppidi prope Myrinam meminit Strabo L. XIII, p. 923 B. cuius male verba excerpentem Stephanum redarguit Holſtenius. De Pitana Aeolidis idem Strabo & Schol. Pindari in Od. VI, 46, Olympion. Wess.

ead. l. 14. Μετὰ δὲ ταῦτα Κάλλας &c.) Curtio L. III, 1, 24, & Arriano L. I, 15, & L. II, 4, Κάλας ὁ Ἁρπάλου. Auctor alterum mavult. Vid. infra c. 17. Τὸ Ῥοίτιον, quod ſtatim ſequitur, rectius Ῥοίτειον appellabitur, ut apud Strabon. atque alios. Wess.

Pag. 253. *l.* 9. Ὑπηκόους πάντας — ἐποιήσατο) Vid. Arrian. L. I Exp. Alex. c. 4 &c. Hoc tempore Δημοσθένης καὶ Λυκοῦργος τῷ μὲν λόγῳ παρατασσόμενοι τοὺς Μακεδόνας ἐνίκων ἐν Τριβαλλοῖς, μόνον δ' οὐχ ὁρατὸν ἐπὶ τοῦ βήματος νεκρὸν τὸν Ἀλέξανδρον προέθηκαν, ut elegantiſſime ait extremo Orat. fragmento Demades. Paria fere Iuſtinus Lib. XI, 2, quem vide. Wess.

Pag. 254. *l.* 4. Τάφροις βαθείαις — περιέβαλον) Scribe περιέλαβον. Sic enim L. XVI, 44, τὴν πόλιν τάφροις τριπλαῖς — περιειλήφεισαν. Et ſaepe alias. Vid. not. in L. XI, 30. Wess.

Pag. 255. *l.* 1. Τῆς — φρουρᾶς ἡγούμενος Φιλώτας) Suffectus in Amyntae & Timolai, quos ambo Thebani interfecerant, videtur locum, idemque esse, de quo Plut. Alex. p. 671 D. Wess.

Pag. 256. *l.* 5. Ἐνηθληκότας τοῖς πολεμικοῖς κινδύνοις) Ἐνηθληκότας τοῖς πολεμίοις pari modo L. I, 54; πλῆθος ἐν γυμνασίοις καὶ πόνοις ἐνηθληκὸς L. XVI, 44. Wess.

Pag. 257. *l.* 1. Τὰς ὁρμὰς — ἀποτρέψαι) Regii 1. ἀποστρέψαι confirmari putes ex c. 7 ἐφιλοτιμεῖτο τὸν μέλλοντα πόλεμον εἰς Μακεδονίαν ἀποστρέψαι. Sed id ibi rectum, non hic. Wess.

ead. l. 3. Ἐκήρυξε, τὸν βουλόμενον &c.) Plut. vide in Alex. p. 671 D. Wess.

ead. l. 11. Οὕτως μὲν οὖν ἀποθηριωθεὶς τὴν ψυχὴν) Hoc malui. Placet in atrociore ira ἀποθηριοῦσθαι scriptori nostro. Οἱ Μακεδόνες πρὸς μὲν τοῦτον πολλῷ μᾶλλον ἀπεθηριώθησαν Lib. XVIII, 36. Ἀπεθηριώθησαν οἱ δοῦλοι πρὸς τοὺς κυρίους Exc. Vales. p. 369; neque improbat Polybius L. I, 70. Wess.

Pag. 258. *l.* 8. Κύκλῳ δὲ περιφαῖνον ἶριν &c.) Pausanias ὕφασμα μέλαν foribus templi Cereris Legiferae oppansum cum maxime fuisse refert, cum sub tempus Leuctricae pugnae telam candidam eodem in aditu araneae texuissent, L. IX, 6. Apud Aelianum κατὰ τοῦ προσώπου τοῦ ἀγάλματος aranea opus suum absolvit, de colore nihil, L. XII, 57, Hist. Var. Quae quidem non bene conveniunt. Wess.

ead. l. 13. Τὸ δὲ πάτριον τῶν Θηβαίων μαντεῖον) An *Trophonii* prope Lebadiam urbem, de quo Iac. Perizon. ad Aeliani L. III, 45, Var. Hist.? id enim Thebanis Boeotisque omnibus patrium erat. At ibi sortes carmine reddebantur rarius. Ergone Apollinis Ismenii? quod Thebis erat, responsaque sciscitantibus dabat, Herodoto teste L. VIII, 134. Alterutrum intellexeris, non errabis. Wess.

Pag. 259. *l.* 2. Ἀνδριάντες — ἱδρῶτας ἀφιέντες &c.) Mali ominis semper habitum fuit. Apollonius Rhodius Argon. IV, 1285:

> Ἢ ὅταν αὐτόματα ξόανα ῥέῃ ἱδρώοντα
> Αἵματι. ——

ubi Scholiastes: ὅταν μέλλῃ τι συμβαίνειν χαλεπὸν, εἴωθε τὰ ἀγάλματα ἱδροῦν. ὥσπερ καὶ ἐν Θήβαις συνέβη, ὅτε συνίστατο ὁ περὶ Χαιρώνειαν πόλεμος Φιλίππῳ πρὸς Ἀθηναίους. Qui quidem in errore erit, nisi idem paucis ante annis etiam evenerit: quod infitiari nolim. Hae enim veteratorum erant

praeſtigiae, quas recentiore aevo, ut nihil de hoc genere novi eſſe ſolet, plures ad multitudinem circumſcribendam imitatos novimus. Ecquid enim miraculi, ſi ſaxa

Sudent humore & guttis manantibus ſtillent?

ut Lucretii verbis utar. Non certe inviſitati lapides ſunt, quorum hoc ingenium. Wess.

ead. l. 4. Τὴν ἐν Ὀγχηστῷ λίμνην &c.) *Copaïdem lacum*, qui Oncheſtum Boeotiae adſpergebat. Ἐν Ὀγχηστῷ eſt propter eam urbem, ut ἐν Τύρῳ *iuxta Tyrum* in Artemidori Onirocrit. Lib. IV, 26. Vid. Iac. Perizon. ad Aelian. L. XII, 57, corrupta eius ſcriptoris verba ex Rutgerſii emendatione optime refingentem. Wess.

ead. l. 6. Αἱματοειδῆ φρίκην ἐπιτρέχειν) Aelianus dict. loc. Δίρκη. καθαρῷ καὶ ἡδεῖ ῥέουσα ὕδατι παρὰ πάντα τὸν πρόσθεν χρόνον, ἄφνω καὶ παρ' ἐλπίδα αἵματος ἀνεπλήσθη. Noſter ſpuma, quae ſanguinem referret, inhorruiſſe ſignificat: id enim φρίκη αἱματοειδής, ſicuti φρὶξ, ὁ ἐπιπολάζων τῷ κύματι ἀφρὸς apud Homerum. Vide Heſychium & Etymol. in φρίξ. Wess.

ead. l. 11. Θεῶν ἀπὸ τῆς πόλεως χωρισμὸν) Vid. ad Lib. XIII, 59. Artemidorus ἱστὸν ὄρθιον, ſi per quietem videatur, κίνησιν καὶ ἀποδημίαν σημαίνειν affirmat; χρὴ γὰρ περιπατεῖν τὴν ὑφαίνουσαν L. III, 36. Quod fortaſſe ſpectarunt hi prodigiorum interpretes. De Iride eiuſque colore aliud ille L. II, 39. Sed haec incerta ſi qui poſtulet ratione certa facere, nihilo plus agat, quam ſi det operam, ut cum ratione inſaniat, ſicuti ille apud Comicum aiebat. Wess.

Pag. 260. *l.* 4. Ἀνεμίμνησκον ἀλλήλους τὴν — εὐημερίαν) Ne quem offendat ſtructura rarior, ecce Homerum Odyſſ. Γ, 211: Ὦ φίλ', ἐπειδὴ ταῦτα μ' ἀνέμνησας καὶ ἔειπας· & S. Paullum priore ad Corinth. c. IV, 17: ὃς ὑμᾶς ἀναμνήσει τὰς ὁδούς μου. Repete ergo τὴν εὐημερίαν in vocibus τῶν ἄλλων παρατάξεων, & plana erit ſeries. Wess.

Pag. 261. *l.* 14. Εἰς τὴν ἀπὸ τοῦ ξίφους μάχην &c.) Praepoſitionem, quae exſulabat, ſuam in ſedem reſtitui. Sic conſuevit. Supra L. V, 29: καὶ καταβάντες εἰς τὴν ἀπὸ τοῦ ξίφους συνίστανται μάχην. Et L. XIX, 83: εἰς τὴν ἀπὸ τοῦ ξίφους μάχην ὥρμησαν &c. Wess.

Pag. 262. *l.* 7. Μυγμὸς) Muſſantium clauſiſque labris gementium eſt, ut μυχθισμὸν in Euripid. Rheſ. v. 789. Adi Noſtri L. III, 35, & XVII, 92. Wess.

Pag. 264. *l.* 2. Ἐξαπέστειλε Περδίκκαν) Arrianum vide

'Αναβ. L. I, 8, hiſtoriam expugnatarum Thebarum aliter deſcribentem, & Polyaen. Strat. L. IV, 3, 12. Wess.

Pag. 265. *l.* 4. Διὰ τὴν ὑπερηφανίαν τοῦ κηρύγματος) De eo dixerat c. 9. Wess.

ead. l. 7. 'Αφειδῶς ἀνῄρουν πάντας) Elegantiſſimis Thebanorum hanc cladem verbis miſeratur Aeſchines Or. in Cteſiphon. pag. 76, quem exſcribere nunc quidem non vacat. Wess.

Pag. 266. *l.* 3. Καθόλων δὲ &c.) Rhodomanus correxerat καθόλως· quod cum non ſatis placeret, ſubſtituit in not. Addend. καθόλου, & verius, me iudice. Wess.

ead. l. 13. Ὅστις ἰδὼν οὐκ ἂν ἠλέησε) Videtur ſupervacanea negandi vox: quae enim ſequuntur, oſtendunt, neminem fuiſſe, qui miſericordia tangeretur. Induxit eandem Rhodomanus. Ceterum praeter Theſpienſes, Plataeenſes & Orchomenios, perpetuos Thebanorum inimicos, Phocenſes oppreſſis admodum ſe graves & infeſtos oſtenderunt, teſtibus Arriano L. I, 8, Plut. Alex. p. 670 D. & Iuſtino L. XI, 3. Wess.

Pag. 267. *l.* 12. Ὑπὲρ τοὺς ἑξακισχιλίους) Eadem Plut. Alex. p. 670 D. & Aelianus L. XII, 7, Var. Hiſt. ſed ex Mſſ. inſtauratus. Blancardus ſequentia exſcripſit ad Arrian. ſuum L. I, p. 27; ſed quae correxit, operarum erant in Rhodomani ἐκδόσει peccata. Wess.

Pag. 268. *l.* 9. Ὡς εὐεργέτας τιμᾶσθαι) Θηβαίους πατρικοὺς φίλους νομίζεσθαι τοῦ βασιλέως edicit in Plut. Pelop. pag. 294 D. Artaxerxes. Erant profecto de Xerxe Thebani egregie meriti, unde Perſarum more, de quo infr. c. 81, εὐεργετῶν illis titulus venit. Vid. B. Briſſonium de Regn. Perſar. L. I, 138, & Deſ. Heraldum Adverſ. L. I, 9. Wess.

Pag. 269. *l.* 2. Πολὺν ἐπέστησε φόβον τοῖς ἀφισταμένοις) Eandem Thebarum funditus exciſarum rationem ipſemet Alexander reddit in Luciani Mortuor. D. XII, 4, ubi pulchre T. Hemſterhuſius. Wess.

ead. l. 4. Ἤθροισεν ἀργυρίου τάλαντα &c.) Summa non admodum magna, ſi urbis amplitudinem & decus ſpectes. Sed erant Thebani ligurritores. Docet Clitarchus, eandem manubiarum ſummam annumerans apud Athen. L. IV, 12, p. 148 E. Tametſi vero Thebas Alexander everterit, & captivos ſubiecerit haſtae, pepercit tamen nonnullis, de quibus Arrian. 'Αναβ. Lib. I, 9, & Aelian. Var. Hiſt. Lib. XII, 7. Wess.

ead. l. 7. Ἐξαιτήσοντας τῶν ῥητόρων δέκα) *Oratores & duces, quorum fiducia toties rebellent*, melius Iustinus, sive δημαγωγοὺς, uti Plutarchus: namque inter eos Rhetores erant Demosthenes, Lycurgus & Hyperides, ceteri eo nomine vix digni. Decem autem sibi dedi Alexandrum postulasse, Idomeneus & Duris assentiuntur Diodoro apud Plut. Demosthen. p. 856 D. plerique tamen & probatissimi scriptores non ultra octo procedebant, eodem auctore. Conf. Maussac. ad Harpocration. in Ἀντίπατρος. Wess.

Pag. 270. *l.* 1. Μιμήσασθαι τὰς Λεὼ κόρας καὶ τὰς Ὑακινθίδας) Distraxi vocem Λεωκόρας; ut apud Demosthen. Orat. Parent. p. 749, Ἠκηκόεσαν Λεοντίδαι μυθολογουμένας τὰς ΛΕΩ ΚΟΡΑΣ, ὡς αὑτὰς ἔδοσαν σφάγιον τοῖς πολίταις ὑπὲρ τῆς χώρας. Cetera de virginibus istis obvia sunt, diligenterque conducta a P. Leopardo Emendat. L. XIX, 23, Io. Meursio Ceram. Gemin. c. 17, & H. Valesio ad Maussaci in Harpocrat. not. pag. 121. Itaque desino. Quae sequuntur Ὑακινθίδες, *Hyacinthi filiae* ab interprete redduntur: prave, si Demosthen. audias Or. Parent. p. 749, cuius haec sunt: ᾔδεσαν ἅπαντες Ἐρεχθεῖδαι τὸν ἐπώνυμον αὑτῶν Ἐρεχθέα, ἕνεκα τοῦ σῶσαι τὴν χώραν, τὰς αὑτοῦ παῖδας, ἃς ΥΑΚΙΝΘΙΔΑΣ καλοῦσιν, εἰς προῦπτον θάνατον ἀναλῶσαι. Erant ergo Erechthei filiae, Ὑακινθίδες dictae a pago *Hyacintho*, in quo mactatae fuerunt, teste Phanodemo apud Suid. in Παρθένοι. Sed salva res est. Interpretem tuetur Harpocration, qui Ὑακινθίδας filias fuisse ait Hyacinthi Lacedaemonii, & praeter ceteros Apollodorus Bibl. L. III, 14, 8, p. 236. Videntur autem, ut hoc addam, Hyacinthides & Erechthei filiae ab Atheniensibus consulto confusae, gloriosius arbitratis, si puellae indigenae pro salute patriae sese devovisse traderentur. Plura si desideres, adi H. Valesium ad Eusebii Or. de Laud. Constant. c. 13, p. 284, & Harpocrat. p. 76; ubi ad eam orationem dicta iterantur, praetereaque Ios. Barnes. ad Euripid. Ion. v. 267, 277. Wess.

ead. l. 11. Πέντε ταλάντοις ἀργυρίου) Vid. Plut. Demosth. pag. 856 E. Wess.

Pag. 272. *l.* 10. Ἐν Δίῳ τῆς Μακεδονίας) Arrianus ἐν Αἰγαῖς διέθηκε τὰ Ὀλύμπια L. I, 11. Lege, quae adscripta superioris sunt libri cap. 56. Wess.

Pag. 273. *l.* 3. Προσανέλαβε τὸ στρατόπεδον) Interpres, *copias hinc illinc assumsit.* Debuerat, *copias recreavit & refecit.* Quam sententiam superiora paene expostulant & ver-

bi usus. Exemplis res absolvetur. Infra huius libri cap. 87, Ἀλέξανδρος ἐν τῇ Ταξίλου χώρᾳ προσαναλαβὼν τὴν δύναμιν· tum cap. 110, ἐνταῦθα δὲ μείνας — καὶ προσαναλαβὼν τὴν δύναμιν. Et L. XIX, 24, ἐπειδὴ βραχέως αὐτὸν προσανέλαβε, προῆγε &c. Quibus in locis interpretem vocabuli potestas non fefellit. Wess.

ead. l. 5. Κτησικλέους) Non hoc Archonte, sed superioris anni Euaeneto, Alexandrum in Asiam transiisse, ex annalium fide Clemens Alex. Strom. Lib. I, p. 403, prodidit, neque male illi. Ineunte enim vere eius anni, quo Athenae praetorem viderunt Euaenetum, in Asiam tramisit Alexander. Sed cum brevi post magistratum Ctesicles iniret, solito sibi more Diodorus res has illo Archonte administratas perhibet. Wess.

ead. l. 7. Λεύκιον Παπίριον) Fasti pro hoc annotatum habent Πόπλιον Αἴλιον, ut & Livius L. VIII, 15. Rhod. Λεύκιον Παπίριον) Insequente anno summum Romae magistratum gessit. Forsan ergo, quod P. Aelii Paeti nomen hic corruptius legeretur, inde adscitus a scribis est. Sic Pighius etiam in Fast. ad ann. CDXVI. Wess.

ead. l. 9. Μακραῖς ναυσὶν ἑξήκοντα) Interpres, *quinquaginta cum navibus*: quem calami errorem *miserabilem & foedum* vocat Iac. Gronovius ad Arrian. I, 11, p. 24, notavitque, sed clementius, Barthius ad Statii Theb. IV, 6, ubi plura de hasta, in hosticum abiici solita, quae vide. Wess.

ead. l. 14. Καὶ τοὺς μὲν τάφους τῶν Ἡρώων &c.) Videndus est praeter Arrian. L. I, 12, Philostratus Heroic. XIX, p. 743. Wess.

Pag. 274. *l.* 2. Καὶ δισχίλιοι) Sic scripsi, secutus veteres schedas ipsumque auctorem, qui ὥστε τοὺς ἅπαντας εἶναι τρισμυρίους post pauca subiiciens, id se voluisse profitetur. Alia N. Blancardus ad Arriani sui L. I, p. 30, quibus non utor. Wess.

ead. l. 9. Χίλιοι καὶ πεντακόσιοι) Legebatur χίλιοι καὶ ὀκτακόσιοι, & iterum Θετταλοὶ δὲ χίλιοι καὶ ὀκτακόσιοι. Utrumque mutavi. Moveor verbis Diodori, affirmantis, equitum numerum aequasse τετρακισχιλίους καὶ πεντακοσίους. Id longe falsissimum, si Macedones MDCCC, & totidem Thessali miserint. Vidit & hoc idem iste Blancardus, refingens propterea πεντακισχιλίους καὶ ἑκατὸν, non male, si Codices addicerent. At illi haec servant constanter, & superiora, ut margo Reg. 2. ostendit, mutant. Sequor ergo,

tantoque magis, quod & Iustinus L. XI, 6, in Alexandri exercitu *equitum quatuor millia quingentos* numeret. Id melius, quod Εὐρύγυιον in Ἐρίγυιον convertendum censuit: sic ipse Diodorus L. XVII, 57 & 81, & liber, quem Cospus Latine expressit. WESS.

Pag. 275. *l.* 4. Ἱππεῖς δὲ μύριοι καὶ χίλιοι) Hic librarii negligentia post ἱππεῖς redundat μύριοι καί. RHOD. De peditibus non moveo litem: de equitibus uno verbo dicam, non credo. Quis enim credat, Alexandrum, qui imperium Persarum evertere satagebat, solos equites quater mille & quingentos secum duxisse: undecies vero mille & quingentos in Europa sub Antipatro reliquisse, praecipue, cum illi foret per Phrygiam planam & equitibus commodam iter facile, & cum Persis equitatu pollentibus rem haberet? Ideo suspicor, in hoc loco voces μύριοι καὶ male repetitas fuisse ex superiore clausula, & legendum: πεζοὶ μὲν ὑπῆρχον μύριοι καὶ δισχίλιοι, ἱππεῖς δὲ χίλιοι καὶ πεντακόσιοι. Nihil de numero eorum, quos Antipatro reliquit Alexander, dixit Plutarchus in eius vita, nec Trogus apud Iustinum, qui de tanto equitum numero silere non debuissent. PALM. Binas voces μύριοι καὶ recte confixerunt viri praestantes: sunt enim ineptae. Scripseritne auctor χίλιοι an δισχίλιοι, nondum decerno: Cospus suo in Codice posterius reperit, quod restitutum a me fuisset, si vel unus meorum assensione comprobasset. WESS.

ead. l. 7. Ὁ μὲν θύτης Ἀλέξανδρος) Rhodom. in notar. Addend. scribi iussit θύτης Ἀλεξάνδρου, *Alexandri sacrificus*; Ἀρίστανδρος Blancardus ad Arrian. p. 32, & diu ante eum Freinshem. in Indice Curtiano: quibus haud refragor. Non enim perspicio, cur Alexandri sacrificus dicendus hic sit, qui mox τοῦ μάντεως dumtaxat titulo designatur. Culpa amanuensibus debetur, non admodum dissimiles voces confundentibus. WESS.

Pag. 276. *l.* 4. Ἐν τῷ νεῷ κειμένων ὅπλων τὸ κρ.) Clypeum, ut mox c. 21. Vid. Arrian. Ἀναβ. L. I, 11. Post pugnam ad Granicum Strabo Alexandrum in hoc Minervae templum deducit L. XIII, p. 886, ubi Casaubonum consule. WESS.

Pag. 277. *l.* 5. Τὰς πανταχόθεν δυνάμεις) Hoc reliquerat auctor. Ita c. 31 huius libri, εὐθὺς οὖν μετεπέμπετο τὰς πανταχόθεν δυνάμεις. Et c. 53, συνηθροίκει μὲν τὰς πανταχόθεν δυνάμεις. Tum L. II, 2, αὐτὸς τὰς πανταχόθεν δυνάμεις — ἀθροίσας &c. WESS.

ead. l. 7. Φρυγίας, τῆς ἐφ' Ἑλλήσποντον) Inferius Lib. XVIII, 3 & 39, τὴν ἐφ' Ἑλλησπόντῳ Φρυγίαν vocat, uti Strabo L. XII, p. 850 A. alii τὴν ἐφ' Ἑλλησπόντου cum Polybio Leg. Excerpt. p. 1143. Sed ſequuntur in his arbitrium ſuum ſcriptores. Wess.

ead l. 12. Καὶ σύντομον) Malo σύντονον. Vid. ad huius lib. c. 32. Wess.

Pag. 278. *l.* 3. Ἅμ' ἡμέρᾳ περαιώσας) Longe abit Plut. Alex. pag. 672 D. & Arrianus L. I, 14, p. 30, qui die in veſperam inclinante Granicum tramitti coeptum fuiſſe prodiderunt. Paullo ante ſi qui διεσπασμένης — φάλαγγος maluerint, cum illis non pugnabo. Ita Arrian. L. II, 10, quem exſcribere commodum non eſt. Wess.

ead. l. 8. Ἀρσαμένης) Hic Ἀρσαμένης Arriano L. I, 15, eſt Ἀσάμης, & Σπιθροβάτης eidem Μιθριδάτης. Item Ἀῤῥεομίθρης eſt Ῥεομίθρης. Steph.

ead. l. 11. Σπιθροβάτης) In Arriano nunc editur Σπιθριδάτης, a quo Lydiae & Ioniae ſatrapa diſtinguitur Mithridates, Darii gener, ab Alexandro proſtratus L. I, 15, prave, ſi Diodorum ſequimur: idem enim & Ioniae praefectus & Darii gener, ab Alexandro confectus. Taxat proinde Freinshem. in Curtiano Indice, &, eius veſtigiis inhaerens, Blancardus inconſiderantiam Arriani: id equidem pati poſſum, quamquam, ut ſedulo dicam, in ambiguo apud me manet, uter errarit. Noſter Mithridatis generi Darii non meminit. Arrianus & Mithridatem & Spithridatem hoc proelio partim Alexandri manu, partim Cliti virtute deiectos perhibet, nactus, quod neglectum a viris doctis miror, adſtipulatorem Plut. Or. I de Alex. Fort. p. 326 F. ubi Alexander Κιλικίαν δὲ (ἀνέῳξε) Γρανικὸς, ὃν Μιθριδάτῃ καὶ Σπιθριδάτῃ νεκροῖς ἐπιβὰς διεπέρασα. Adde Diodorum Alexandri armis confodere Spithridatem, quem Arrianus & Plut. Alex. p. 673 A. Clito contrucidandum obiecerunt. Wess.

ead. l. 13. Οἱ μετὰ Ῥεομίθρους) Sic correxi. Infra cap. 34 bene habet id nomen, ubi *Arrheomithrum* parili vitio Coſpus. Natus error eſt ex veteri ſcriptionis forma ΜΕΤΑΡΕΟΜΙΘΡΟΥΣ, ut pulchre perſpexit Freinshem. in Curtii Indice, probante, ſed auctorem turpiter diſſimulante, N. Blancardo ad Arrian. L. I, pag. 36. Wess.

Pag. 279. *l.* 1. Τῶν δέκα μυριάδων) Prima hac congreſſione Perſas peditum ſexcenta millia Alexandro obieciſſe, in Iuſtino L. XI, 6, leges, copias in nimiam multitudinem,

modo tamen ita fcripferit, adaugente. Vid. Iac. Gronov. ad Arriani L. I, 15, pag. 31. Wess.

Pag. 280. *l.* 15. Τὸ σαυνίον) Vid. not. in L. I, 86. Wess.

ibid. Μετὰ σφοδρᾶς εἰσπεσὼν ῥώμης) Non damno hoc, etfi ῥύμης libri Reg. non fit abfurdum: foret tamen opportunius poft pauca, modo prae fe tuliffet καὶ τῇ ῥύμῃ τῆς φορᾶς συνέργῳ χρησάμενος, quomodo ὑπὸ τῆς ἐν τῷ δρόμῳ ῥύμης κατακρημνισθῆναι Philo Iud. de Agricult. pag. 197, & ῥύμῃ καὶ φορᾷ τάχους ὠκυδρομοτάτους ὑπερπτῆναι ibid. p. 213 E. Wess.

Pag. 281. *l.* 6. Ἐνήρεισε τὸ ξυστὸν) Hoc malui, quod τὰ ξυστὰ auctor infra c. 53, & Lib. XIX, 83, fcribat. Conf. Iac. Gronov. ad Arriani L. I, 16, p. 33. Wess.

ead. l. 13. Ὁ ἀδελφὸς τοῦ πεσόντος Ῥωσάκης) Plutarchus Alex. p. 673, cum Arriano Ῥοισάκην vocat. Sed Nofter ita folet, ut L. XVI, 47. Mox addidi κατὰ τῆς κεφαλῆς Ἀλεξάνδρου· quorum ultimum feries orationis fibi requirebat. Wess.

ead. l. 16. Ὥστε τὸ μὲν κράνος διαπτύξαι) Arrianus καὶ τοῦ μὲν κράνους τἀπέθραυσε. Nofter indicat, τὰς πτύξεις τοῦ κράνους ictu gladii fuiffe diffolutas: id διαπτύξαι, pro quo ἀναπτύξαι τὰς ῥαφὰς τοῦ σώματος in Catonis Uticenfis, futuras vulnerum lacerantis, hiftoria Appian. Belli Civil. L. II, p. 800. Tritius eft in rerum obfcurarum explicatione. Philo Iud. de Rer. Divin. Hered. p. 489 E. ἃ μὲν οὖν ἦν προακοῦσαι διεπτύξαμεν, *quae prius audienda erant, explicita dedimus.* Fefellit interpretum follertiam in eiufdem libro de Somn. p. 1125 D. καὶ ἀσφαλεῖς τε ἱερὰς βίβλους ἀναγινώσκοντες, κἂν εἴ τι μὴ τρανὲς εἴη διαπτύοντες. Vertunt, *& fi quid minime clarum effet, defpuentes.* Prave & in Iudaeorum nationem contumeliofe. Illine fabbatis obfcuriora facri codicis dicta defpuerent? Nunquam dixerit Philo, qui διαπτύσσοντες *enodantes* reliquerat. Ceterum apud Arrianum & Plutarchum Rhoefaces Alexandri hafta confoffus profternitur, Spithridatefque Cliti aut perimitur pilo, aut gladii ictu brachium amittit: neque enim hac in re inter eos concordia eft. Wess.

Pag. 282. *l.* 13. Παντὸς δεινοῦ κατεξανίστατο) De Viriatho in Excerpt. Valef. pag. 361, ἀγρυπνητικῶς καὶ παντὸς πόνου καὶ κινδύνου κατεξανεστηκώς, *qui nulli neque labori neque periculo cedere folebat.* Philo Iud. de Temul. p. 247 E. ὅτι οὐ δύναται τῶν φαινομένων ἀγαθῶν κατεξαναστῆναι, *non poffe fe iftis in fpeciem bonis reniti.* Et p. 248 D. ἡμεῖς δὲ —

νικώμενοι, τῶν φανέντων οὐδενὸς κατεξαναστῆναι δυνάμεθα. Synesius Encom. Calv. p. 64, καὶ ὁ λόγος ἀντεισιὼν κατεξανίστη τοῦ πάθους. Adde Excerpt. Valef. pag. 401, ubi eadem, qua hic, forma. Wess.

ead. l. ult. Ἀτιζύης) Scnedae veteres in Perfae nomine diffentiunt. Hoc elegi ob Arrian. L. I, 26, & II, 11, Curtium L. III, 11, 10. Aliud eft momenti maioris. Inter Perfas, qui proelio ad Granicum ceciderunt, *Atizues* non numeratur: periit altera ad Iffum congreffione, ipfomet auctore inferius c. 34 prodente. Scio Ἀντιξύην eo loci fcribi: fed eundem effe, Arrian. L. II, 11, & Curtius agnofcunt. Forfan ergo maior labes vocem deformavit. Wess.

Pag. 283. *l.* 1. Μιθροβαρζάνης) Arriano eft Μιθροβουζάνης, qui Diodoro Μιθροβαρζάνης, fi modo ita fcripfit Diodorus. Steph. Μιθροβουζάνης) Acquiefco in Vaticani fcriptura ob Arriani affenfionem L. I, 17. Eft fane *Mithrobarzanes* non obfcurum inter Perfas nomen, proditque eadem productio in Ἀριοβαρζάνης, Ναβαρζάνης, Σατιβαρζάνης gentis fermonem: attamen non impedit, quidquid obloquatur N. Blancardus, iterum Freinshemii copias ad Arrian. fuum L. I, p. 46, depeculatus, ut *Mithrobuzanes* pro reiiculo fit putandus. *Buzes* enim & *Buzanes* Perfae apud Procopium, Agathiam, & alios, illi patrocinantur efficaciffime. Wess.

ead. l. 7. Τῆς ἀνδραγαθίας τὸ πρώτιστον ἀπηνέγκατο) Non dubitat, quin legendum fit τὸ πρωτεῖον, H. Stephanus, quod certe longe tritius: mihi tamen nondum liquet. Wess.

ead. l. ult. Πλείους τῶν μυρίων) De caeforum numero difcordia eft. Conf. Freinshem. in Curtii L. III, 11, 27, & Iac. Gronovium ad Arrian. L. I, 17. Wess.

Pag. 284. *l.* 8. Μιθρίνου τοῦ σατράπου παραδόντος) Detraxi Mithrinae nomini fuperfluas literas. Infra c. 64, Μιθρίνη δὲ τῷ παραδόντι τὴν ἐν Σάρδεσιν ἄκραν, Ἀρμενίαν ἔδωκεν. Confentit Arrian. L. III, 16, qui perinde ac Curtius L. III, 12, *Mithrenem* appellat L. I, 18. Wess.

Pag. 285. *l.* 6. Εὐθὺς δ' οἱ Μιλήσιοι &c.) Haec Arrianeis L. I, 20, non bene congruunt. Wess.

Pag. 286. *l.* 4. Νομίσαι τοὺς Μακεδόνας ἐκθυμότερον ἀγωνιεῖσθαι) Saepe imperatores, ne qua fiducia navium, ad quas refugium erat, minus conftanter pugnaret exercitus, aut claffem incendiffe, aut alio amandaffe leguntur. Vid. Polyaenum Strat. L. V, 25, & Frontin. L. I, 11, 21. Quam eandem artis viam Mauritium Naffovium, clariffimis vete-

rum belli ducibus militaris ſcientiae uſu facile parem, ingreſſum fuiſſe nobili ad Neoportum proelio, ex Pier. Winſemio in Geſt. Mauritii Reb. pag. 43 cognitum eſt. Wess.

ead. l. 11. Μιμησάμενον τὴν Ἀλεξάνδρου στρατηγίαν) Conf. Polyaen. L. V, 3, 5, & Noſtri L. XX, 7. Wess.

Pag. 287. *l.* 4. Εἰς τὴν Ἁλικαρνασσὸν) Quae hic in urbis titulo diſcordia, ea & alibi valet. Herodotus patriam urbem modo Ἁλικαρνησὸν, modo Ἁλικαρνησσὸν vocat. Ξεῖν' Ἁλικαρνησοῦ, de quo Iac. Gronov. ad princip. Herodoti ſui, eſt in Epigrammate Callimachi altero. Porro urbem duplici arce fuiſſe munitam, teſtis etiam Strabo L. XIV, p. 971 A. Adde ſupra L. XV, 90, ubi ἑστία καὶ μητρόπολις τῆς Καρίας, & quae Ezech. Spanhem. de Numiſm. Praeſt. Diſſert. IX, p. 626. Wess.

ead. l. ult. Διόπερ οὗτος παραλαβὼν &c.) Hoc viſum mihi eſt praeſtare, ſatis ſtabilitum & orationis nexu & Regii libri auctoritate. Wess.

Pag. 288. *l.* 12. Γένει δὲ προσήκουσα τῇ Καρῶν ἀρχῇ) Hecatomni filia, Idriei & ſoror & coniux, ſed quam Pixodarus frater regni poſſeſſione everterat. Strabon. vide L. XIV, p. 970, & not. ad Noſtri L. XVI, 75. Wess.

ead. l. ult. Διὰ τὴν τῆς γυναικὸς — εὐεργεσίαν) Beneficium, quod ab Alexandro in eam mulierem erat collatum. Sic ἡ τῶν Αἰγυπτίων ἀποικία, quae ab Aethiopibus in Aegyptum erat deducta, L. III, 2, & ὃ συνελάβετο αὐτῷ πρὸς τὴν στρατηγίας αἵρεσιν, *ut belli dux crearetur*, L. XVI, 66. Ἡ δικαιοσύνη διὰ πίστεως Χριστοῦ in S. Paulli Epiſt. ad Philipp. c. III, 9. Ὑπὲρ τοῦ τολμήματος τῶν παίδων, i. e. *propter ſcelus in liberos*, Aelian. Var. Hiſt. L. V, 21. In Latinis quid magis obvium? *Scelus Calliſthenis* dixit Seneca Quaeſt. Nat. L. VI, 23, quod Alexander in Calliſthene occidendo admiſerat. *Iniurias ſenatoris* in Aug. c. 44 Suetonius, quae ſenatori illatae erant. Sed haec omitto. Vid. Perizon. in Aelian. Var. Hiſtor. Lib. II, 25, Burmannum ad Phaedr. II, 8, Oudendorpium in Caeſar. Gall. Bell. L. I, 30, Reitzium de Ambig. p. 240, atque alios. Wess.

Pag. 289. *l.* 10. Καὶ τὰ μεταξὺ μεσοπύργια) Vid. Waſſium ad Thucydid. L. III, 23. Sunt μεσοπύργια *turrium intervalla*, ut Vitruvius vertit, ſive muri, qui duas inter turres. Noſter cum Pori aciem munitae urbi ſimillimam dixiſſet, ſubdit continuo huius libri c. 87, ἡ μὲν τῶν ἐλεφάντων στάσις τοῖς πύργοις, οἱ δὲ ἀνὰ μέσον τούτων στρατιῶται τοῖς

μεσοπυργίοις ὡμοίωντο· & mox c. 25, *καὶ δυοῖν μεσοπυργίων ἐῤῥιμμένων.* Arrianus in hac Halicarnaſſeae urbis obſidione deſcribenda L. I, 22, *καὶ δύο πύργοι καὶ μεσοπύργιον εἰς ἔδαφος καταπεπτωκότα* &c. Philo modo *μεταπύργια*, ut Thucydides & Lyſias apud Harpocrationem, modo *μεσοπύργια* vocat, quo modo exſtruenda & accurate munienda ſint docens in Belopoic. p. 84 &c. WESS.

ead. l. 16. Κατὰ δὲ τὰς τῶν ὀργάνων προσβολὰς) *Adactisque inſtrumentis* interpres. Factum nollem. Vult Diodorus, Memnonem magna cum militum manu effudiſſe ſeſe oppido in eas machinas, quibus Alexander muros turreſque quaſſabat. Πρὸς δὲ τὰς &c. libri Regii aeque opportunum eſſet ac κατὰ, ut tamen praeferatur, cauſa nulla eſt. WESS.

Pag. 290. *l.* 10. Συνεπισημαινομένων — ταῖς — ἀνδραγαθίαις) Si τὰς ἀνθραγαθίας malueris ex Reg. non contra nitar. Polyb. L. X, 37, *καὶ τότε δικαίως ἄν τις ἐπισημήνατο τὴν μεγαλοψυχίαν τ' ἀνδρός·* & L. XI, 17, *τίς οὐκ ἂν ἐπισημήναιτο τὴν ἡγεμονείαν*; Noſter diverſiore ſtructura L. XI, 26, *ἐφ' ἑκάστῳ τῶν λεγομένων ἐπισημαινομένων τῶν ὄχλων.* WESS.

Pag. 291. *l.* 11. Καὶ σὺν αὐτοῖς Νεοπτόλεμος ἡγεμὼν) Fuit ergo Neoptolemus eorum ex numero, qui ab Alexandro ſtabant. Omnia alia Arrianus L. I, 21, Neoptolemum illis accenſens, qui Alexandri aut metu, aut odio, ad Darium perfugerant. WESS.

Pag. 292. *l.* 2. Ἐτρέψαντο τοὺς Μακεδόνας) Vide Arrian. L. I, 22. WESS.

ead. l. 8. Ἐφιάλτης) Eundem in Curtii Indice eſſe arbitratur Io. Freinshemius, de quo Demoſthen. Epiſt. 3, pag. 785, tangit obiter. Sed res non eſt citra omne dubium. Videtur eſſe Ephialtes, de quo Dinarch. Or. in Demoſth. p. 92, & Plut. Demoſth. p. 856 D. WESS.

ead. l. 15. Προκινδυνεύοντας τῶν μισθοφόρων) Interponi debuerat praepoſitio *μετὰ*, quod Rhodomani ſollertiam non fugit. Auctor ipſe L. XI, 31, *ἕως μὲν οὖν συνέβαινε τὸν Μαρδόνιον μετὰ τῶν ἐπιλέκτων προκινδυνεύειν.* WESS.

Pag. 293. *l.* 9. Ἐν βαθείᾳ φάλαγγι πεπυκνωμένων) Nolo diffiteri, placuiſſe olim mihi ἐν *βαθείᾳ φάραγγι*, quod ex Arriano conſtaret Lib. I, 23, rem in loco praerupto atque anguſto fuiſſe adminiſtratam, & ſaepe has voces permutari, veluti in Arriano Ἀναβ. L. II, 11, p. 79, cum nota Gronovii. Nunc a vulgato non diſſentio. Βαθεῖα φάλαγξ, quae introrſus porrectos ordines habet, ut Duker. ad Thu-

cydid. Lib. VII, 78, & viri docti ad Luciani Zeux. cap. 8, docent. Wess.

ead. l. 14. Ἐπέταξεν ἑτέρους) Si articulus adfuiffet, fcripfiffem ἑταίρους, ut πεζεταίρους intelligeret, de quibus Ulpian. in Demofth. Olynth. II, p. 15, & Anaximenes apud Harpocrat. Ὑπεράγοντας tuetur auctor Lib. III, 44, κατὰ τὴν εὐχρηστίαν πολὺ τοὺς ἄλλους ὑπεράγων· ubi fimilis in Coisl. libro gloffa. Wess.

Pag. 295. *l.* 4. Ὁ κίνδυνος παλίντροπον τὴν μάχην ἔσχεν) Superius L. XV, 85, καὶ πολλοὺς τῶν Βοιωτῶν καταβαλὼν παλίντροπον ἐποίησε τὴν μάχην. Et L. XIX, 109, ἡ μὲν μάχη ταχὺ παλίντροπος ἐγένετο. Quae quidem Noftri loca vocis in mutata pugnae fortuna ufum manifeftant. Lexica hac parte manca funt. Wess.

ibid. Οἱ γὰρ πρεσβύτατοι τῶν Μακεδόνων) Vide Curtium L. V, 2, 5, cum Freinshemii nota. Wess.

Pag. 296. *l.* 4. Εἰς δὲ τὴν ἀκρόπολιν &c.) Diffentire videtur Arrianus L. I, 24, αὐτῶν δὲ οἱ μὲν, inquiens, ἐς τὴν ἄκραν τὴν ἐν τῇ νήσῳ ἀπεχώρησαν, οἱ δὲ ἐς τὴν Σαλμακίδα ἄκραν οὕτω καλουμένην. Infula enim, in cuius arcem conceſſerunt, propter ipfam urbem erat, ut, quae apud eum continuo fuccedunt, declarant: ea vero Acronefus, ut pulchre vidit Iac. Gronov. non Cos. Sed nihil ea in re infolens. Neglexit Arrianus, quid reliqua multitudine & pecunia factum fit, addere. Rectum autem eft εἰς τὴν Κῶν, ut in Plut. T. II, p. 304 C. & S. Lucae A. A. XXI, 1, etfi & ibi εἰς τὴν Κῶ fcripti quidam Codd. quomodo Ariftides T. I, p. 77, πλεύσαντες εἰς τὴν Κῶ. Wess.

ead. l. 14. Διέτρεψαν τοὺς στρατιώτας) Lego διέθρεψαν. Steph. & Rhod.

Pag. 297. *l.* 5. Τῆς γὰρ Λυκίας περὶ τὰς ἐσχατιὰς) Vid. Tib. Hemfterhufium, Atticorum ἐσχατιὰς optime defignantem ad Luciani Timon. c. 30. Diodoro ultimi regionis fines ἐσχατιαὶ, cuiufmodi αἱ ταύτης (Ἀραβίας) ἐσχατιαὶ L. II, 49, & cap. 53, αἱ τῆς Συρίας ἐσχατιαί· tum ἐσχατιαὶ τῆς ὑπωρείας L. III, 39. Wess.

ead. l. 6. Οἱ Μαρμαρεῖς ὀνομαζόμενοι) Hos legere alibi non memini. Forfan ὀχυρὸν illud φρούριον ἐπιτετειχισμένον τῇ τῶν φασηλιτῶν χώρᾳ πρὸς Πισιδῶν, de quo Arrian. L. I, 25, infederant: fed non bene omnia congruunt. Wess.

Pag. 298. *l.* 8. Διὰ μέσων τῶν πολεμίων διεκφυγεῖν) Διεκπεσεῖν e Reg. fchedis fi malis, auctor non obftabit. Vid.

mox & ad Lib. XII, 56. Polyaen. L. IV, 2, 14, *Φίλιππος ὑποστρέψας διὰ τοῦ ὄρους διεξεπέσατο·* ubi tamen *διεξεπαίσατο* ex linguae genio praeſtiterit. Wess.

ead. l. 14. *Τὰς δ' οἰκίας ἐμπρῆσαι* &c.) De Xanthiis non multo diverſa memoria mandaverunt Philo Iud. Quod omn. prob. liber ſit pag. 883, & Appian. Bell. Civil. Lib. IV, p. 1017. Wess.

Pag. 299. *l.* 5. *Νικοκράτους*) Secundum Arrianum L. II, 11, non *Νικοκράτους*, ſed *Νικοστράτου*. Steph. Diodoro in Archontis nomine adſtipulatur Dionyſius in Dinarcho pag. 116. Vid. Io. Meurſium de Archontib. L. IV, 12. Wess.

ead. l. 6. *Καίσων Οὐαλέριος*) Reſtitue *Δουΐλιος*. Rhod. In *Οὐαλερίου* nomine procul dubio mendum eſt. Appellabatur Papirii collega *Kaeſo Duilius*. Proinde iuſta Rhodomani medela eſt. Quo vero modo ex *Δουΐλιος* naſci ſcribendi negligentia *Ουαλέριος* potuerit, nondum perſpicio. Forte cum *Δουϊλίου* vocabulum vitio eſſet depravatum, alterum ex ſequenti anno adſcitum eſt. De conſulibus his Livius L. VIII, 16. Wess.

ead. l. 14. *Καὶ Λέσβον*) Sunt haec pluſquam inepta. Non negavero, olim in inſula eo nomine urbem fuiſſe, illamque titulum ſuum cum ea communicaſſe. Hoc volunt, quae Euſtathius in Homer. p. 741, & Heſychius voc. *Λέσβος* afferunt. At omnia, quae continue ab auctore ſubiiciuntur, ſolam ſpectant Mitylenen, quae ampla urbs erat & egregio in bellum apparatu inſtructa, non *Lesbus* illa, Diodoro ab imperitis librariis obtruſa, atque haud dubie ex ſuperioribus inculcata. Suadet & Coſpi liber, in quo *καὶ Λέσβον* defuiſſe, Latina manifeſto declarant. Igitur N. Blancardum, cui amanuenſium hoc delictum ad princip. L. II Arriani ſuboluit, laudo impenſe. Wess.

Pag. 300. *l.* 9. *Ἐν οἷς ὑπῆρχον καὶ Σπαρτιᾶται*) Vid. infra c. 63. Wess.

Pag. 301. *l.* 12. *Καὶ πάντων — ἀρχηγὸς καὶ σύμβουλος γεγονὼς ἦν*) Mirum mihi quidem hoc accidit. Alexander Charidemum, ſibi Macedonibuſque maximopere infeſtum, Athenis in exſilium ire iuſſit, Arrian. *Ἀναβ.* Lib. I, 10. Ipſi Athenienſes accepta ad Chaeroneam clade unum Charidemum, quem Philippo opponerent, dignum cenſebant apud Plut. Phocion. p. 748 E. Et Charidemus tamen dux & auctor conſiliorum Philippi fuit omnium? Dinarchus Or. in Demoſthen. pag. 94 hominem laudibus effert, quod eo ad Perſas

consilio abierit, ut Athenienfibus ceterisque Graecis suo periculo salutem procuraret. WESS.

ead. l. ult. Πεῖραν — τῆς ἰδίας ἀρχῆς) Vitiose pro ἀρετῆς. RHOD. Praevideo, quid pro vulgata disputaturi sint quidam. Facio tamen cum Rhodomano, cuius correctionem Cospus sua versione ratam esse iubet. WESS.

Pag. 302. *l.* 12. Ἐπιλαβόμενος τῆς τοῦ Χαριδήμου ζώνης) Persicum morem illustrant B. Brisson. de Regn. Perf. L. I, 130, & Io. Freinshem. ad Curtii L. III, 2, verbis Xenophontis Ἀναβ. Lib. I, p. 205, μετὰ ταῦτα κελεύοντος Κύρου ἐλάβοντο τῆς ζώνης τὸν Ὀρόντην ἐπὶ θανάτῳ. Addo, a Medis, ut multa, ad Persas videri transiisse: Artaeus enim rex Medorum nuntio imperavit, εἰ μὴ παραδῷ Νάναρος τὸν Παρσώνδην (de quo auctor Lib. II, 33,) λαβόμενος τῆς ζώνης ἄγειν αὐτὸν ἐπὶ θανάτῳ in Excerpt. Nic. Damasceni pag. 533. WESS.

Pag. 303. *l.* 6. Ἀλλ' οὐ γὰρ ἦν δυνατὸν &c.) Vide Curtium L. III, 2. Nollem vero hinc conclusione quadam confecisset diligentissimus Brissonius, latam de capite sententiam ne regi quidem Persarum revocare retractareque licuisse. Nihil horum verba prae se ferunt: sed Charidemum regia potestate ex inferis non potuisse excitari. Verius advocasset S. Danielis oracula c. VI, 16. WESS.

ead. l. 8. Ὀνειροπολούμενος ταῖς Μακεδόνων ἀρεταῖς) *Quanta Macedonum virtus esset coniectans* interpres. Ego vero, *inquietudine virtutis Macedonicae agitatus*, aut *in somniis exercitus*. Respicit enim eas rerum imminentium species, quae Darium anxium de instantibus curis etiam per somnum agitabant apud Curtium L. III, 3. Noster Excerpt. Valef. pag. 305, ὁ δὲ Φίλιππος τὸν λοιπὸν τοῦ ζῆν χρόνον ὀνειροπολούμενος. Apertius Philo Iud. de Contempl. Vit. p. 893 C. πολλοὶ οὖν καὶ ἐκλαλοῦσιν ἐν ὕπνοις ὀνειροπολούμενοι τὰ τῆς ἱερᾶς φιλοσοφίας ἀοίδιμα δόγματα. Aliud & longe diversum est ὀνειροπολεῖν τὴν ἐκθέωσιν in eiusdem Leg. ad Cai. p. 1039 A. & τάλαντα καὶ μυριάδας ὀνειροπολεῖν καὶ ἀγροὺς ὅλους καὶ συνοικίας apud Lucian. Merc. Conduct. c. 20, & in Gall. c. 32, cum nota Reitzii. WESS.

ead. l. 12. Ἠναγκάζετο καταβαίνειν εἰς τὸν — κίνδυνον) Sic παρασκευάσασθαι πρὸς τὸν κίνδυνον & διατάσσειν τὴν δύναμιν εἰς τὸν κίνδυνον L. XIX, 25 & 26. Quibus in locis, sicuti & hic, proelium indicari citra dubium est. Interpres paullo obscurius *in discrimen se dimittere*: cui tamen ut N.

Blancardus ad princip. L. II Arriani propterea insultaret, non erat caussa gravis. WESS.

Pag. 304. *l.* 5. Πλείους τῶν τετταράκοντα μυριάδων) Convenit numerus. Diodorus ad Arbela dimidio maiorem fuisse exercitum, quam fuerat ad Issum, profitetur L. XVII, 39. Erat autem octingentorum peditum & ducentorum millium equitum. Adde c. 33. Aliter Plut. Alex. p. 674 C. & Arrianus Lib. II, 10, ad quem Gronov. vide, numerum ineunt. WESS.

Pag. 305. *l.* 6. Παραβόλοις καὶ συντόμοις θεραπείαις χρώμενος) Vide Plut. Alex. p. 675 B. Ἰατρείαις ut auctori obtruderetur, nihil erat necesse. WESS.

ead. l. 11. Καὶ τὴν τέχνην) Etsi saepenumero in medicis verum sit, quod de rebus humanis poëta, Τύχη τὰ θνητῶν πράγματ', οὐκ εὐβουλία, iniuriam tamen Philippo Acarnani scribae insignem inferunt, cum fortunae magis praesidio, quam arti, hanc Alexandri curationem tribuunt. Sibi ergo habeant τὴν τύχην, ego τὴν τέχνην medico non detraho. WESS.

Pag. 306. *l.* 3. Λυγκιστὴν Ἀλέξανδρον) Litera auctius esse iussi ἐθνικὸν Alexandri huius nomen. Sic ipsemet auctor L. XVII, 57 & 80; sic Strabo L. VII, p. 503 A. & Stephanus: quamquam, sedulo ut dicam, Λυγκηστὴς praestaret, quomodo Thucydides, Ptolemaeus & Latini. Vid. Dukerum ad Thucydid. L. II, 99. WESS.

ead. l. 12. Τὰς ὀνομαζομένας πύλας) Cilicias Pylas intelligi, quisque videt. De illis auctor L. XIV, 20. WESS.

Pag. 307. *l.* 4. Σύντομον τὴν ὁδοιπορίαν ποιούμενος) Si compendiaria via fuisset usus, ferri posset. Sed Darius pleno gradu in Macedones perrexit, ut ex Curtio L. III, 8, constat. Lego σύντονον τὴν ὁδοιπορίαν ποιούμενος· ut L. XIX, 26, προῆγε σύντονον τὴν πορείαν ποιούμενος· & eiusdem libri cap. 32, ἀνέζευξε — καὶ συντόνους τὰς πορείας ποιούμενος. Vitium frequens & alibi a nobis detersum. Conf. L. Kuster. ad Aristoph. Plut. v. 257. WESS.

Pag. 308. *l.* 4. Καὶ τὰς τῶν ἱππέων ἴλας) Hoc malui, etsi non ignorem, apud Herodotum I, 172 & 202, & Ioseph. Ant. L. XIV, 13, 3, atque alibi εἴλας & εἰλαδὸν praeferri. Variatum in vocis fuit scriptura, his εἴλην, illis ἴλην eligentibus. Audiamus Eustathium in Il. B. p. 179: τοῦ δὲ ἰλαδὸν χρῆσις καὶ παρὰ Ἡσιόδῳ. πρωτότυπον αὐτοῦ ἡ ἴλη, ὃ σημαίνει τὴν τάξιν. καὶ πάλαι μὲν ἡ ἴλη καὶ τὸ ἰλαδὸν διὰ

τῆς εἰ διφθόγγου εἶχε τὴν ἄρχουσαν, ὡς ἀπὸ τοῦ εἰλῶ τὸ συστρέφω· ἐξ οὗ τότε καὶ τὸ πέδειλον. ὕστερον δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἐν τῷ ι αὐτοῖς ἡ γραφή· quem quidem Grammatici locum non neglexit Io. Henr. Boeclerus in Lect. Polybian. p. 113, eandem ex Polybii schedis scribendi varietatem enotans. Wess.

ead. l. 6. Τὴν δὲ τῶν πεζῶν φάλαγγα &c.) Aciei ordinem aliter disponunt Curtius L. III, 9, & Arrian. L. II, 9, quos vide. Wess.

ead. l. 14. Ὥστε διὰ τὴν πυκνότητα τῶν βαλλομένων &c.) Imitatur Curtius L. III, 11, 4, de Macedonibus hac ipsa in pugna. *Sed conferti*, inquit, *& quasi cohaerentes, tela vibrare non poterant: simul emissa, in eodem concurrentia implicabantur, levique & vano ictu pauca in hostem, plura in humum innoxia cadebant;* ubi Acidalius & Raderus non sunt negligendi. Συναλαλάζειν, quod succedit, & ululandi ante pugnam morem, explicitum si desideres, cumulatissime satisfacient Ezech. Spanh. ad Iuliani Or. I, p. 233, & Car. Du Fresne ad Ioinvill. Differt. XI & XII, p. 204 &c. Wess.

Pag. 309. *l.* 9. Καταπροτερῆσαι τῶν Περσῶν) Quod Basileae expresserunt προτερῆσαι, frequentissimo in his libris usu munitum est: nec sequor tamen. Alterius se patronum profitetur Polyb. L. I, 47, & Excerpt. p. 1413. Wess.

Pag. 310. *l.* 4. Θυμομαχοῦντες) Vide Grotium in S. Lucae A. A. c. XII, 20, & Raphelii Annot. ex Polyb. ad eundem locum. Paullo ante si cum Rhodomano scripseris διὸ καὶ πολλοὶ τραύμασιν, non aberrabis. Wess.

Pag. 311. *l.* 5. Περὶ μὲν τὸ τοῦ Δ. τέθριππον) Sic correxit Rhodomanus in not. Addend. addicentibus scriptis Codd. Conf. ad L. V, 23, & de Oxathre Curtium Lib. III, 11, 8. Wess.

ead. l. 10. Ἀντιξύης καὶ Ῥεομίθρης &c.) Arrianus (Ἀναβ. L. I, 11,) τῶν δὲ Περσῶν ἀπέθανον μὲν Ἀρσάκης καὶ Ῥεομίθρης καὶ Ἀτιζύης, τῶν ἐπὶ Γρανικῷ ἡγησαμένων τοῦ ἱππικοῦ. Steph. Ἀτιζύης) Sic Persae huius nomen instauravi. Causam dedi ad huius libri cap. 21. Aegypti satrapa, qui & hoc proelio cecidit, Arriano est Σαβάκης, unde Curtio L. III, 11, 10, & L. IV, 1, 28, idem nomen, nam scriptae eius schedae mire variant, a viris doctis restitutum est. Wess.

Pag. 312. *l.* 4. Λῦσαι τὴν σεμνότητα τῆς προστασίας) *Negligere tanti regis maiestatem;* seu, ut Sallustius Iugurth. cap.

33, *contra decus regium* facere. Paullo aliter Polyb. Excerpt. Leg. pag. 1173, *καὶ νομίσαντες ὑπὸ τοῦ Φιλοποίμενος ἅμα τὴν δύναμιν καὶ τὴν προστασίαν καταλελῦσθαι τὴν Ῥωμαίων.* Potentiam indicat, qualis eorum esse solet, qui multis clientelis nituntur, ut bene Casaubon. ad Polybii L. I, p. 131 ed. Gronov. quem vide, sicuti de Persico hoc more B. Brisson. de Pers. Regn. L. III, 37. WESS.

Pag. 313. *l.* 1. Τοὺς περὶ ταῦτα ἀναπειρομένους &c.) Idem est ac *περιπειρομένους* apud Lucian. Zeux. c. 10, & supra L. XVI, 81. Opportune scriptor L. II Maccab. c. XII, 22, *ὥστε πολλάκις ὑπὸ τῶν ἰδίων βλάπτεσθαι καὶ ταῖς τῶν ξιφῶν ἀκμαῖς ἀναπείρεσθαι.* Philo Iud. Leg. Special. pag. 799 D. saepe de tauro cornupeta *ἐάν τινα ταῦρος ἀναπείρας ἀποκτείνῃ.* WESS.

Pag. 314. *l.* 1. Ἐκ τῆς βασιλικῆς σκηνῆς διεφοροῦντο) Cum ea lectione (*γάζης*) quae est in margine, videntur facere cum alii loci, tum hi pag. 596, *οὐκ ὀλίγον δὲ κόσμον καὶ γάζαν βαρβαρικὴν, ἀργυρίου δὲ τάλαντα τρισχίλια·* p. 620 initio, *καὶ πολλὰ τῆς γάζης ἀκρατεστάταις ἡδοναῖς κατανάλωσεν·* unde & verbum *γαζοφυλακεῖν* pag. 601, *ἅμα δὲ τῇ διώξει τοῦ Δαρείου πολλῶν χρημάτων κεκυριευκώς. παρὰ μὲν τῶν γαζοφυλακούντων παρέλαβεν ὀκτακισχιλίων ταλάντων ἀριθμόν.* Praeterea cum modo dixisset *βασιλικὰς σκηνὰς* numero multitudinis, cur subiiceret *βασιλικὴν σκηνὴν* numero unitatis? Haec faciunt, ut margini adscriptam lectionem, ei, quae in contextum recepta est, praeferendam censeam. STEPH. Ἐκ τῆς βασιλικῆς γάζης) Idem & ego probo. Tum ob ea, quae vir doctissimus produxit, tum quod regium tabernaculum milites intactum omiserunt, Curtio teste Lib. III, 11, 23, & Nostro cap. 36. Video equidem, Freinshemium monere, Diodorum parum caute hoc & insecuto capite regis tabernaculum a Macedonibus direptum prodidisse: Blancardum praeterea *τῆς σκηνῆς* contra Stephanum profiteri patrocinium ad Arrian. Lib. II, pag. 110. Frustra uterque. Nam cum paullo ante scribit *περὶ τὰς βασιλικὰς σκηνὰς* Macedones colligenda praeda occupatos fuisse, non necessario indicatur, regium tentorium fuisse a militibus apparatu vacuefactum: plura propter illud erant alia, quae in praedam versa sunt; quorum e numero & illud, in quo mater, uxor liberique Darii, ut cap. 36 dicetur, tendebant. Illis ergo despoliatis haud pauca regiae gazae egesta direptaque sunt a militibus. WESS.

ead. l. 5. Ἐφ' ἁρμάτων ὀχουμ. καταχρύσων) *Armamaxas* Graecorum exemplo vocat Curtius L. III, 3, 23, ubi poſt diligentem B. Briſſonii operam multa viri docti. Wess.

ead. l. 13. Καὶ τὰς ἐσθῆτας περιῤῥήττουσαι) Philo Iud. Ioſeph. p. 528 D. καὶ τὰς ἐσθῆτας περιῤῥηξάμενος. Plut. Anton. p. 951 F. Cleopatra περιεῤῥήξατο τοὺς πέπλους ἐπ' αὐτῷ. Dio Caſſius L. XLVIII, p. 433 E. καὶ τὰς ἐσθῆτας περιεῤῥήγνυντο. Aliud eſt περιῤῥῆξαι τὴν ἐσθῆτα, quod alteri eam violente deripere exprimit. S. Lucas A. A. XVI, 22, οἱ στρατηγοὶ περιῤῥήξαντες αὐτῶν τὰ ἱμάτια. Plut. Poplic. p. 99 F. lictores περιεῤῥήγνυον τὰ ἱμάτια. Mox auctor ipſe, οἱ δὲ τὰς ἐσθῆτας περιῤῥήγνυντες. Saepeque alii, a Berglero ad Alciphron. p. 130 excitati. Quod quidem diſcrimen, ipſa ſermonis indole ſtabilitum, Diodorus pluresque e recentioribus neglexerunt. En tibi Philon. Iud. Ioſeph. p. 557 E. ὡς ἰδόντας — ἀνοιμῶξαι καὶ τὰς ἐσθῆτας διαῤῥήξαντες ἐκδακρύειν. Appian. L. I Bel. Civil. p. 656, ταῦτα εἰπὼν (Merula) — τήν τε ἐσθῆτα κατέῤῥηξε· & quos conduxit, diſcrepantem verborum uſum optime expediens, vir praeclarus ad Xenophont. Epheſ. Miſcellan. Obſ. Vol. V, Tom. III, p. 64. Porro ſollemne in Perſis etiam inter feminas fuiſſe, ut luctu miſeriiſque preſſae veſtes lacerarent, docuerunt Stanleius ad Aeſchyli Perſ. v. 124 & 199, & Cellar. in Curtii L. III, 11, 25. Wess.

Pag. 315. *l.* 5. Ἦγον δ' αὐτὰς, οἱ μὲν &c.) Ita interpungo. Alioqui pronomen redundaret, neglectum propterea Baſileae atque in Reg. 2. quod etſi Diodoro non praeter morem, praeſtat tamen iſtud. Wess.

ead. l. 13. Τὰ — μεγάλα μακρὰν ἀπήρτητο) Vide ad L. III, 67. At quae μεγάλα ea? contra quae ſtatim ponuntur τὰ πολέμια. Scio omne *admirabile* & *memorandum* μέγα poſſe dici, & quae a viro amiciſſimo adſcripta ſunt Luciani Nigrin. c. 1; praeferrem tamen μείλιχα, aut μειλίχια, ſi libri addicerent. Mox στάθμας τῶν δοράτων Lexica de capulis accipiunt. Melius interpres. Vide Heſychium in Σαυρωτήρ. Wess.

Pag. 316. *l.* 12. Καὶ ταῖς — γυναιξὶ προσπιπτούσαις &c.) Exſpectaſſes καὶ τῶν — γυναικῶν προσπιπτουσῶν &c. οὐχ οἷον συνεπιλαβέσθαι τινὸς, aut certe abſentiam τοῦ τινός. Sed optimis talia excidunt. Vide haec Herodoti L. VI, 21, καὶ δὴ καὶ ποιήσαντι Φρυνίχῳ δρᾶμα — καὶ διδάξαντι, εἰς δάκρυά τε ἔπεσε τὸ θέητρον. Xenoph. Ageſ. p. 13 ed. Lond. τοῖς δ' αὖ διὰ γῆρας καταλειπομένοις αἰχμαλώτοις, προσέ-

ταξεν ἐπιμελεῖσθαι αὐτῶν. Ioseph. Ant. L. XV, 2, 2, Ὑρκανῷ δ' ἀναχθέντι, Φραάτης — ἐπ' αὐτὸν ἐπιεικέστερον προσηνέχθη. Paufan. L. I, 27, pag. 64, οὔτε ἡ διδοῦσα ὁποῖόν τι δίδωσιν εἰδυῖα, οὔτε ταῖς φερούσαις ἐπισταμέναις. Et Diodori L. XV, 75, Φλιασίοις δὲ πολεμουμένοις ὑπ' Ἀργείων, Χάρης ὑπ' Ἀθηναίων πεμφθεὶς &c. ἐβοήθησε τοῖς Φλιασίοις. Quibus quidem in locis fi cafum patrium viri praeftantes & bene patrio in fermone callentes collocaffent, a Grammaticorum non diffenfiffent decretis. WESS.

ead. l. ult. Καταλαβόμενοι τὴν τοῦ Δαρείου σκηνὴν) Vide mihi Curtium L. III, 11, 23, & Plut. Alex. p. 676 A. WESS.

Pag. 317. *l.* 7. Πλείους τῶν δέκα μυριάδων) Hunc numerum praeoptavi ob Curtii, Plutarchi & Arriani confenfum. Iuftinus longe infra hanc multitudinem eft L. IX, 9, variifque doctorum virorum coniecturis ad Curtium L. III, 11, 27, & Arrian. L. II, 11, p. 78, anfam praebet. WESS.

ead. l. 13. Μεταλαμβάνων ἄλλον ἐξ ἄλλου τῶν &c.) Diftinctius Arrianus dicto loco, & Aelian. Hiftor. An. L. VI, 48, quos & ad Curtii Lib. III, 11, 12, Freinshem. antestatur. WESS.

ead. l. ult. Μετὰ τῆς ἑταιρικῆς ἵππου) Τῶν ἱππέων τῶν ἑταίρων ὀνομαζομένων σύστημα Lib. XVIII, 2, & Lib. XIX, 28. Apud Appian. Syriac. p. 173, ἵππος, ἣν ἐκάλουν ἑταιρικήν. Ad quem modum faepe alii. Equites erant, *fodalium* nomine infignes, robur equeftris inter Macedonas militiae. Plura fi velis, confule H. Valef. ad Excerpt. Polyb. pag. 358 ed. Gronov. & Freinshem. in Curtiani Indicis voce *Amicitia:* nam Blancardum ut adeas, neceffe non puto; debet enim pleraque omnia Freinshemio. WESS.

Pag. 318. *l.* 13. Λεοννάτον) Recte veteres membranae. Confentiunt Arrian. Ἀναβ. II, 12, Plut. Alex. pag. 676 B. aliique: quin & auctor ipfe L. XVI, 95. WESS.

Pag. 319. *l.* 8. Παρῆλθε πρὸς τὰς γυναῖκας) Phrafin illuftrat Davif. ad Max. Tyrii Differt. XXI, p. 578, quem, fi lubet, vide. Adiiffe vero captivas reginas & vidiffe Alexandrum, Plut. Alex. p. 676 C. & Curtius III, 12, agnofcunt. At apud Gellium N. A. L. VI, 8. Appion, *victi*, inquit, *hoftis uxorem, facie incluta mulierem, vetuit in confpectum fuum deduci, ut eam ne oculis fuis quidem contingeret.* Et Plutarchus de Curiofit. p. 522 A. οὐδὲ Ἀλέξανδρος εἰς ὄψιν ἦλθε τῆς Δαρείου γυναικὸς, εὐπρεπεστάτης εἶναι λεγομένης, ἀλλὰ πρὸς τὴν μητέρα φοιτῶν — οὐχ ὑπέμεινε τὴν νέαν καὶ καλὴν ἰδεῖν. Quae quidem

non convenient, nisi si Darii uxoris, pro orientalium more,
Lutea demissos velarint flammea vultus.
Confer Gisb. Cuperi Observat. L. IV, 10. WESS.

ead. l. ult. Καὶ γὰρ καὶ οὗτος Ἀλέξανδρός ἐστιν) In his decurtandis nimii sunt Reg. 1. & Basil. Satis fuerat, si posterius καὶ resecuissent. Infra cap. 114, εἶπεν ὁ βασιλεὺς, μηδὲν φροντίσῃς, ὦ μῆτερ, καὶ γὰρ οὗτος Ἀλέξανδρος. Curtius, expressis Latine Diodori verbis, *Sisygambis*, sic regiae matris nomen scribit, *advoluta est pedibus eius, ignorationem nunquam antea visi regis excusans: quam manu adlevans rex, non errasti, inquit, mater; nam & hic Alexander est*, Lib. III, 12, 17. WESS.

Pag. 320. *l.* 8. Τὴν μὲν γὰρ θεραπείαν αὐτῇ πᾶσαν &c.) Plut. Alex. pag. 676 C. θεραπείας τε καὶ τιμῆς, ἣν εἶχον, οὐδ' ὁτιοῦν ἀφεῖλεν. Rhodomanus de servitiis recte accepit, quomodo ὄχλον θεραπείας Philo Iud. L. I Vit. Mos. p. 625 B. dixit. Adi Iac. Perizon. in Aelian. Var. Hist. L. II, 2, & infra L. XX, 11. WESS.

Pag. 321. *l.* 1. Πολλῷ βελτίων ἐστὶ τοῦ πατρὸς) Adblandiri posset ἔσται, nisi Alexander ex pueri constantia, & quod sui conspectu nihil conterritus esset, videretur conficere, eum patri, qui fugam ingredi, quam cum adversario in arenam descendere maluerat, longe praestare. Mox τῆς περὶ αὐτὴν σεμνότητος rectius fortasse expresseris *honestatis eius*, uti βίου σεμνότης in Aeliani L. II Var. Hist. cap. 2, & S. Paulli 1 ad Timoth. II, 2, & III, 4. WESS.

ead. l. 7. Εἰς ἀκατάσχετα προσπεσεῖν δάκρυα) Vid. eruditissimum virum ad Xenophont. Ephes. Miscellan. Observ. Vol. V, T. III, p. 61. Saepe Nostro ἀκατάσχετος ὁρμὴ, ἀκατάσχετον πῦρ, ἀκατάσχετος ῥύμη, quorum impetus sisti vix potest. S. Iacobus Epist. c. III, 8, τὴν δὲ γλῶσσαν οὐδεὶς δύναται ἀνθρώπων δαμάσαι· ἀκατάσχετον κακόν. In quam sententiam, etsi diversa translatione, Philo Iud. de Somn. p. 1145 E. τὸ γὰρ στόμα διανοίξαντες καὶ ἐάσαντες ἀχαλίνωτον, καθάπερ ῥεῦμα ἀκατάσχετον, φέρεσθαι. Et de Insid. Potiori a Deter. struct. p. 186 D. ἔτι τοίνυν σοὶ λέγω τὸ πλῆθος, ὧν ἀχαλίνου γλώττης ῥεῦμα ἀνεπίσχετον διέφθειρεν. Sed haec nunc non agimus. WESS.

ead. l 14. Αἱ μὲν γὰρ τῶν πόλεων πολιορκίαι &c.) Paria Cicero pro Marcello c. 2: *Nam bellicas laudes solent quidam extenuare verbis, easque detrahere ducibus, communicare cum multis, ne propriae sint imperatorum. — maximam vero partem*

quasi suo iure fortuna sibi vindicat, & quidquid est prospere gestum, id omne paene ducit suum &c. Et Io. Chrysostomus Or. VI ad Antiochen. T. II, p. 76 E. Conf. Ezech. Spanhem. ad Iulian. Caesares in notat. comprobationibus p. 96. Excellunt profecto inter illustria Alexandri facta admirabilis haec & clementia & continentia, meritoque laudibus efferuntur a Philippo tanquam vere regia: βασιλικὰ γὰρ ταῦτα in Luciani D. Mort. XIV, 4. Wess.

Pag. 322. *l.* 7. Διὸ καὶ τοὺς πλείστους ὁρᾶν ἐστι τὴν εὐτυχίαν &c.) Induxi ingestum a sciolis νῦν, sententiae maiestatem vehementer imminuens. Adi not. in L. XIII, 30. Wess.

Pag. 323. *l.* 6. Καὶ τὴν μὲν ἀληθινὴν ἐπιστ. ἀποκρυψάμενος) Non congruunt, quae apud Curt. IV, 1, & Arrian. II, 14. Wess.

Pag. 324. *l.* 4. Καὶ χωρὶς) Aeschines Or. de Legat. fals. p. 37, καὶ χωρὶς εἰς τοὺς περὶ τὸ βῆμα μισθοφόρους &c. Plura huius generis in superioribus afferre memini. Wess.

ead. l. 6. Νικηράτου) Arrianus in Alexandri expeditione lib. II, c. 24, Ἀνικητὸν nominat Archontem, non Niceratum. Palm. In Dionysii Dinarcho pag. 116 Νικήτης huius anni Archon appellatur: unde Νικήτου & hic & apud Arrianum refingit Io. Meursius de Archont. IV, 13, coniectura satis plausibili. Wess.

ead. l. 9. Γρύλος Χαλκιδεὺς) Praestaret Γρύλλος. Eusebio Εὐρύλας Χαλκιδεὺς, quod latere videtur in Reg. 1. Πρύαλος. Wess.

Pag. 325. *l.* 4. Τῷ Ἡρακλεῖ τῷ Τυρίῳ θύσαι) De eo H. Vales. ad Dionis Excerpt. p. 110, & Iac. Gronov. ad Arrian. p. 89. Wess.

ead. l. 7. Τεθαῤῥηκότως ὑπέμενον τὴν πολιορκίαν) Sic scripserat, uti τεθαῤῥηκότως παρατάξασθαι L. XI, 36, & τεθαῤῥηκότως ἐδέχοντο τὴν ἐπιφορὰν huius lib. cap. 19, tum τεθαῤῥηκότως τὴν τῶν Μακεδόνων ἔφοδον ὑπέμενον cap. 76, aliaque eiusdem formae ostendunt. Wess.

Pag. 326. *l.* 3. Κατὰ δὲ γῆν σχεδὸν ἀπραγμάτευτον οὖσαν) Cuius obsidio tentari terra vix poterat. Sic Polybius L. IV, 75, διὰ τὸ τήν τε χώραν τὴν πέριξ αὐτοῦ στενὴν εἶναι καὶ δυσέμβολον, τό, τε χωρίον ΑΠΡΑΓΜΑΤΕΥΤΟΝ καὶ δυσπρόσοδον, i. e. *oppugnatione atque aditu difficile*. Apud Suidam in ea voce τὸ ἀπραγμάτευτον, quod commercio & negotiatione caret, indicat, ut bene Kusterus; longe vero aliud in Musonii fragmento apud Stobaeum Tit. XVIII,

p. 167, τὸ εὐπόριστον τοῦ δυσποριστοῦ, καὶ τὸ ἀπραγμάτευτον τοῦ μετὰ πραγμάτων — πρεπωδέστερον· nimirum quod ſine multo labore paratur. Synefius Or. de Regn. p. 4 B. οὐ γὰρ ὥσπερ παραγίνεται τοῖς ἀνθρώποις μακαρισμὸς, οὕτως ἀπραγματεύτως διασώζεται· qui diverſus vocabuli uſus ex variante ſignificatione τοῦ πραγματεύεσθαι pendet unice. De Tyro, operibus & natura munita, Arrian. Lib. II, 18. WESS.

ead. l. 8. Τὴν παλαιὰν λεγομένην Τύρον) Vid. ad Lib. XIX, 59. WESS.

Pag. 327. *l.* 4. Καὶ ναυμαχίαν ἑτοίμους κατεσκεύαζον) Debetur hoc Rhodomani coniecturae, in qua acquieſco ob Reg. librum. Mallem praeterea καὶ πρὸς τὴν ναυμ. ne & hac parte oratio hiaret, conſentiente eodem. WESS.

Pag. 328. *l.* 3. Ὡς — διέτεινε τὸ κατασκευαζόμενον) Planius videri poſſet διετείνετο, niſi ipſemet auctor Lib. XI, 6, ὠχύρουν τὸ τεῖχος, διατεῖνον ἐπὶ σταδίους τετταράκοντα· L. I, 48, ἐπὶ τοσοῦτον — διέτεινε τοῖς χρόνοις ἡ δόξα τούτου τοῦ βασιλέως. Itaque retineo. WESS.

ead. l. 7. Κῆτος ἄπιστον τὸ μέγεθος) Curtium ſi audis L. IV, 4, 3, haec inuſitatae magnitudinis bellua ſerius ſe ad molem, quam Macedones iecerant, applicuit. WESS.

ead. l. 15. Δυνάμενα διατροπὴν καὶ φόβον &c. παρασχέσθαι) Noſter Excerpt. Urſin. Eclog. XXVII, διατροπὴ μεγάλη τὸ συνέδριον ἐπέσχε· quod quidem Suidas exſcribens idem ait eſſe ac συμπάθειαν, οἶκτον. Ego *perturbationem* animi ac conſternationem cum interprete praefero. Polybius L. III, 85, τηλικαύτην συνέβη γενέσθαι διατροπὴν, ὥστε &c. *tanta ſecuta eſt animorum conſternatio*; & L. V, 60, καταπεπληγμένος δὲ τὴν διατροπὴν αὐτῶν, ἐξέπεμψε &c. WESS.

Pag. 329. *l.* 1. Αἱματοειδῆ τὴν πρόσοψιν εἶχον) Prodigii meminit Curtius IV, 2, 14. WESS.

ead. l. 9. Προσέδησαν τὸ — ξόανον τῇ βάσει) Hoc malui, ex veteri Codice ſumtum. Vid. L. XIII, 108. Simili ex cauſa πέδας ἐστὶν ἔχων Ἐνυάλιος, ne qua aufugeret, & Venus, cognomento Morpho, ἔχουσα καὶ πέδας περὶ τοῖς ποσὶ, quamquam huius diverſior ratio, apud Pauſan. L. III, 15. Adiunge Curtium IV, 3, 21. WESS.

ead. l. 14. Ὀξυβελῶν τε καὶ καταπελτῶν) Eundem in modum disiunctim ὀξεβελεῖς καὶ καταπέλται L. XVIII, 70. Sed locis paene infinitis ὀξυβελεῖς καταπέλται. Nihil tamen novandum cenſeo, quod ὀξυβελεῖς tormenti genus, catapul-

tis minus, recte indicent. Vid. huius lib. cap. 45, L. XX, 50 & 84. WESS.

Pag. 330. *l.* 8. Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος — πληρώσας πάσας τὰς ναῦς) Serius contigit, si Curtio fides. Nam principio obsidionis Alexander classe plane defectus erat. Adi eum L. IV, 4. WESS.

Pag. 331. *l.* 10. Ἀργέστης ἄνεμος μέγας ἐπεγένετο) Conf. L. I, 39. Nautae ventum eum, Syriae oram infestantem, μελαμβόρειον, *nigrum Boream*, vocitabant, teste Iosepho B. Iud. III, 9, 3. Erat ibi, ut aliis in locis, mire impetuosus, μελαμβόρειον πνεῦμα βίαιον καὶ φρικῶδες propterea Straboni L. IV, p. 276 B. cum nota Casauboni. WESS.

Pag. 332. *l.* 9. Οἱ δὲ Τύριοι ἁλιεῖς, ἔχοντες τεχνίτας) Mirum, cur Tyrios universos ἁλιεῖς appellet. Erant sane eorum plerique rei nauticae studiosi, nec ἁλιεῖς tamen, sive *piscatores*. Doctissimus Da La Barre, cuius sollerti operae excerpta Codd. Reg. debeo, adscripserat, *lego* ἀλεῖς, *multos*, ἀλεῖς ἔχοντες τεχνίτας. Optime, si Herodotus inter manus esset, deque eius dictione ageretur constituenda. In Diodoro nusquam reperitur id vocabuli, neque audeo ab Ionibus repetitum invito obtrudere. Scribo itaque Τύριοι ἁλιεῖς ἔχοντες καὶ τεχνίτας· ut innuatur, Tyrios & piscatorum & artificum operam impendisse in machinas fabricandas. Atque hoc machinae, quas ad retundendam vim hostilem adhibitas deinceps describit, confirmant. WESS.

ead. l. 12. Διά τινος μηχανῆς διανεύοντες) Hoc quidem Varini Camertis Lexicon interpretatur per κυκλοῦντες. Sed haud dubie verissima lectio est δινεύοντες· quomodo etiam infra p. 586 usurpatur. Mutuatur autem vocem a poëtis, quibus δινεύειν pro δινεῖν flectitur. RHOD. Διά τινος μηχανῆς δινεύοντες) Ausus sum corruptae voci literam detrahere, fretus Rhodomani consensione & sermonis, quo magnum inter διανεύειν & δινεύειν discrimen, genio. Viam auctor monstrat c. 45, quando iisdem de rotis, καὶ διά τινων ὀργάνων τούτους δινεύοντες. Novi Hesychianum Διανεύει, τρέφει (leg. στρέφει) κυκλεῖ· quod a Grammatico excerptum citra dubium est ex libro, quem huic simillimum vitium inquinaverat. Henr. certe Stephano probari non potuit, qui, tametsi hic nihil adscripserit, in Thes. sui Indice pag. 738, prolatis Diodori verbis, sibi ea displicere profitetur. WESS.

Pag. 333. *l.* 1. Μαλακαῖς τισι καὶ συνενδιδούσαις κατασκευαῖς) Vid. mox c. 45. WESS.

ead. l. 13. Τὴν — σύριγγα) *Intercapedinem fiſtulae ſeu canalis inſtar*, ſic Rhodomani nota, me non intercedente. Saepe σύριγγες anguſti ſunt & flexuoſi meatus, ſive *cavernae minutae terrarum, quas Graece ſyringas appellamus*, verbis Ammiani Marcellin. Lib. XVII, 7, p. 183, unde σύριγγες Αἰγύπτιαι, quae Creticis labyrinthis comparantur ab Aeliano de Animal. L. VI, 43, & L. XVI, 14. WESS.

Pag. 334. *l.* 3. Μόλις ἀπετρέψαντο) Neque hoc ſeſe commendat, neque ἀπεστρέψαντο Reg. 1. quantumvis recurrat L. XVIII, 47; haeret enim eodem in luto. Dederat auctor ἀπετρίψαντο, ut ſolet. Vid. not. in L. XV, 4. WESS.

ead. l. 13. Τὰς ἐπιβάθρας ἐπιβαλλόντων) Conf. L. XIX, 51. WESS.

ead. l. ult. Τριόδοντας παρηγκιστρωμένους) Non alio ſenſu τὰ παρηγκιστρωμένα βέλη πλείονα χρόνον ἐμμένοντα Plut. Sympoſ. Lib. II, pag. 631 D. quibus hamati hi tridentes nihil ceſſiſſe, immo vero ob plures uncos videntur formidoloſiores fuiſſe. WESS.

Pag. 335. *l.* 8. Ἄλλοι δ' ἁλιευτικὰ δίκτυα &c.) Meminit retium hoc ex loco Iuſt. Lipſius Poliorcet. L. V, 3, quorum in obſidionibus uſum Philo, quem ille inſpexiſſe non videtur, Poliorcet. pag. 95 ſic declarat: χρήσιμα δ' ἐστὶ καὶ τὰ προκαταρτιζόμενα παχέα ΑΜΦΙΒΛΗΣΤΡΑ ἐκ τοῦ λίνου πρὸς τοὺς κατὰ τὰς κλίμακας διὰ τῶν διαβαθρῶν ἐπὶ τὰ τείχη ἀναβαίνοντας. ὅταν γὰρ ἐπιῤῥιφῇ αὐτοῖς ῥαδίως συνθέοντος (leg. συνδέοντος) ὑποχείριοι γίνονται· quae quidem optime huic loco conveniunt. Habet idem Mechanicus p. 99 remedia contra τὰ ἐπιῤῥιπτούμενα ΑΜΦΙΒΛΗΣΤΡΑ, quae vide. Sumtum autem repetitumque retium id genus videtur ex Pittaci, unius ex ſeptem illis ſapientibus, arte, qua Phrynonem occulto reti impedivit apud Strabon. XIII, p. 896 A. & Feſtum in *Retiarius*. WESS.

Pag. 336. *l.* 1. Τοῖς θρασύτατα μαχομένοις) Quod Reg. 1. offert θρασυτάτως, illi remittimus. Grammatici gloſſa eſt, non recordati Graecorum conſuetudinis, de qua Ezech. Spanhem. ad Plut. v. 46 Ariſtophanis. Porro commentum Tyriorum, clypeoſque illos aheneos, multo igne toſtos, quos repletos fervida arena e muris ſubito devolvebant, non praeteriit Curtius Lib. IV, 3, 26, cui Apollodorum Poliorcet. p. 17 adiunge. WESS.

ead. l. 7. Πᾶσαν δεκτικὴν φωνὴν προϊέμενοι) Δεκτικὴν corruptum ex δειητικήν. RHOD. Πᾶσαν δειητικὴν φωνὴν προϊέμε-

νοι) Reſtitui Diodoro, quod eum reliquiſſe pulchre perſpexit Rhodomanus. Quid enim *δεκτικὴ φωνὴ* erit? an recipi quae poteſt? Apage ineptias. *Φωνὴ δεητικὴ*, qualis ſupplicum & orantium eſſe ſolet, ut *λόγος δεητικὸς* apud Plutarchum. Clare Noſter in Excerpt. Urſin. p. 332 de Cretenſium legatis, *καὶ πᾶσαν δεητικὴν προϊέμενοι φωνὴν, ἐξεθεράπευον τοὺς τὸ συνέδριον συνέχοντας*. Sic enim legendum. WESS.

ead. l. 13. *Ταῖς μὲν δρεπανηφόροις κεραίαις*) Vid. ad L. XIII, 78. *Κεραῖαι* antennarum in modum e muris promicabant, quarum *λιθοφόροις* praegrandes lapides in ſubiectos decutiebant: *ἀπὸ τῶν κεραιῶν λίθους μεγίστους ἀφιέντες* Philo Poliorcet. pag. 91. *Δρεπανηφόροις* arietum & aliarum machinarum, quibus ſuſpenſi erant, funes lacerabant. Philoſtrato L. I Icon. 19, p. 791, *δρέπανα ἐπὶ δοράτων*, Curtio aſſeres ſunt validi, quibus uncos & falces illigaverant, L. IV, 3, 24. Philo vero illi, quem dixi, uſui ibid. pag. 100 *δρέπανα καὶ κεραίας* admoveri ſuadet. Denique *πυρφόροις*, ut mox indicatur, maſſas ingentes eaſque candentes in hoſtes devolvebant. Vid. eundem Philon. pag. 95. Sed quid *αἱ τῶν κριῶν ὁρμητηρίαι* erunt? Interp. *arietum, quibus concitabantur funes*, non diſſentiente Lipſio Poliorcet. L. V, 8; neque male illi, ita ſi ſcripſerit auctor. Fecero tamen cum Caſaubono ad Aeneam p. 1797 ed. Gron. *ὁρμιστηρίας* corrigenti, & quae mechanici *ἀρτήματα κριῶν* vocitant, intelligenti. *Ὁρμιστηρίας*, ſive *retinacula*, quibus aſſeres ſuſpenduntur, Philo habet Poliorcet. p. 91; *τῶν κριῶν ἀρτήματα* Apollodorus Poliorcet. pag. 23 & 26 &c. WESS.

Pag. 337. *l.* 2. *Τοῖς δὲ κόραξι καὶ ταῖς σιδηραῖς χερσὶν* &c.) Iungit corvos ferreaſque manus, ſed navali in proelio, Appian. Bell. Civil. L. V, pag. 1159, neque neglexit Curtius L. IV, 3, 24. Conf. Io. Brodaeum Miſcell. L. II, 30, & Io. Scheffer. de Nav. Milit. L. II, 7. De *θωρακίοις* quae dixi ad L. XIV, 51, non muto ſententiam. WESS.

ead. l. 4. *Πάσας τὰς μηχανὰς ἐνεργεῖς ποιοῦντες*) *Omnes oppugnantium machinas eludebant* interpres, quaſi *ἀνενεργεῖς* cum Reg. 1. legendum cenſuiſſet. Ego vero non laudo, nec vocem extra Gloſſas mihi, quod quidem meminerim, non lectam ſcriptori inculco. Hoc vult, Tyrios propugnatorum manibus omnes omnino machinas efficaciſſime uſurpaſſe: quod ipſum praecipit Philo Poliorcet. pag. 98: *Ἐνεργῆ δέ σοι τὰ βέλη πάντα ἔστω, καὶ οἱ κριοὶ, καὶ τὰ τρύπανα, καὶ οἱ κόρακες* &c. WESS.

ead. l. 10. Ἐπιστήσας ἐπὶ τοὺς πετροβόλους καταπέλτας) Vir doctus *cum catapultas super balliftas ftatuiffet*: quae equidem non intelligo. An catapultae balliftis fuerunt impofitae? Cras fortaffe credam, hodie non placet. Tu verte, *cum catapultas contra balliftas* (Tyriorum) *collocaffet.* Id erat ex ufu rei militaris, ut ex Philone ibid. p. 100, Leon. Imp. Tactic. XV, 47, & huius lib. cap. 85, videbis, neque ignorant noftri mechanici, etfi alio nunc machinarum genere abutantur. Wess.

ead. l. ult. Μαρμαρίνους τροχοὺς) Haud fcio, an fint περιβαλλόμενοι τροχοὶ, quarum ufum Philo Poliorcet. p. 100 ad infringendam arietum aliorumque telorum vim commendat. Diftinguit certe quidem τοὺς ἀφιεμένους τροχοὺς, quas alibi p. 94 τοὺς τροχοὺς δρέπανα ἔχοντας appellaverat, utque in hoftem, ex acclivi loco moenia fubeuntem, devolvi oporteat, edocuerat. Wess.

Pag. 338. *l.* 4. Καὶ διπλᾶς διφθέρας πεφυκωμένας καταῤῥάπτοντες) Μαλακαὶ καὶ συνενδιδοῦσαι κατασκευαὶ huius lib. cap. 43. Alibi ἐκ βυρσῶν περιεῤῥαμμένα, πλήρη ἐρίων, εἰς τὸ τὴν πληγὴν ἐνδιδόναι τῶν λιθοβόλων L. XX, 92. Mechanicis μαλάγματα, uti Philoni Poliorc. pag. 91 & 95. Quid vero διφθέραι πεφυκωμέναι; *Fuco oblitas* vertit Rhodomanus, nihil addens de fuco pigmentique eius, quod profecto magnum operae pretium fuerat, utilitate, curque eo infectae pelles balliftarum ictibus frangendis fuerint habiliores. Iuft. Lipfius Poliorcet. Lib. V, 9. haud dubie *fuco oblitas pelles* improbans, fubftituit *madefactas*, ac fi πεφυραμένας, quod fibi dein in cogitationem veniffe Io. Freinshemius, ratum habente Berneggero, ad Curtii Lib. IV, 2, 23, teftatur, legendum cenfuiffet. Poft eos omnes venit N. Blancardus, obmovens interpreti Vitruvium L. X, 20, qui *percrudis coriis duplicibus confutis, farctis alga, aut paleis in aceto maceratis*, machinas obtegi contra balliftarum plagas & impetus incendiorum monet ad Arriani fui Lib. II, p. 142; rectum proinde videri πεφυκωμένας διφθέρας, vertendumque *pelles alga farctas.* Addidiffem Plautinum eugepae! fi Freinshemii, productis Vitruvii verbis τὸ πεφυκωμένας defendi & exponi poffe indicantis, oblitus non fuiffet. Vera tamen certaque res eft. Utebantur ad lapidum ictus incendiorumque progreffus impediendos modo pellibus madefactis, ῥερυσσωμέναις καὶ διπλαῖς Apollodoro Poliorcet. p. 15, fubinde pellibus alga farctis, πεφυκωμέναις Diodoro, aut φύκει δie-

ρῷ εἰς δίκτυα ἐμβαλόντες Philoni Poliorcet. pag. 99, vel etiam φορμοὺς ἐμπιπλῶντες ἀχύρων ἢ φύκους ibid. pag. 100. Adde Leonem Imp. Tactic. XV, 48, eiusque declarantem verba If. Casaubon. ad Aeneam p. 1794 ed. Gronov. WESS.

Pag. 339. *l.* 2. Τεθαῤῥηκὼς τὴν βίαν — ὑπέστη) Elegantiae speciem praefert, quod Reg. 1. dat. Id tu adopta, si lubet: mihi non displicet vulgatum. De Admeti morte aliter Arrian. II, 23: καὶ νομίσας αἰσχρὸν εἶναι. Adi Curt. L. IV, 4, 2. WESS.

ead. l. 11. Ἀμύνταν τὸν Ἀνδρομένους) *Andromenis fratrem* vir doctus, non sine errore, quem Freinshemius in Indice Curtiano operis, deceptis nota F. imputat, me non obloquente. Filius Andromenis erat. Vid. Curt. VII, 1, 10, & Arrian. III, 19. WESS.

Pag. 340. *l.* 13. Ἐνίους δ' αὐτῇ τῇ περιφερείᾳ τῆς ἀσπίδος &c.) Conf. Lipsium de Milit. Rom. Lib. III, 2. Alexandri temerariam hanc audaciam Arrian. III, 24, & Curtius Lib. IV, 4, 11, in plerisque Diodori non consentanei, attigerunt. WESS.

Pag. 341. *l.* 7. Πλείους τῶν ἑπτακισχιλίων) Arrian. Lib. III, 24, ἐς ὀκτακισχιλίους. Curtius L. IV, 4, 16, *intra munimenta urbis sex millia armatorum trucidati sunt*, prave, opinor: praesertim cum scripti Codd. non conspirent. WESS.

ead. l. 12. Πλείω τῶν μυρίων καὶ τρισχιλίων) Numerum captivorum vehementer auget Arrian. dict. loco, μάλιστα ἐς τρισμυρίους fuisse perhibens. Uter verum prodiderit, quis certo nunc decernet? WESS.

ead. l. 15. Μνᾶς ἑπτὰ) Vid. Plut. Alexandr. pag. 679, & quae disputavimus ad L. XIII, 108. WESS.

Pag. 342. *l.* 5. Ὀνομαζόμενον Βαλλώνυμον) In reguli nomine insignis est discordia. Curtio in editis recentioribus *Abdolominus* sicuti & Iustino, Ἀλύνομος Plutarcho. Scripti Curtiani *Abdalonimum*, aut *Abdalonymum*, praeferunt, quod verius arbitror, & hic quoque olim lectitatum. Adde enim primam voci literam, & ΑΒΔΑΛΩΝΥΜΟΝ in ΑΒΑΛΛΩΝΥΜΟΝ a librario socorde facile converti potuisse videbis. Phoenices scripsisse credibile est *abd-al-anim*, i. e. *servum Dei praedatoris*, sive Martis: quae postremi vocabuli potestas durat in Arabum sermone, suntque eius vestigia in Dei *Anammelech* nomine 2 Reg. XVII, 31. Sed hoc in coniectura deputo. Succedit alia controversia, expeditu longe difficilior. Curtius & Iustinus Abdalonymum sufficiunt in

Stratonis Sidoniorum regis locum. Dices, quod in mentem venit diligentiſſimo Simſon. Chron. ad ann. 3673, occupatae dein Tyro eundem ab Alexandro impoſitum, atque ea ratione in concordiam ſcriptores redire. At obſtat rei ſeries; Diodorus nihil de Sidone, prope Tyrum in horto repertum Abdalonymum, in Tyriorum forum deductum, regemque multitudini ab Alexandro datum, ait. Qui vero illi Tyrii, quorum urbem rex evertit, incolaſque ſub corona vendidit omnes? Hoc amplius, Tyrii regem cum maxime habebant *Azelmicum*, cui Alexander urbe capta ignovit, teſte Arriano Ἀναβ. II, 24. Mitto alia, quae a viris doctiſſimis Freinshemio & Loccenio ſcriptori noſtro, ut eum erroris manifeſtum oſtenderent, ſunt obiecta ad Curtii L. IV, 1, 16; neque enim eius abſolvi poteſt. WESS.

ead. l. 12. Εὐδοκήσας τῷ ξένῳ) Factum illi volens, ſeu bene cupiens. Supr. L. XIV, 61, ἐδίδασκε — Καμπανοὺς εὐδοκοῦντας Καρχηδονίοις· & ibid. c. 110, οἱ μὲν οὖν Λακεδαιμόνιοι τούτοις εὐδοκήσαντες. Sacri noſtri ſcriptores praepoſitionem addunt. Auctor Epiſt. ad Hebr. X, 38, οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ. Mox ἐπισταθμίαν ποιεῖσθαι non aliud eſt, ac ἐπισταθμεύειν Plut. Demet. p. 899 C. aut σταθμὸν ποιεῖσθαι Herodoti L. VII, 119. Σταθμοὶ enim & ἐπισταθμίαι, *manſiones* & *diverſoria* in Excerpt. Valeſ. p. 374, & σταθμοῦχος ὁ ξενοδόχος apud Heſychium & Symmachum Exod. III, 22. Conf. adſcripta ad Itiner. Hieroſolym. pag. 551. WESS.

Pag. 344. *l.* 7. Ἔπλευσεν εἰς Κρήτην) Non diſſimilia Curtius Lib. IV, 1, 40, addens inſuper, *Cretenſes has aut illas partes ſecuti, nunc Spartanorum, nunc Macedonum praeſidiis occupabantur;* quae quidem verba demiror oblitum eſſe Modium, cum eiuſdem haec L. IV, 8, 15, ſic conſtituit: *Amphoterus deinde — ad liberandam Cretam miſſus; namque & Perſarum & piratarum armis pleraque eius inſulae obſidebantur.* Scripti liberi *Parthorum*, *Sparthanorum armis.* Audiendus ergo Freinshemius in recentatis editionibus fuerat. WESS.

ead. l. 8. Ἀμύντας) Antiochi F. apud Arrian. II, 13, qui illi VIII millia contribuit conductitiorum militum. Diodoro accedit Curtius L. IV, 1, 27. WESS.

Pag. 345. *l.* 5. Παραταξαμένοις τοῖς ἐγχωρίοις) Παραταξάμενος legendum opinor. Alioqui dandi caſus in accuſativum eſſet mutandus. RHOD. Παραταξάμενος τοῖς ἐγχωρίοις) Optime Rhodomanus, cuius opinionem ſtabilit Reg. liber.

Gemina Curtius de Amynta, ſed verbis doctorum hariolationibus & varia medicina notabilibus. Mihi, quid enim vetat coniecturam perdere? mihi, inquam, ſcripſiſſe ad hunc videtur modum: *Sed eos Amyntas proelio ſuperatos in urbem compellit; caſtriſque poſitis, victores ad populandos agros, velut in medio poſitis divitiis hoſtium cunctis, agebat.* Hoc poſtulant melioris fidei Codd. in quibus *ad populandos agros velut in medio poſitis dis hoſtium cunctis agebat.* Hoc res ipſa. *In medio poſitae divitiae*, quae obviae erant & levi opera parabiles, ut *res in medio poſita* apud Feſtum in *Sus Minervam*; & *διώκειν τὰ σπάνια καὶ πολυτελῆ πρὸ τῶν ἐν μέσῳ καὶ τῶν εὐτελῶν* in Muſonii fragmento, quod Io. Stobaeus nobis ſervavit Serm. LXXXIII, p. 489. Explicandus & hinc eſt Trebellius Pollio in Trig. Tyrann. c. 31, *Studioſe*, inquiens, *in medio feminas poſui ad ludibrium Gallieni.* Nam quod vir ſummus hinc conficit, alio olim loco Trebellium Zenobiae & Victorinae collocaſſe vitas, quae hodie omnibus in libris agmen XXX tyrannorum claudunt, id ſecus habet: tantum indicat, publicaſſe ſe Victorinae vitam & omnium oculis expoſuiſſe ad Gallieni ludibrium. Aemulatur Io. Sarisberienſis Lib. II de Nug. Curial. c. 5: *Age itaque quintus Ioſephi Hiſtoriarum liber ponatur in medio, ex quo omnis eorum luctuoſa tragoedia pernoſcatur.* Simili quoque ex cauſa *in medio poſitos* Philoſophos Seneca vocat, qui a turba remoti non ſunt, Epiſt. LXXIII. Alia N. Abramus ad Ciceron. pro Coel. c. 20, quem vide: ego ad inſtitutum redeo. WESS.

Pag. 346. *l.* 3. *Οἱ δὲ σύνεδροι — ἐψηφίσαντο πέμψαι πρέσβεις πεντεκαίδεκα*) Praeclare & prorſus ad Diodori mentem Curtius IV, 5, 11: *iiſdem fere diebus ſollemne erat ludicrum Iſthmiorum, quod conventu totius Graeciae celebratur. In eo concilio, ut ſunt Graecorum temporaria ingenia, decernunt, ut XV* (ſic lege e Mſſ.) *legarentur ad regem, qui ob res pro ſalute Graeciae ac libertate geſtas, coronam auream donum victoriae ferrent.* Intelligitur ibi Iſthmiorum id ludicrum, quod initiis annorum Olympicorum reſpondebat: concurrit enim cum Olymp. CXII anno primo, firmatque adeo Henr. Dodwelli ſententiam Diſſert. de Cycl. VI, 2, p. 282. WESS.

ead. l. 8. *Καὶ δίμηνον προσεδρεύσας*) Nimis tenuiter hac obſidione defungitur. Uberius Arrian. extremo lib. ſecundo & Curtius L. IV, 6. WESS.

ead. l. 10. *Ἀριστοφάνους*) Sic & Arrian. L. III, 15. Conf. Io. Meurſ. de Archont. IV, 13. WESS.

Pag. 347. *l.* 2. Περσῶν ἠσεβηκότων εἰς τὰ ἱερὰ) Vid. L. I, 46, & XVI, 52. In more Perſis fuiſſe, Deorum templa compilare atque exurere, nota res eſt. Wess.

ead. l. 6. Κατὰ μέσην δὲ τὴν ὁδὸν &c.) *Ad Mareotim paludem:* ſic Curtius L. IV, 7, 9, longe a Diodoro recedens. Offerunt regi Cyrenenſes equos & quadrigas, quibus praeter cetera excellebant. Pindaro εὔιππος Κυράνα & εὐάρματος πόλις ἐν ἀργινοέντι μαστῷ propterea Pythion. Od. IV. Wess.

Pag. 348. *l.* 7. Διεξέπεσον τὴν ἄνυδρον) Alias praepoſitionem aut certe ſecundum caſum adſtruunt. Philoſtratus Heroic. X, 7, διεξέπεσε τοῦ ὁμίλου γυμνῷ τῷ ξίφει. Noſtri ſtructura robur habet ex Onoſandro Strateg. c. 21, ἀλλὰ διεκπεσόντας μέσους κατὰ νώτου γίγνεσθαι τῶν ἐναντίων, neque enim aliud eſt ac διὰ μέσων. Wess.

ead. l. 9. Διότι κόρακες δεξιοὶ κλάζοντες) De corvis nihil diſſentiunt Ariſtobulus, Calliſthenes, Plutarchus, Curtius, ad cuius L. IV, 7, 15, vide viros doctos. Wess.

ead. l. 14. Ἐπὶ πικρὰν καλουμένην λίμνην) Obſcurior eius & vix obvia mentio: nam αἱ πικραὶ καλούμεναι λίμναι Strabonis L. XVII, p. 1156, quas vir magnus cum hac palude contendit, longe lateque hinc aberant. Wess.

Pag. 349. *l.* 8. Καὶ τὸν μὲν ἀέρα τῇ κράσει &c.) Fabuloſa haec viſa ſunt Io. Clerico Art. Critic. P. III, ſect. 3, c. 2, & his conſimilia Curtii IV, 7, 17. Non enim interiore in Libya tantam temperiem coeli ſolique reperiri: cui ſuppetias ire videtur Athanaſius Apol. ad Conſtant. p. 317, & Hiſtor. Arian. p. 387, utrobique ſiccam eam regionem & Epiſcoporum exſiliis propterea ſuo tempore frequentatam deſcribens. Quae quidem ſpecie veri etſi deſtituta non ſint, habent tamen Diodorus & Curtius quo ſe tueantur. Utamur exemplo tractus finitimi. Proxima Ammoniacae regioni Oaſis erat magna, interiorem in Libyam vergens, arida & arenis fervens: & tamen ſuos ſibi fontes habebat, quibus agri rigabantur, ſuos incolas, qui ad eos confederant, coeli non immiti habitu allectos, ut Diodorus Tarſenſis ſignificat Lib. IV contra Fatum in Photii Biblioth. Codic. CCXXIII. His adde, quae Iac. Perizonius erudite pro Diodoro & Curtio diſputavit Curt. Vindic. p. 144 &c. Wess.

ead. l. 12. Δαναὸν τὸν Αἰγύπτιον) Alia de templi oraculique origine reperies extremo libro tertio. Adde Herodot. II, 55. Wess.

ead. l. ult. Καὶ πρὸς τὴν μεσόγειον ἀνῆκον &c.) Haec minus accurata ibid. Io. Clericus affirmat. Refcripfit Iac. Perizonius: Μεσόγειος *a Diodoro non refertur hic ad Hammonis fedem, ut credidit Vir Cl. fed ad Nafamonum initia, quorum fedes incipiebat ad feptemtrionem fere Hammonis a Syrtibus, feque extendebat ad meridiem in interiora terrae, ut adeo revera etiam fecundum Diodorum non tantum* ad feptemtrionem *templi Hammonis confederint, fed & faltem ex parte aliqua* ad occafum, *dum a feptemtrione occidentali per flexum quendam circa Hammonem fe porrigebant fatis longo tractu in meridiem, feu dum longius recedebant a litorali tractu ad mediterranea. Senfum hunc & nexum Vir Cl. non perfpexit: certe in verfione minus accurate expreffit. Vertenda enim erant poftrema:* ad feptemtrionem, *fcil. templi,* habitat Libyum gens, quae Nomadum more vivit, & gens, quae dicitur Nafamonum, quae ad mediterraneum *Africae tractum* pertingit. Curt. Vind. pag. 153, quibus nihil addo: abunde enim impeditiora quae videbantur, declarant. WESS.

Pag. 350. *l.* 7. Καὶ τὰ φυλακτήρια τῶν τόπων) Expreffit totum hunc locum Curtius Lib. IV, 7, 21. Φυλακτήρια munimenta funt atque arces, e quibus templo robur & praefidium. Ita Aefchines de Leg. falf. p. 45 φυλακτήρια vocat eas urbes, quibus ad Thermopylas Graecia erat munitior; Iofephus Antiq. Iud. L. XV, 7, 8, φυλακτήρια arces prope Hierofolymitanum templum; & brevi poft auctor ipfe φυλακτήρια τῶν δορυφορούντων, munitiones, in quibus fatellites excubabant, prorfus ut Philofophus Polit. L. VII, 12, & Liban. T. II, p. 133 D. WESS.

Pag. 351. *l.* 1. Προϊούσης δὲ τῆς ἡμέρας &c.) Fontis miraculum fine numero fcriptores tetigerunt. Conf. Interpret. ad Curtii L. IV, 7, 22. Quod hic vero προϊούσης δὲ ἡμέρας, id Hiftoriarum parenti Herodoto L. IV, 181, ἀγορῆς δὲ πληθυούσης, i. e. *horis aliquot ante meridiem*, ut docetur a Def. Heraldo Adverf. L. I, 10. WESS.

ead. l. 5. Μέχρι μέσων νυκτῶν) Magifter Thomas hoc Atticis fuis, ut legitimum, inculcat, μεσονύκτιον poëtis relinquens: cui nunc quidem nihil reponam. Nam Stephani μεσονύκτιον debili auctoritatis tibicine fuffultum eft. Vide inferius L. XX, 49. WESS.

ead. l. 8. Ἐκ σμαράγδων καὶ τινων ἄλλων) *Smaragdo & gemmis coagmentatus* apud Curtium: quod cum ob oculos haberet N. Blancardus, non dubitavit καὶ λίθων ἄλλων & hic re-

fingere ad Arrian. fuum pag. 162. Mihi nondum perfuafit. Quae enim neceffitas vocem fcriptori ingerere, quam ipfe intelligendam lectori reliquit? Ἐκ σμαράγδων καί τινων ἄλλων, *ex fmaragdis & quibufdam aliis*, lapillis fcilicet eiufdem dignitatis. Mox ὑπὸ ἱερέων ex Reg. 1. & Bafil. citra dubium iuftum eft. WESS.

ead. l. 13. Παρθένων καὶ γυναικῶν — ᾀδόντων &c.) Curtius iterum, *fequuntur matronae virginefque patrio more inconditum quoddam carmen canentes.* Lege vero ᾀδουσῶν —— καὶ — καθυμνουσῶν ᾠδῇ τὸν θεόν. Probe quidem novi, quae de generis enallage ex Atticorum ufu ad Homer. p. 723 commentatus eft Euftathius, fed nihil ea iuvant, neque haec Sophoclis Aiac. v. 170, — ἅτε πτηνῶν ἀγέλαι Μέγαν αἰγυπιὸν ὑποδείσαντες, quippe aliter expedienda, ut veteres Critici docuerunt. WESS.

Pag. 352. *l.* 2. Ὁ μὲν προφητεύων ἀνὴρ) Ὁ προφήτης Plut. Alex. p. 680 D. quo de egregie T. Hemfterhufius ad Luciani D. Mort. XIII, 1, p. 391. Mox ἔχε τὴν πρόσρησιν optime Iofeph. Scaliger & If. Voffius in libri fui margine. WESS.

ead. l. 6. Ἀλλ' εἴ μοι δίδως τὴν ἁπάσης &c.) Eadem Curtius IV, 7, 26, aliique plures. Unus Maximus Tyrius Differt. XLI, 1, Alexandrum, poftquam filii nomine ab Ammone effet appellatus, fcifcitatum ait de Nilo, quibufque e fontibus in Aegyptum deferatur, ὥσπερ αὐτῷ τῶν ἄλλων καλῶς ἐχόντων. Tu vide Davifii animadverfionem pag. 640. WESS.

ead. l. 9. Ὁ μὲν ἀνεῖπε) Formulam refpicit, quam refponfa daturus adhibebat, τάδε λέγει Ἄμμων, Plato Alcibid. II, p. 149 B. Arrian. Ἀναβ. VII, p. 305, quorum verba anteftatus eft Hemfterh. dicto loco. Mihi dubium non eft, quin veteratores illi, ut multa ex Iudaeorum facris, aemulati fint follemnem fanctiffimis vatibus dictionem *coh amàr Iehovâh*, τάδε λέγει ὁ κύριος. WESS.

Pag. 353. *l.* 11. Καὶ ῥυμοτομήσας) Spanhem. vide ad Iofeph. B. Iud. Lib. III, 5, 2, & Callimach. H. Del. v. 88. Strabo Geogr. XII, p. 249 A. ἔστι δὲ καὶ τετράπυλος ἐν πεδίῳ κείμενος, ἐρρυμοτομημένος πρὸς ὀρθὰς γωνίας· & L. XIV, p. 956 B. ἔστι δ' ἡ ῥυμοτομία διάφορος &c. WESS.

ead. l. ult. Καὶ τούτων πνεόντων μὲν &c.) Opportune Strabo XVII, pag. 1142 C. ἡ δ' εὐκαιρία (urbis Alexandriae) πολύτροπος· ἀμφίκλυστόν τε γάρ ἐστι τὸ χωρίον δυσὶ πελάγεσι, τῷ μὲν ἀπὸ τῶν ἄρκτων, τῷ Αἰγυπτίῳ λεγομένῳ, τῷ

δ' ἀπὸ μεσημβρίας, τῷ τῆς λίμνης τῆς Μαρείας, ἣ καὶ Μαρεῶτις λέγεται. Quam aëris in urbe & vicinia εὐκρασίαν ex auris tenuioribus e mari, & craſſioribus e vicina palude Marea in dies ſpirantibus natam, praedicat etiam Philo Iud. de Contempl. Vit. pag. 892 E. WESS.

Pag. 354. *l.* 7. Τὸν δὲ — ἀποτελῶν) Forte ἀποτελοῦσα in not. Correct. Rhodomanus, quod ſi probaveris, recipiendum itidem erit ἀνὰ μέσον γὰρ οὖσα. Ego nihil moveo: pendet utrumque ἐκ τοῦ περιβόλου, cui paullo ante ſuus erat locus. Fuiſſe vero formam ambitumque urbis χλαμυδοειδῆ, ſive, ut Plinius ait L. V, 10, *ad effigiem Macedonicae chlamydis, orbe gyrato laciniosſam, dextra laevaque anguloſo procurſu*, teſtantur etiam Strabo & Plutarchus. Sed quae figura chlamydis? Viri docti Theſſalicas chlamydes quadratas, ceterorum Graecorum rotundas faciunt. Etymologus, Χλαμὺς δὲ τὸ περιφερὲς καὶ κυκλοειδές. At plane rotundas fuiſſe non iniuria dubites: tum quod terrae Geographi veteres χλαμυδοειδὲς σχῆμα tribuerunt, quam tamen utrinque anguſtas in partes contrahi affirmabant, ut Strabo L. II, p. 179 C. tum etiam ex Alexandriae ſitu & forma, cuius τὸ ἀνὰ μέσον, ſive intima pars, quodam modo rotundabatur *gyrato orbe*, extremae vero in *anguloſos procurſus* deſinebant, ſive iſthmos, ſeptem octove ſtadiorum, uti apud Strabon. eſt L. XVII, p. 1143 B. Ut adeo Alexandriae forma non multum ab ovata ſpecie deflexerit, quod egregie commonſtrat Cuperus in Homeri Apotheoſ. p. 158, chlamydis figuram Alexandrinaeque urbis repraeſentans. Tetigit & hanc rem in nupera Aegypti deſcriptione Maillet. p. 122, ſed Macedonicam chlamydem & muliebre induſium lepido errore pro eadem veſte arbitratus. WESS.

ead. l. 9. Καὶ πλάτει) Scribe κάλλει. RHOD. Ego non muto. Fuit ſine controverſia latitudine ſpectabilis platea, plethrum aut paullo amplius aequiparans. Vide Strabon. XVII, p. 1143. Κάλλει, quod Codd. quidam praeferunt, ex ſequentibus adſcitum videtur. Urbem ipſam ſecabant duae viae, ceteris & ampliores & celebriores, quarum in ſtadia quadraginta porrecta a porta Canopica pertinebat uſque ad eam, unde aditus ex Africa venientibus: hanc mediam dividebat altera, a lacu Mareotico Soliſque porta in portam uſque Lunae & mare Aegyptium extenſa, ut Achilles Tatius princip. L. V de Amorib. Leucippes declarat. Ceterum de urbis viaeque longitudine Diodoro non aſſentitur Strabo XVII,

p. 1143, nec Iosephus B. Iud. II, 16, p. 190, eam XXX stadiis metientes. At Stephanus in Ἀλεξάνδρεια stadiis XXXIV; quae in numeris discrepantia etsi falce critica finiri queat facile, citra tamen temeritatis culpam id administraretur, si haec in tempora Callixeni Rhodii περὶ Ἀλεξανδρείας commentarius, ab Athenaeo haud uno loco citatus, duraret. Porro de anno Alexandriae conditae longe a Diodoro abit Livius L. VIII, 24, nec sine erroris tamen culpa, docente praeter alios H. Dodwello de Cycl. Diss. X, 73. WESS.

ead. l. 15. Ἀλλὰ καὶ οἱ μετ' αὐτὸν &c.) Gemina his Strabo L. XVII, p. 1143. Regia, ambitu suo celebre illud Museum & regum Mausoleum, cui Σῆμα, sic enim bene Casaubonus in Strabone correxit, nomen, complexa, eam urbis partem occupabat, cui Bruchio nomen, docente ad Ammian. XXII, 16, p. 374, H. Valesio. WESS.

Pag. 355. *l.* 4. Ὥστε — πρώτην ἀριθμεῖσθαι) Supra πρώτην ἢ δευτέραν ἀριθμεῖσθαι circumspectius dixit L. I, 50, ubi vide. WESS.

ead. l. 9. Καθ' ὃν γὰρ δὴ καιρὸν ἡμεῖς &c.) Olymp. CLXXX, regnante Ptolemaeo Auleta. Vid. L. I, 44. WESS.

ead. l. 12. Πλείους τῶν τριάκοντα μυριάδων) Summa immanis, quae, si servitia accedant, fidem paene superabit. Fac Alexandriae convenire posse, quod de Athenis prodidit Ctesicles apud Athen. L. VI, p. 272 C. censu, Demetrii Phalerei aetate instituto, repertos esse cives δισμυρίους πρὸς τοῖς χιλίοις, μετοίκους δὲ μυρίους, οἰκετῶν δὲ μυριάδας τεσσαράκοντα, quantus servorum numerus exsurget? Nec aequabit tamen censa civium Romanorum sub idem id tempus capita, ut ex Lipsii Elect. L. I, 27, & de Magnit. Rom. L. I, 7, videbis. Iunge & Excerpt. Legat. Ursini ex Diodoro XXXII, p. 329. WESS.

ead. l. 14. Πλείω τῶν ἑξακισχιλίων ταλάντων) At Strabo XVII, p. 1149 B. ex Ciceronis quadam oratione observat, Ptolemaeum Auleten φόρον ταλάντων μυρίων καὶ δισχιλίων πεντακοσίων ex Aegypto in aerarium intulisse, longe a Diodoro dissentiens: quae quidem discordia dissipabitur, si Noster talenta Alexandrina intellexerit, quae XII millium erant drachmarum, atque adeo Atticis duplo maiora. Hanc concordiae viam muniverunt Lipsius Admirand. L. II, 3, & S. Petitus Observat. Lib. I, 4, quamquam hic turpis erroris culpam excusare non potest. Dederant operae in Rhodomani ἐκδόσει labantes πλείω τῶν φίλων ἑξακισχιλίων τα-

λάντων. Rhodomanus recte quidem iusserat τὸ φίλων in Utopiam relegari, sed Petitus, non consultis viri doctissimi correctionibus, cum molestum esset id vocabuli, scribe, inquit, τῶν εὐφύλων, & intellige *talenta* Alexandrinorum *popularia*. Haud vidi melius! Wess.

ead. l. ult. Ἐπιστήσας τινὰς τῶν φίλων) Plures ergo fuerunt. Hinc magna illa fortasse rixa in aedificandae urbis praefecto inter veteres, de qua ad Curt. L. IV, 8, 3, Raderus. Cleomeni cum Iustino L. XIII, 4, Aristoteles extremo Oeconom. L. II, illi tempori proximus, urbis exstruendae & muniendae curam imponit. Wess.

Pag. 356. *l.* 13. Ἐξέκειτο προσηλωμένα τῷ ζυγῷ ξύστρα &c.) Illustris est locus, & ab eorum nemine, qui de curribus falciferis aliquid commentati sunt, praeteritus, neque exhaustus tamen ita atque expeditus, ut nusquam adhaerescas. Vertuntur τὰ προσηλωμένα τῷ ζυγῷ ξύστρα *spicula iugo affixa*, parum, ut ego quidem arbitror, commode. Ξυστὰ si legerentur, ferri possent illa *spicula*: at ξύστρα alius erant generis. Ξυστὴρ medicis *cultellus* est *rasorius*, sicuti & ἡ ξύστρα, quamquam frequentius *strigilis*. Itaque τὰ ξύστρα instrumenta fuisse videntur transversum porrecta, quibus terram verrebant & radebant, sive, ut in Glossis, *radulae*. Haec iugo praefixa trium spithamarum amplitudine & adversos in hostes directa obvia quaevis lacerabant. Livio L. XXXVII, 41, *cuspides circa temonem ab iugo, decem cubita exstantes velut cornua habebant, quibus, quidquid obvium daretur, transfigerent.* Sequuntur eiusdem generis alia, πρὸς δὲ ταῖς κατακλίσεσι τῶν ἀξόνων ἐπ' εὐθείας ἄλλα δύο &c. sed variantibus eruditissimorum virorum explicationibus mirifice turbata. Interpres *ad axium decubitus alia duo haerebant in directum*, satis quidem obscure: aliter Io. Schefferus de Re Vehic. L. II, 15, p. 193, *ubi in axibus* (currus falcati) *recumbunt, alia duo spicula haerebant in rectum*: at Io. Clericus Art. Crit. Part. III, sect. 2, c. 4, *in inflexionibus vero axium* (hoc est, sub ipso curru, quo loco axes currum sustinent) *alia duo spicula* &c. Neutrum placuit Iac. Perizonio, qui in Curt. Vind. p. 167, *inde ubi axes ex curru demittuntur in rotam, eminebant duo spicula in adversum.* Habes de versione: vide cetera. Schefferus & Clericus axi, qua parte currum sustinet, τὰ ξύστρα infigunt, ut eos, qui proni in terram ceciderant, aut curruum tumultu humi iacebant, scinderent & lancinarent. Perizonius: *fuisse haec spicula transversa, seu ex lateribus*

currulum eminentia in directum, ne quis putet ex axibus sub curru eminuisse iuxta temonem inter & ultra equos: nam dici similia prioribus, quae utrinque ex iugo in transversum eminebant, habebantque ἐπιστροφὴν τῆς ἀκμῆς πρὸς τὴν κατὰ πρόσωπον ἐπιφάνειαν, h. e. obversam in adversos hostes aciem, *per totam scil. longitudinem eminentis spiculi, tanquam si gladius esset. Ita vero & haec longiora quidem & latiora fuisse, sed habuisse* τὴν ΤΟΜΗΝ ὁμοίαν τοῖς πρότερον, *h. e.* scissuram *seu* aciem similem prioribus, *quae transversa erant, & quorum pars hostibus obversa erat acuta.* Quid tanta in dissensione sequeris? Mihi, cum in partes sit eundum, posterior sententia gravibus premi incommodis videtur. Si enim τὰ ξύστρα sive cuspides ad effigiem radulae porrectae ex lateribus curruum eminuerint, quomodo ἐπ' εὐθείας *in rectum protensae*, & ea quidem ratione, qua iugo praefixae, dici poterunt? tum utique transversae ex rotis earumque radiis promicuerunt. Iam si ex *eo loco, ubi axes flectuntur in rotam, perque rotae radios* extensae adversos in hostes fuerint, insertae haud dubie fuerunt rotae modiolo; alioqui enim rotam sufflaminassent: haeccine vero κατάκλισις τῶν ἀξόνων erit? Adde, nulli usui fuisse, si rotae modiolo per radios transversae adhaeserint: nam falces, quae extremis axibus coniunctae erant, quidquid obvium dabatur, transfigebant: cui proin bono illae ex rotae modiolo cuspides? Hinc igitur discedamus. Ad Schefferum & Clericum veniendum est. Uterque cuspides has, τὰ ξύστρα, affigit, uti diximus, axi, qua infra currum in humum versus inclinat: id patitur ἡ κατάκλισις τῶν ἀξόνων, partem axium indicans, quae in terram vergit: fert quoque res ipsa; sub curru erant τὰ ξύστρα, recta adversum in hostem conversa, sed latiora prioribus & longiora, ut, quidquid incideret, lancinarent. Par dispositio curruum falciferorum Cyri, qui δρέπανα σιδήρεα ὡς διπήχεα πρὸς τοὺς ἄξονας ἔνθεν καὶ ἔνθεν τῶν τροχῶν, καὶ ἄλλα ΚΑΤΩ ΥΠΟ ΤΩ ΑΞΟΝΙ εἰς γῆν βλέποντα habebant apud Xenoph. Cyropaed. L. VI, p. 121. Neque frustra: saepe enim, si curruum impetus vitari non posset, prolapsi in terram scutis sese obvolvebant, & obtegebant, ὅπως συμβαίνοι φερομέναις ταῖς ἁμάξαις ὑπερπηδᾶν, ut de Alexandri militibus Polyaen. L. IV, 3, 11, ait. Restant falces, unde curribus nomen. Συνήρμοστο, auctor inquit, δὲ ταῖς τούτων ἀρχαῖς δρέπανα, h. e. τῶν ἀξόνων ἀρχαῖς, sive *utrinque summis axibus*. Namque axibus summis praefixas fuisse falces,

& Cyri regis currus & res ipſa clamant. Curtius haec Lib. IV, 9, 5, aemulatus eſt, etſi verba nunc aliud praeferant: *aliae deinde falces ſummis rotarum orbibus haerebant, aliae in terram dimiſſae, quidquid obvium concitatis equis fuiſſet, amputaturae.* Quae quidem *orbibus* illis impeditiſſima ſunt. Memini, ſollertia Iac. Perizonii rotam eſſe extuſam, cuius *ſummis orbibus* falces haerent, difficili tamen ſtructura & uſu in curruum impetu non magno. Quanto concinnius falces haerebunt *ſummis rotarum axibus*, quibus in Cyri Dariique apud Xenophont. & Diodor. curribus affixae erant? Equidem cum Curtiani Codd. pro *orbibus* edant *opibus* aut *obibus*, aſſentior Schefferi coniecturae, *axibus* reſingentis. Ita Curtius conſentiet Diodoro egregie: *dimiſſae in terram falces* erunt τὰ πρὸς ταῖς κατακλίσεσι τῶν ἀξόνων ξύστρα. *Falces ſummis rotarum axibus haerentes* τὰ ἐν ταῖς τῶν ἀξόνων ἀρχαῖς δρέπανα. Sed longum facio. WESS.

Pag. 357. *l.* 3. Ἔν τε ὅπλοις ἐπισήμοις &c. κοσμήσας) Etſi ſaepe in his libris, κοσμεῖν τοὺς στρατιώτας ὠφελείαις, στόλος ἀνδρῶν ἀρεταῖς κεκοσμημένος, & ſimilia alia, nihil in vulgato demuto. Indulgent ſibi multa huius generis ſcriptores, ut exempla a T. Hemſterhuſio conducta ad Lucian. D. Mort. XXIII, 3, oſtendunt. Auctor ipſemet ἐν τῇ μάχῃ νικᾶν L. XIV, 29; ἐν παιδείᾳ καὶ συνέσει δεδοξασμένον Lib. XVI, 81; τοὺς ἐν ἀνδραγαθίαις θαυμασθέντας huius lib. c. 40 &c. WESS.

ead. l. 6. Δεξιὸν μὲν ἔχων τὸν Τίγριν &c.) Haec pugnant ex diametro cum iis, quae pagina ſequenti narrat, ubi Alexander Darium petens Tigrim tranſvadare cogitur cum magna difficultate & periculo. Nam Alexandro, qui a partibus Syriae veniebat, ſi tranſeundus fuit Tigris, ut Darium peteret, neceſſe eſt cogitare, Darium non fuiſſe in Meſopotamia, ſed in Aſſyria ultra Tigrim ad Orientem. Itaque credo, mendoſum eſſe hunc locum, & voces ἀριστερὸν δὲ τὸν Εὐφράτην fuiſſe gloſſamentum in margine adſcriptum a quodam viro ἀγεωγραφήτῳ, quae poſtea in textum male irrepſerunt. Sic ergo lego: δεξιὸν μὲν ἔχων τὸν Τίγριν προῄει διὰ χώρας, *habens Tigrim a dextra.* PALM. Non laudo viri docti conatus, in ipſam Geographiam manifeſto incurrentes. Si Darius in Aſſyria fuit, & propter flumen Tigrim progreſſus eſt, utique id ſiniſtrum habuit. Scripſiſſet ergo ἀριστερὸν μὲν ἔχων τὸν Τίγριν, ea ſi auctori ſententia ſediſſet. Sed Darius Babylone per Meſopotamiam Ninum verſus pergit:

quo itinere finifter illi Euphrates, Tigris dexter erat. Tramittit dein Tigrim, quem fluminis tranfitum, a Diodoro neglectum, ex rei geftae ferie adfcifcere oportet, ut prope Arbela caftra metetur. Atque hoc Palmerio non animadverfum fraudi fuit. Praeclare Curtius: Darius *Babylone copias movit. A parte dextra erat Tigris, nobilis fluvius; laevam tegebat Euphrates: agmen Mefopotamiae campos impleverat*, Lib. IV, 9, 6. Mox οὐκ ἐλάττους τῷ εἴκοσι Steph. fed operarum peccato. Corrigendum tamen Rhodomanus monuit. WESS.

ead. l. 14. Περὶ κώμην — Ἄρβηλα) Plerifque aliis *urbs* eft. Vid. Arrian. Ἀναβ. L. III, 8, & Curt. IV, 9, 9, Noftro confentaneum. WESS.

Pag. 358. *l.* 10. Τάλαντα ἀργυρίου τρισχίλια) *Triginta millia talentûm auri*, quae fumma fidem veri longiffime excedit, apud Curt. L. IV, 11, 7, cum Loccenii nota. WESS.

Pag. 359. *l.* 6. Κἀγὼ, εἰ Παρμενίων ἦν) Conf. Plut. Alex. p. 681 E. & quae Curtii Lib. IV, 11, 14, adfcripfit Freinshemius. WESS.

ead. l. ult. Εἰ μὲν τῶν πρωτείων ὀρέγεται) Optime Reg. I. Προτέρων ineptum prorfus eft. Πρωτεῖα φέρεσθαι & πρωτείων τυγχάνειν toties his & aliorum in libris recurrunt, ut otio abutentis fit, exempla conferre. WESS.

Pag. 360. *l.* 8. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις &c.) Antequam fuperior Darii epiftola Alexandro porrigeretur. Curtius in morte uxoris Darii & funere tragicos aequat L. IV, 10, 12. WESS.

ead. l. 15. Ἐξαπέστειλε παραφυλάξοντα τὴν διάβασιν τοῦ ποταμοῦ) Ex hac & fequentium defcriptione, dubites uter fluvius intelligendus fit, Tigris an Euphrates? Auctor quidem certe intra Mefopotamiam Alexandrum traduxiffe videri poffet, nifi Mazaeum ceteri omnes ablegaffent ad Euphratis tranfitum occupandum. Adi Plut. de Alex. Fort. II, p. 339 A. Curtium IV, 9, 12, & Arrian. III, 7. WESS.

Pag. 362. *l.* 2. Ἀντιμαχόμενος) Non improbo; fi tamen ἀντιμηχανώμενος potius arbitreris, ut elegans profecto eft, fuppetias ibit Appian. Bell. Civil. L. IV, p. 1052 & 1056, & auctor ipfe infr. cap. 57. WESS.

ead. l. 13. Ἔτι δὲ τὴν περὶ τῶν ὅλων ἀγώνων κρίσιν) Aufer ἀγώνων vocem, quae abfurdae gloffae debetur, & fententiam turbat. Κρίνεσθαι & διακρίνεσθαι περὶ τῶν ὅλων faepiffime Diodoro eft de fumma re in certamen defcendere, κρίσις περὶ τῶν ὅλων pugna huiufcemodi. Ita huius lib. cap.

33, ἡ μὲν μάχη —— ἀμφίδοξον εἶχε τὴν τῶν ὅλων κρίσιν· & Lib. XIX, 39, ὡς περὶ τῶν ὅλων κρίσεως ἐσομένης. WESS.

Pag. 363. *l.* 7. Ἑτοιμάζεσθαι τὰ πρὸς τὴν μάχην) Confer Curtiana e L. IV, 13, 20. WESS.

Pag. 364. *l.* 5. Ἔταξε τὴν ἴλην, ἧς εἶχε τὴν &c.) Non eſt de nihilo, quod in Reg. 1. τὴν βασιλικὴν ἴλην. Sic enim Arrian. Lib. III, 11, ὧν προετέτακτο ἡ ἴλη ἡ βασιλικὴ, ἧς Κλεῖτος —— ἰλάρχης ἦν. Ipſemet auctor cap. 60 ἴλην βασιλικὴν vocat. Neque ſpernendum eſt τοὺς ἄλλους ἑταίρους, ſic enim ſcribere voluit idem Reg. Namque ἑταῖροι in Macedonum equitatu, uti dictum alias, praecipui erant, regum quidam quaſi ſocii & comites. WESS.

ead. l. 10. Τῶν Ἀργυρασπίδων πεζῶν τάγμα) In ambiguo mens haeſit, utrum Ἀγυρασπίδων ἄγημα ampleċteretur, an in vulgato acquieſceret. Ἄγημα frequens quidem in Macedonum equitibus eſt, nec alienum tamen prorſus a peditum phalange. Habet Arrian. ὑπασπιστῶν ἄγημα, quod Nicanor Parmenionis hac in acie curavit, L. III, 11, non aliud, atque hoc, de quo Diodorus. Maior difficultas in Ἀργυρασπίδων ineſt titulo, quo eos ſub Indicae expeditionis tempus Alexander ab argenteis ſcutis appellavit, teſte Iuſtino L. XII, 7. Scio Curtium IV, 13, 27, in proelio ad Arbela *Argyraſpidas* non praeteriiſſe; ſed ſecutus is Diodorum videtur, προλήψει quadam Argyraſpidas memorantem. Nam L. VIII, 5, 4, eorum originem & nominis ſuo tempori reddit. Vid. ibi Freinshemium. WESS.

ead. l. 13. Τὴν Ἐλιμιῶτιν καλουμένην στρατιὰν) Conf. C. A. Duker. ad Thucydid. L. II, 99. Regio Ἐλυμιῶτις Arriano Ἀναβ. L. I, 7; Livio L. XLV, 30, *Elimiotis*; κατὰ τὰς Ἐλιμίας Plut. in Paullo Aemil. pag. 259 D. Stephano Ἐλίμεια, πόλις Μακεδονίας. Nihil itaque mutare ſatius eſt. WESS.

Pag. 365. *l.* 2. Τῶν ὀνομαζομένων Στυμφαίων) In ſolo Theſprotico mons erat *Tymphe*, unde Τυμφαῖοι apud Stephanum; qua ex gente cum fuerit Polyſperchon, propterea Πολυσπέρχων ὁ Τυμφαῖος Tzetzae in ſchol. ad Lycophron. Alexand. v. 802. Putares τῶν ὀνομαζομένων Τυμφαίων & hic praeſtare, niſi ſi viderentur Τυμφαίους & Στυμφαίους variante dialecto dixiſſe. Dat certe Τυμφαίαν ex Palmerii, non improbante Gronovio, coniectura Arrianus L. I, 7; at in Indic. c. 18 Ἄτταλον τὸν Ἀνδρομένεω, Στυμφαῖον. Conf. ad L. XX, 28. WESS.

ead. l. 4. Ταύτης στρατηγίαν ἐπλήρου &c.) Acidalius ἐκλή-

ρόυ emendabat ad Curtii L. IV, 13, 28, ſententia ut non abſurda, ſic vulgata nihil meliore. Nota vero mihi haec Curtii, cum Polyſperchontis & Philippi Balacri turmas expoſuiſſet, *haec dextri cornu facies erat. In laevo Craterus Peloponnenſium equites habebat, Acheorumque* &c. & ſtatim animadvertes, ea, quae hic ſuccedunt, non eſſe integra. Craterus collocatur in dextro cornu, quem ſiniſtri primam aciem curaſſe & Curtius & Arrian. L. III, 11, oſtendunt. Quid? nullam laevi cornu mentionem Diodorus iniicit, ut nunc ſe verba habent, quod in diligenti atque accurata exercitus ordinatione quis ferat? Nolim culpae huius affinem praeſtare ſcriptorem ipſum; at amanuenſes abſolvere non poſſum, qui ſiniſtri cornu ante verba καὶ τῆς μετ' αὐτὴν κ. λ. commemorationem turpiter tranſiluerunt. WESS.

ead. l. 10. Ἀνδρεία καὶ τῇ &c.) Legebatur καὶ δὲ τῇ, quorum medium Scaliger libro ſuo adſcripſerat eſſe delendum: cui vett. Codd. imperio aſſentior. Rhodomanus in not. Correct. ἀνδρεία δὲ καὶ τῇ malebat; neque ille male. WESS.

ead. l. 13. Ἐπικάμπιον ἐποίησε τάξιν) Sic L. XIX, 27, 29, Polyb. V, 82, & L. VI, 28. Erat ἐπικάμπιος τάξις incurva, atque ad effigiem quandam forficis, ut ex Aelian. Tact. c. 45 notum. Latini propterea *forficem*, ſeu *forpicem*, vocant apud Veget. de R. Milit. L. III, 13, & Feſtum in *ferra*. WESS.

Pag. 366. *l.* 3. Καὶ ταῖς σαρίσσαις τὰς ἀσπίδας τύπτειν) Scribunt & uno ſibilo σαρίσας. Auctor vetus in Biblioth. Coiſlin. p. 514, Σάρισα πηχῶν ἐστι ιδ'. ἐχρῶντο δὲ αὐτῇ Μακεδόνες· cui de longitudine nihil admodum obloquitur Aelian. Tact. c. 14. Id autem, quod ſuis Alexander edicit, ad ciendum ſtrepitum per erat efficax: unde & apud Romanos irarum & doloris indicium. *Nam cum haſtis clypei feriuntur, irae documentum eſt & doloris*, ut Ammiani verbis dicam Lib. XV, 8. WESS.

Pag. 367. *l.* 1. Καὶ γὰρ Μαζαῖος &c.) Paullo diverſiore modo Curtius IV, 15. WESS.

ead. l. 13. Τὰ μὲν δινηκοντίσθη) Non proſcribo δινηκοντίσθη, tritum ſatis, etiam Syneſio Or. de Regn. p. 28 D. neque pugnabo tamen, ſi cui ex Codd. συνηκοντίσθη, quo mox auctor c. 63 utitur, arripiendum videatur. De ſtrage, quam falciferi currus dederint, & miſerando laceratorum exitu, Suidas ex incerto ſcriptore in Δρεπανοφόρα. WESS.

Pag. 368. *l.* 6. Ἐνίων δὲ — ἀναῤῥηττόντων &c.) Commodius ob praemiſſa putares τὰς πλευρὰς ἀναῤῥήττεσθαι, neque

ſane incongruum fuiſſet, ſi per ſequentia ſtetiſſet. Ordina ergo, ac ſi legeretur τῶν ἁρμάτων ἀναῤῥηττόντων· namque id ad explendam ſtructuram adſciſcendum eſt. WESS.

Pag. 369. *l.* 3. Οἵ τε μηλοφόροι) Aurea mala, haſtis praefixa, gerebant, atque inde illis nomen. Heraclides Cumaeus in Athen. Lib. XII, p. 514 B. ἦσαν δ' οὗτοι (Melophori) τῶν δορυφόρων, καὶ τῷ γένει πάντες Πέρσαι, ἐπὶ τῶν στυράκων μῆλα χρυσᾶ ἔχοντες, χίλιοι τὸν ἀριθμὸν, ἀριστίνδην ἐκλεγόμενοι ἐκ τῶν μυρίων Περσῶν τῶν ἀθανάτων καλουμένων. Quae Melophororum nomen, conditionemque & numerum cum uberrime declarent, mitto Aelian. Hiſt. Var. IX, 3, & Polyaen. IV, 3, 24. Vide tamen B. Briſſonium de Perſ. Regn. L. I, p. 270. WESS.

ead. l. 5. Καὶ Κοσσαῖοι) Novi *Ciſſiam* regionem, in qua Suſa, ex Herodoto L. V, 49, eiuſque incolas Κισσίους aut Κισίους in Strabon. XV, p. 1058 C. & Stephan. voc. Σοῦσα, nullos vero Κισσαίους. Bene Reg. 1. cuius Κοσσαῖοι a Curtio non praetereuntur L. IV, 12, 10, fuſiore ſtilo a Diodoro deſcripti capite undecimo ſupra centeſimum huius libri. WESS.

ead. l. 14. Δισχιλίους δὲ Καδουσίους) Vid. Curt. L. IV, 15, 12. WESS.

Pag. 370. *l.* 7. Σισύγγαμβρις) Hoc verius, ut ſupr. cap. 37 ſignificatum. WESS.

Pag. 371. *l.* 10. Τοῦ δὲ παρεστῶτος ἡνιόχου &c.) *Utique poſtquam auriga Darii, qui ante ipſum ſedens equos regebat, haſta transfixus eſt: nec aut Perſae, aut Macedones dubitavere, quin ipſe rex eſſet occiſus. Lugubri ergo ululatu & incondito clamore gemituque totam fere aciem adhuc aequo Marte pugnantium turbavere cognati Darii & armigeri.* Sic Curtius L. IV, 15, 28, hac de re. WESS.

ead. l. 15. Καὶ τὸ συνεχὲς — σύνταγμα) Si ingrata ad aures accidat repetita iterum vox, quamquam in hoc ſcriptore nihil magis obvium, admitti poterit τὸ συνεστὼς eodem recidens. WESS.

Pag. 373. *l.* 7. Οὗτοι μὲν ἐπανῆλθον ἄπρακτοι) Negant Curtius L. IV, 16, 3, & Arrian. L. III, 15. WESS.

Pag. 374. *l.* 6. Πλείους τῶν ἐννέα μυριάδων) Magna in hoc numero diſcordia apud Arrian. d. l. & Curtium IV, 16, 26, ubi Cellarius ex Noſtro *amplius noningenta millia*, non ſine quadam inconſiderantia, niſi error ſit operarum, quod malim opinari. WESS.

ead. l. 12. Κοῖντος, ἔτι δὲ Μινίδας) Melius Κοῖνος, quam

Κόννος, ut eſt in margine, ſi Arriani (L. III, 15,) ſequimur exemplaria. Sed viciſſim Μενίδας marginis lectio melior ea eſt, quae in contextu, ſi eadem ſequimur. Ita enim apud eum legitur: καὶ τιτρώσκεται Ἡφαιστίων τε αὐτὸς καὶ Κοῖνος, καὶ Μενίδας. STEPH. Κοῖνος, ἔτι δὲ Μενίδας) Dedi utrique, ut ſuo ſibi nomine appellarentur. Κοῖνον auctor ſupra vocavit, atque ita ceteri. Curtius extremo cap. 16 L. IV: *Hephaeſtionis brachium haſta ictum eſt. Perdiccas, ac Coenus, & Menidas ſagittis prope occiſi.* Tetigit & haec nomina correxitque N. Blancardus ad Arriani ſui L. III, p. 194. WESS.

ead. l. 15. Ἀριστοφῶντος) Secundum Arrianum (L. III, 15) non Ἀριστοφῶντος, ſed Ἀριστοφάνους. STEPH. Errat Stephanus. Ariſtophanem ſuperior annus, quo ad Arbela depugnatum fuit, Archontem habuit, idque eo loco Arrianus teſtatur: Ariſtophontem hic annus. Non negat idem Arrianus, cum Darium Ariſtophonte Archonte mortuum profitetur L. III, 22, nedum Dionyſius, qui de Demoſthenis oratione pro Corona Epiſt. ad Amm. p. 124, tempus praeclare ſignans, εἰσελήλυθεν μετὰ τὸν πόλεμον ἐπ' Ἀριστοφῶντος ἄρχοντος ὄγδοον μὲν ἐνιαυτὸν μετὰ τὴν ἐν Χαιρωνείᾳ μάχην, ἕκτον δὲ μετὰ τὴν Φιλίππου τελευτὴν, καθ' ὃν χρόνον Ἀλέξανδρος τὴν ἐν Ἀρβήλοις ἐνίκα μάχην. Sic enim optime luxata eius verba ordinavit Io. Meurſius de Archont. L. IV, 13. Nam quod de proelio ad Arbela additur, factum propterea, quod paullo ante adminiſtratum id fuerit. Conf. Iſ. Caſaubonum ad Theophraſti Charact. c. 8. WESS.

ead. l. ult. Γάϊος Δομέττιος) Lege Γναῖος Δομίτιος cum Sigonio. RHOD. Γάϊος Δομίτιος) Sine dubio Δομίτιος, quod & Coſpus expreſſit, verum eſt. Praenomine utrum *Caius* an *Cnaeus* fuerit, non admodum certum ob diſcordiam ſcriptorum Livii L. VIII, 17, librorum. Conf. Pighium in Faſt. ad ann. CDXXI, & Drakenborch. WESS.

Pag. 375. *l.* 10. Μονωθήσεσθαι τοὺς Ἕλληνας &c.) Hoc mihi vulgato praeſtare viſum ſemper eſt. Non moveor enallage generis, qua nihil in hoc aliiſque Graecis frequentius, ſed rei ſerie, quae hac ratione melius procedit multo. WESS.

ead. l. 14. Μέμνων γὰρ ὁ καθεστάμενος &c.) Freinshem. in ſupplementis L. VI Curtii hominem *Menonem*, incertum quo auctore, appellat. Invenio quidem Menonem Theſſalum, qui cum Graecis bello Lamiaco in Macedonas ſtrenuam operam navaverit, L. XVIII, 15, quem tamen eundem eſſe, decernere non ſuſtineo. Apud Curtium L. IX, 3,

21, Memnon ex Thracia ſupplementum adducit Alexandro; qui noſter eſſe poterit, ſi eum in gratiam cum Alexandro rediſſe conſtaret. Wess.

Pag. 376. *l.* 10. Πελοποννησίων δ' οἱ πλείους &c.) Peloponneſiorum & ceterorum e Graecia concurſum optime omnium deſcribit Dinarchus, Demoſthenem perſtringens, tanquam reipublicae nullo tempore utilem, οἷα ἐπ' Ἄγιδος ἐγένετο, ὅτε Λακεδαιμόνιοι μὲν ἅπαντες ἐξεστράτευσαν, Ἀχαιοὶ δὲ καὶ Ἠλεῖοι τῶν πραγμάτων ἐκοινώνουν, ὑπῆρχον δὲ ξένοι μύριοι. Ἀλέξανδρος δὲ, ὥς οἱ λέγοντες, ἐν Ἰνδοῖς ἦν. ἡ δὲ Ἑλλὰς ἅπασα, διὰ τοὺς ἐν ἑκάστῃ τῶν πόλεων προδότας, ἀχθομένη τοῖς παροῦσι πράγμασι, ἠσμένει μεταβολήν τινα τῶν κακῶν τῶν παρεστηκότων, Orat. in Demoſth. pag. 94. Scripſi vero ἐπ' Ἄγιδος in his Dinarchi verbis, quod alioqui ſententia & abſurda & rebus geſtis foret contraria: nam ἐπ' Αἰγὸς, quod Stephanus expreſſit, nihili eſt, ut quiſque videt. Conferre & ea operae fuerit pretium, quae Aeſchines in Demoſthenem iecit Orat. in Cteſiph. p. 77. Wess.

Pag. 377. *l.* 14. Πλείους τῶν πεντακισχιλίων &c.) Totidem fere memorat Curtius L. VI, 1, 16, in caeſis Macedonibus non conſentiens: quae tamen diſcordia librariis magis debetur, quam quidem ipſi ſcriptori. Vide doctiſſimos eius interpretes. Wess.

Pag. 378. *l.* 6. Αὐτὸς δὲ καθοπλισθεὶς &c.) Vid. eundem Curt. L. VI, 1, 14, & Pauſan. L. I, 13, pag. 32, & L. III, 10, pag. 230. Wess.

Pag. 379. *l.* 12. Ἀργυρίου δὲ τάλαντα τρισχίλια) Curtius hunc locum aemulatur, ſed quatuor millia talentûm, forſan non ſine amanuenſium delicto, annumerans Lib. V, 1, 10. Wess.

Pag. 380. *l.* 8. Στρατηγοὺς τῆς τε Βαβυλῶνος &c.) Non abſurdum eſt Βαβυλωνίας. Curtius ibid. §. 43: *Praetores, qui regioni Babyloniae & civitati praeeſſent, Menetem & Apollodorum reliquit.* Sic editur: ſcripti magno numero *ac Ciliciae*, quod pro reiiculo non eſſe putandum, nota Freinshemii declarabit. Wess.

ead. l. 13. Τῶν μὲν ἱππέων ἑκάστῳ ἓξ μνᾶς ἐδωρήσατο &c.) Curtius iterum: *ex pecunia deinde Babyloniae Macedonibus equitibus ſexceni denarii tributi; peregrinus eques quingenos accepit. Ducenis pedeſtrium ſtipendium menſum eſt.* Non ille quidem male, quamquam ſuſpicio non deſit, pauca in illis deſiderari. Cur enim negligitur peregrinorum peditum ſtipendium? cur

menſium ſine poſtrema voce in ſchedis vetuſtioribus? Poſſes, niſi audacius videretur, *duceni pedeſtrium, peregrinorum ſtipendium duum menſium.* Ego equidem nihil decerno, coniectura contentus. Wess.

Pag. 381. *l.* 5. *Τραλλεεῖς δὲ τρισχίλιοι*) Rectius Τράλλεις. Heſychius Τράλλεις, *οὕτως ἐκαλοῦντο μισθοφόροι Θρᾶκες τοῖς βασιλεῦσιν, οἱ τὰς φονικὰς χρείας πληροῦντες.* Cui Thraciae gentibus Tralles annumeranti conſentit Plut. Ageſil. p. 604 D. non item Stephanus in Τραλλία. Sed vide L. Kuſter. ad Iamblichum Vit. Pyth. pag. 146, & praeter ceteros H. Valeſium ad Dionis Excerpt. pag. 90. Wess.

ead. l. 11. *Εἰς τὴν Σιττακηνὴν*) Hoc malui, tum ob geminatam illam literam Lib. XVIII, 6, tum quod Σιττάκη, uti apud Aelian. de Animal. L. XVI, 42, & Plinium L. VII, 27, ſcribitur, formet *Σιττακηνὴν χώραν*, nunquam *Σιττακινήν.* Situm regionis ſignat Strabo L. XVII, p. 1079 B. & Curtius L. V, 1, ſed in vocis ſcriptura mire pravus, ſicuti Cellarius docuit. Wess.

ead. l. 16. *Καὶ τὰς ἡγεμονίας ἀναβιβάσαι*) Ab humili ordine ad ampliorem gradum promovere, ut Curtius loqui amat, ſive, ut mox Noſter, *ἀπὸ τῆς μεγάλης ἡγεμονίας ἐπὶ μεγάλας ἐξουσίας ἀναβιβάσαι·* quo in genere non inſolens id verbum. Demades Orat. fragm. p. 179: *καὶ πάντες μὲν οἱ τὴν Ἑλλάδα κατοικοῦντες Ἀλέξανδρον ἐπὶ τὴν ἡγεμονίαν ἀνεβίβαζον.* Philo Belopoic. p. 97: *καὶ τὸν μὲν δοῦλον, ἐλεύθερον ἀναφῆναι, τὸν δὲ στρατιώτην ἀναβιβάζειν.* Contrarium hoc Syneſii de Ageſilao Or. de Regn. p. 20 C. *καὶ ἐγγὺς ἦλθεν ἀποβιβάσαι* (Perſarum regem) *τῆς ἀρχῆς. τοῦ μὲν γὰρ φρονήματος ἀπεβίβασε.* Wess.

Pag. 382. *l.* 2. *Περὶ τῶν ἀρίστων*) Ἀριστείων ſi praetuleris, ſuccurret Curtius, haec Diodori imitatus Lib. V, 2, 3. Wess.

ead. l. ult. *Ἀβουλήτου σατράπου παραδόντος*) Ἀβουλίτην Arrian. L. III, 16, & Curtius V, 2, 8, Noſtrum Latine iterum exprimens, vocant, & verius, ut ego quidem ſuſpicor. Wess.

Pag. 383. *l.* 10. *Πλείω τῶν τετρακισμυρίων ταλάντων*) Totidem Plut. Alex. p. 686 C. ſed pecuniae ſignatae. Curtius & Arrianus talentûm quinquaginta millia. Wess.

ead. l. 14. *Χαρακτῆρα Δαρεικὸν ἔχοντα*) Darici aequabant Atticas argenteas drachmas XX, auctore Harpocratione in *Δαρεικὸς* & Schol. ad Ariſtoph. Eccleſiaz. v. 598, habebantque Darii principis inſculptam imaginem, ſi non fallit B.

Briſſonius, χαρακτῆρα Δαρεικὸν huc trahens, L. II de Perſ. Regno p. 610. Adde Io. Fr. Gronov. de Pec. Veter. L. III, 7. WESS.

Pag. 384. *l.* 2. Ἀπολείποντας πολὺ τοῦ κατὰ τὸν θρόνον ὑποβάθρου) Ὑπόθημα τὸ ὑπὸ τοῖς ποσὶν Pauſaniae, qui Athenis θρανίον eſſe addit L. V, p. 402, Hebraeis *hadòm raglájim*, ὑποπόδιον τῶν ποδῶν. In Aſiae regum palatiis ſolia erant celſiora, quibus commode inſidere non poterant abſque ὑποβάθρου fulcimento. Agit de illis Briſſon. de Reg. Perſ. L. I, p. 103. Curtius veſte Latina haec induens Lib. V, 2, 13, σκεῦος ἄτιμον γεγονὸς, quod ſequitur, *menſam ad ludibrium recidentem* vertit. Tu contende Paullinum σκεῦος εἰς ἀτιμίαν Ep. ad Rom. IX, 21. WESS.

ead. l. 15. Τῆς πρὸς τὰς αἰχμαλώτιδας &c.) Interpres *qua erga captivos utendum eſſet.* Ergone αἰχμαλώτους legit? quod profecto commodius foret. Si tamen vertas, ut factum eiuſdem conſilio vides, ſententia tolerabilis erit. WESS.

Pag. 385. *l.* 1. Ἀλλ' οὐχ ὕβρις ἐστὶν, εἶπε) Geminum Ariſtoph. Plut. v. 887, Ἆρ' οὐχ ὕβρις πολλὴ ταῦτ' ἐστι; ſed diverſum tamen: Atticum illud eſt, gravem indignationem continens, & Terentiano ſimile, *quid eſt, ſi hoc non contumelia eſt?* in Andr. I, 5, 2. Conf. T. Hemſterh. ad Luciani D. Mort. II, 2. WESS.

ead. l. 10. Ἐπὶ τὸν Τίγριν) Pro Τίγριν Arrianus habet Πασιτίγρην· ſcribit enim L. III, 17, καὶ διαβὰς τὸν Πασιτίγρην ποταμὸν, ἐμβάλλει εἰς τὴν Οὐξίων γῆν. Habebimus autem infra L. XIX, 21, Πασιτίγριν itidem apud hunc ſcriptorem. STEPH. Quae ſequuntur, arguunt hunc locum falſi. Nam Tigris fluvius non tranſit per Uxiorum fines, & multo maius ſpatium terrarum oberrat, quam hoc loco tranſire dicitur. Nam mille ſexcenta ſtadia tantum ab origine ſua ad mare uſque emetitur ſecundum hunc locum: at Tigris decuplicem ſpatii habet decurſum. Sed ex Arriano patet, quomodo legendum ſit, Lib. III, p. 128, ἄρας δὲ ἐκ Σούσων καὶ διαβὰς τὸν Πασιτίγρην ποταμὸν, ἐμβάλλει εἰς τὴν Οὐξίων γῆν. Ergo & apud Diodorum hoc loco lego confidenter ἐπὶ τὸν Πασιτίγριν ποταμόν. PALM. Curtius L. V, 3, 1: *Rex quartis caſtris pervenit ad fluvium, Paſitigrim incolae vocant: oritur ex montibus Uxiorum, & per L ſtadia ſilveſtribus ripis praeceps inter ſaxa devolvitur. Accipiunt deinde eum campi, quos clementiore alveo praeterit, iam navium patiens. DC ſtadia ſunt mollioris ſoli, per quod leni tractu aquarum Perſico mari ſe*

insinuat. Quae unde sint sumta, cum videat quisque, non dubium est, quin Curtius hic Πασιτίγριν invenerit. Idem mihi ceteri scriptores, Strabo, Plutarchus, Arrianus, persuadent, hoc ex Uxiorum montibus devolvens flumen Pasitigrim appellantes, inque primis auctor ipsemet, ter quaterque L. XIX *Pasitigrim* vero nomine nuncupans. Itaque describentium peccatum esse, non Diodori, bene decernit Cellarius ad Curtii excerptum locum. At infra L. XIX, 17, unius diei itinere Susis eum amnem abesse ait, ad quem quartis castris Alexander Susis profectus pervenisse dicitur: quae quidem difficultas dissipabitur, si illic de expedito viatore, hic de itinere gravis & impedimentis onusti exercitus agi cogitaveris. Verum additur ibid. καὶ φερόμενος μὲν ἀπὸ τῆς ὀρεινῆς ἐπὶ σταδίους ἑπτακοσίους εἰς τὴν ἐρυθρὰν ἐξερεύγεται θαλάσσαν· quod si cum illis, quae sub manu sunt, contenderis, insignis apparebit discordia. Totus fluvii, quam longus est, cursus septingentis ibi stadiis absolvitur: hic per mille stadia praeceps inter saxa lapsus sexcenta adhuc alia prius conficit, quam in mare evolvitur. Cl. Salmasius, ut auctor secum ipse & cum Curtio consentiat, illa ἐπὶ σταδίους χιλίους in quinquaginta aut centum circiter commutanda arbitratur ad Solin. pag. 494, opera expedita, sed & audaci. Namque in Curtio schedae quaedam veteres *per mille stadia*, prorsus, ut hic, praeferunt, Modio probante: possunt praeterea ἀπὸ τῆς ὀρεινῆς ἐπὶ σταδίους ἑπτακοσίους L. XIX, 17, stadia esse mollioris soli, per quod, ubi sese montibus explicuit, leni tractu in Persicum sinum decurrit. Itaque in dubio apud me est, utri se loco vitium insinuarit. Blancardus quidem hunc ipsum in mendo cubare, atque ex L. XVII, 17, refingendum esse, nisi si ἁμάρτημα μνημονικὸν scriptoris sit, haud dubitat ad Arrian. L. III, p. 199. Vellem & Salmasii commeminisset, cui ea debet. WESS.

Pag. 386. *l.* 2. Παντοδαπὰ πλάσματα) Non placent *condimenta* interpretis; *figuras* praefero. Solebant ficus, pruna, aliaque id genus, ubi siccaverant, in massam singula densare, variisque formis instruere: παλάθας vocant. Hieronymus in Oseae c. 1: *Est autem* (παλάθη) *massa pinguium caricarum, quas in morem laterum figurantes, ut diu illaesae permaneant, calcant atque compingunt.* Unde Amyntas de aërio melle in eiusmodi massam stipato εἰς παλάθους Συριακῆς τρόπον ΠΛΑΤΤΟΝΤΕΣ apud Athen. L. X, pag. 500 C. & Theophrastus de prunis Aegyptiis siccatis καὶ τὸν πυρῆνα ἐξαιροῦν-

τες κόπτουσι καὶ ποιοῦσι παλάθας Hift. plant. Lib. IV, 3. Quo ex genere *prunorum globus atque coctanorum* celebratur a Statio, & *Palathion Caryotarum*, ut optime Salmafius, a Martiale Epig. 24 Xenior. ubi Scriverium infpice. WESS.

ead. l. 5. *Ὑπὸ Μαδέτου*) Hoc tantifper ex Cofpo adfcifcendum duxi, donec meliores fchedae verum homini nomen reddant: fcripti Codd. non longe abeunt. Curtio *Madates* eft, e quo Freinshem. *Μέτου* five *Μαδέου* hoc nomen refingebat, L. V, 3, 4. WESS.

ead. l. 14. *Ἐφ' ὧν ἦν ἐνδεχόμενον*) Fuiffe opinor *ἀφ' ὧν.* Alibi *ἐκ τῶν ἐνδεχομένων*, uti in Stobaei Serm. I, pag. 14, Archytas, & fupra L. I, 54, Diodorus. WESS.

Pag. 387. *l.* 5. *Καὶ ταχέως πασῶν — πόλεων*) Voces *ἐγκρατὴς ὑπῆρξεν*, quae artiffime his adhaerebant, imperio Codd. induxi: conftat fine illis fententia. N. Blancardi eadem quidem ad Arrian. L. III, p. 200, mens, fed verborum feriem citra caufam mutat. WESS.

ead. l. 8. *Ἐπὶ τὰς Σουσιάδας — πέτρας*) Polyaen. IV, 3, 27, & Curtius V, 3, 17, *Σουσίδας πύλας*, *Sufidas Pylas*, vocant: quare *πύλας* in Diodoro praeoptabat Freinshemius, cui non adftipulor: rupes abruptae, *ὄρη στενὰ καὶ ὑψηλὰ* Polyaeno, has portas efficiebant, quas *πέτρας* propterea auctor appellat, Strabo *στενὰ δυσπάροδα* L. XV, p. 1059. Ceterum a Polyaeno Pylis his imponitur *Phrafaortes*, manifefto errore. Phrafaortes enim iam tum in amicis erat Alexandri, ut ex Arriano L. III, 18, conficias. WESS.

ead. l. ult. *Ἁμαξιαίους λίθους ἐπεκύλιον*) Additam gloffam librariis reddidi: quifque enim videt *ἁμαξιαίους* lapides ingentis fuiffe molis. Demofthenes Or. in Callicl. pag. 697, *εἰ Καλλικλῆς μὲν εἰς τὸ χωρίον — ἁμαξιαίους λίθους προσκομίσας ἀποικοδομεῖ.* WESS.

Pag. 388. *l.* 14. *Σταδίους τριακοσίους*) Curtius extremo cap. 3 lib. V, *retro evadere ex anguftiis* rex *iubet. XXX ftadia fuere, quae remenfi funt.* *Ἀπὸ τριάκοντα σταδίων χάρακα ἐβάλετο* Polyaen. IV, 3, 27, rectius haud dubie. Proinde accedo Loccenio, *σταδίους τριάκοντα*, *XXX ftadia*, & hic reponenti ad Curtium. WESS.

Pag. 389. *l.* 6. *Προσέταξεν ἀπαγαγεῖν*) Lege *ἐπαγαγεῖν.* RHOD. Curtius vertit, *captivos, quos nuper exceperat, vocari iubet.* Cui non male convenire *ἐπαγαγεῖν*, feu potius *ἐπάγεσθαι*, ex Kuhnii nota ad Paufan. L. I, 9, cognofces. Id vero fi receperis, etiam mox *ἐπαγόμενος* refingendum erit.

Neutrum placet. Ἀπαγαγεῖν positum videtur loco ἀπαγαγεῖν πρὸς ἑαυτὸν, alioqui Reg. 1. ἀναγαγεῖν non absurdum foret. Conf. Th. Bezam ad A. A. XII, 19. WESS.

Pag. 390. *l.* 10. Τηριδάτου) *Tiridates*, & rectius, Curtio, a cuius scriptura non diffidet editus Basil. cap. 81. Mox ἔσται retineri potest, etsi non minus cultum ἔσεσθαι Reg. 1. WESS.

ead. l. 14. Καὶ τὸν Ἀράξην ποταμὸν ζεύξας) Alius hic Araxes, atque Armeniae eiusdem nominis fluvius. Soli scriptores, qui res Alexandri memoriae prodiderunt, hunc memorarunt, e quibus Strabo L. XV, p. 1061, ceterique hauserunt. De eo diligenter Salmasius in Solin. p. 846. WESS.

Pag. 391. *l.* 4. Ὑπὸ τῶν πρότερον βασιλέων) Noli mutare. Librariorum inventum est τῶν προτέρων, qui & Aelian. V. H. lib. III, 18, τῶν μὲν ἄλλων τῶν πρότερον ἐπιθυμιῶν παύεται, idem obtrudere sunt conati, neque ferre potuerunt in Aristoph. Equit. v. 1352, sicuti ex Suida in Αἰσχύνομαι constat. Τοὺς πρότερον στρατηγοὺς habes L. XIII, 77. De numero mutilatorum nihil Iustinus L. XI, 14, nihil Suidas in Ἀλέξανδρος dissentiunt. Curtius ad quatuor millia fere edit L. V, 5, 6. WESS.

Pag. 392. *l.* 8. Καὶ περιόντας) Lego περιϊόντας. STEPH. Blanditur vehementer Stephani coniectura: quia tamen vulgatum commodam, quam interpres expressit, sententiam dat, in eo, donec membranae prohibeant, acquiescam. WESS.

ead. l. 16. Τρισχιλίας μὲν ἑκάστῳ δραχμὰς ἐδωρήσατο) His gemina Curtius extremo cap. 5 libri quinti. WESS.

Pag. 394. *l.* 3. Αἱ μὲν θαλασσίαις πορφύραις) Conf. not. in L. III, 68. Plut. Alex. p. 686 D. πορφύραν Ἑρμιονικὴν vocat ab Hermione ad sinum Argolicum, quae πορφύρα Ἑρμιονῖτις Alciphroni L. III, p. 376. WESS.

ead. l. 7. Ἐνημερεύσαντες) Magis placet εὐημερίσαντες. RHOD. Credo εὐημερήσαντες Rhodomanum scribere voluisse, quod de felici successu nec auctor spernit L. XII, 12, 14, & XIII, 16, nec Plut. Sympos. IX, 5, οὐ πάνυ γὰρ εὐημέρησεν ἐν ταῖς ἐπιδείξεσιν inquiens. Quid si tamen ἐνημερεύσαντες retineatur? Deest, fateor, exemplum, quo fulciri possit: utuntur praeterea τῷ διημερεύειν simili significatione. Neque haec tamen efficient, ut verbum κακοῦ κόμματος sit censendum, cui analogia constat. Ἐνημερεύειν ταῖς ἁρπαγαῖς *totum diem rapinis absumere*, ut διημερεύειν ἐν τῇ μαχῇ, διημερεύειν ἐν τῷ κινδύνῳ, aliaque de hoc genere. Utere tamen viri docti auxilio, si stet sententia. WESS.

Pag. 395. *l.* 1. Τὴν αἰχμαλωσίαν &c.) Rectius fortasse εἰς τὴν αἰχμαλ. STEPH. Non audeo districte vulgatum improbare, memor Paullini in Epist. ad Ephes. c. IV, 8, ἀναβὰς εἰς ὕψος ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν, & scriptoris L. I Hist. Maccab. IX, 72, καὶ ἀπέδωκεν αὐτῷ τὴν αἰχμαλωσίαν, ἣν ᾐχμαλώτευσεν τὸ πρότερον ἐκ γῆς Ἰούδα. Utrobique αἰχμαλωσία captivos ipsos, ut hoc in loco, complectitur. WESS.

ead. l. 9. Δώδεκα μυριάδες ταλάντων) Eandem expressit summam Curtius L. V, 6, 9, ubi docti commentatores videndi, sicuti & Strabo XV, p. 1062 D. WESS.

Pag. 396. *l.* 8. Οὗ τὸ μὲν πρ. ἀναλήμματι πολυδ. κατεσκεύαστο) Diceres ἀναλώματι Reg. 1. non esse spernendum, & mera tamen verioris scripturae παραδιόρθωσις est. Ἀνάλημμα vocant quod in altum educitur opus. Infra L. XX, 36, καὶ τῶν τόπων τοὺς — κοίλους ἀναλήμμασιν ἀξιολόγοις ἐξισώσας. Tum munimenta, quibus moenia altius exstruuntur & loricantur. Suidas ex incerto scriptore, sive Polybius is fuerit, seu Diodorus, κατανοήσας τὸ βάρος τῶν ἀναλημμάτων, καὶ ὡς ἀδύνατόν ἐστι σαλεῦσαι τὰ τείχη, quod non male explicat ὕψωμα, στήριγμα. Berosus in fragmentis: ἐν δὲ τοῖς βασιλείοις τούτοις ἀναλήμματα λίθινα ὑψηλὰ ἀνοικοδομήσας καὶ τὴν ὄψιν &c. quae quidem ἀναλήμματα λίθινα *saxeas pilas* recte verteris cum Salmasio ad Solin. p. 520. Alexandrini Interpretes ἀνάλημμα τῆς πόλεως Δαβὶδ 2 Chron. XXXII, 5, & Siracides cap. L, 2, ἀνάλημμα ὑψηλὸν περιβόλου ἱεροῦ cum dederunt, non aliud spectaverunt. Haec de voce. Durant in haec tempora stupenda regiae Persepolitanae rudera, non plane quidem huic Diodori descriptioni respondentia, quod in tanta rerum temporumque vicissitudine haud profecto mirandum est, talia tamen, ut facile agnoscas, eo loci Persepolim fuisse, cui a XL columnis suo Persae recentiores sermone *Chilminaer* nomen indiderunt. Reliquias accuratissime descriptas & in tabulis cultissime expictas dedit Corn. de Bruin Itiner. Part. II, p. 209 & seq. quem vide, & Is. Vossium ad Melae L. III, 8. WESS.

Pag. 397. *l.* 5. Ὄρος — βασιλικὸν) Opinor eundem esse montem, ac τὸ δισσὸν ὄρος, in quo Darium Histaspiden sepulcra exstrui mandasse, in Ctesiae Excerptis apud Photium Cod. LXXII, p. 113, perscriptum legitur. Durant haec in tempora magnifica sepulcrorum vestigia in monte, non procul a Persepoli in altum sese extollente, quae horum esse rudera pertendunt apud eundem illum Cor. de Bruin ibid.

pag. 229; sed distantia illam exsuperat, quam Diodorus signavit. WESS.

Pag. 398. *l.* 2. Καὶ τοῦ μὲν πότου προβαίνοντος) Simile hoc Diogenis L. VIII, 64, καὶ προβαίνοντος τοῦ πότου, ὡς τὸ δεῖπνον οὐκ εἰσεφέρετο· & Philostrati de Soph. Vit. II, 11, p. 591, ἐς ἀλεκτρυόνων ᾠδὰς προβάντος αὐτῷ τοῦ πότου· quae quidem & plurium aliorum loca non fugerunt diligentiam viri praeclari ad Xenoph. Ephes. Vol. V, T. III, pag. 62, Miscellan. Observat. Addo Gregor. Nazianzen. Or. III, p. 85 C. εἶτα τοῦ πότου προελθόντος εἰς τὴν συνήθη ψυχροποσίαν. WESS.

ead. l. 5. Ὄνομα μὲν Θαΐς, Ἀττικὴ δὲ τὸ γένος) Fata feminae, utque deinceps enupserit Ptolemaeo Lagi filio, Clitarchus exsequitur apud Athen. L. XIII, p. 576 D. incendii arcis Persepolitanae haud oblitus, sicuti neque Plut. Alex. p. 687 B. Nam Curtius, a quo ipsa Persepolis incendio corrupta traditur, a vero aberrat. Superavit enim urbs, ut ex Nostri L. XIX, 21, 22 & 45, constat, & viri docti ad Curtium L. V, 7, 9, admonent. WESS.

Pag. 399. *l.* 4. Καὶ γυναικῶν μουσουργῶν — παρειλημμένων) Insignis de his feminis locus vetusti est scriptoris apud Suidam in Μουσουργοὶ, haud praeteritus ab H. Valesio ed Excerpt. Nic. Damasceni p. 64. Psaltriae erant, musica & corpore, ut *Copa* Virgiliana, quaestum facientes. Παλλακίδες μουσουργοὶ τοῦ βασιλέως in Epist. Parmenionis ad Alexandrum apud Athen. L. XIII, p. 607 F. quem vide quoque L. XII. 2, p. 514 B. de iisdem. WESS.

Pag. 400. *l.* 4. Καὶ μετὰ τρισμυρίων Περσῶν &c.) Illustrat haec Curtius L. V, 8, 3. WESS.

ead. l. 7. Συλληφθεὶς ἐδολοφονήθη) A Satibarzane & Barzaënte. Conf. Arrian. Lib. III, 21, & Curt. Lib. V, 13, 17. WESS.

ead. l. 12. Παρακληθεὶς — μετελθεῖν τὸν φόνον &c.) Alexandrum qui spirantem Darium invenisse tradunt, rari sunt. Interfecti ultionem suscepit, quod communis omnium regum esset causa, quam negligere sibi & indecorum & periculosum fore prospiciebat. *Regi* enim *tuenda maxime regum est salus, Ne sancta quisquam sceptra violaret dolo*, ut prudenter Oedipus in Senecae Oedip. v. 241. Vide Iustin. L. XI, 15, & Plut. Alex. pag. 690. WESS.

Pag. 401. *l.* 5. Ἐπὶ τὸ κοινὸν τῶν Ἑλλήνων συνέδριον &c.) *Sed concilium Graecorum* (Antipater), *quid fieri placeret, consu-*

luit. A quo Lacedaemonii nihil aliud, quam ut oratores mittere ad regem liceret, precati, gratis veniam defectionis, praeter auctores, impetraverunt, ſic ex Io. Fr. Gronovii coniectura Curtius L. VI, 1, 20, veriſſime. Nam N. Heinſii correctio aſſenſione comprobari non poteſt. Quinam enim illi *Aegeatae*, quos veniam defectionis, praeter auctores, impetraviſſe arbitrabatur? Nulli profecto apud Aeſchin. in Cteſiph. p. 77, & Dinarch. in Demoſthen. p. 94, in quorum orationibus de Graecorum infelici hac coniuratione diligenter. WESS.

ead. l. 14. Κηφισοφῶν) In Dionyſii Dinarch. p. 116 Κησιφῶν, quod merito damnat Sylburgius. WESS.

ead. l. 16. Μετὰ Ναβάρνου) Redintegra Ναβαρζάνου. RHOD. Μετὰ Ναβαρζάνου) Pareo viro docto. *Nabarzanem* enim conſtanter ceteri omnes vocant. Qui vero Nabarzani adiungitur Barxaëntes, Arriano L. III, 21 & 27, Βαρσαέντης eſt, Curtio *Barzaëntes*. Vid. N. Blancard. ad Arrian. ſui L. III, p. 209 & 221. WESS.

Pag. 402. *l.* 4. Οὖσαν δυσείσβολον) Si qui δυσέμβολον potius cenſuerint, illis patrocinium Philoſophus non negabit Polit. VII, 5, nedum Polybius Lib. III, 49, Noſterve Lib. XIX, 35. Sed vide not. in Lib. XV, 63. WESS.

Pag. 403. *l.* 4. Ἱππέων ἑκάστῳ τάλαντον) Curtium inſpice Lib. VI, 2, 17, qui quidem defectus videtur, ſicuti certe loco ſuo mota ſunt, quae ibid. ſect. 10 produntur: ſpectant manifeſto finem huius in Diodoro capitis. De pecunia ex praeda redacta, & a cuſtodibus direpta, Strabo L. XV, p. 1063 A. WESS.

Pag. 404. *l.* 2. Πλησίον πόλεως — Ἑκατονταπύλου) Conſule Caſaubonum ad Athen. L. XII, 2, & Raderum ad Curt. VI, 2, 15, in eo tamen peccantem, quod Diodorum Hyrcaniae Hecatompylum aſſignaſſe putet. Nihil illi huiuſmodi in mentem venit: tantum dicit, Alexandrum in itinere cum Hyrcanos peteret, veniſſe Hecatompylon: nimirum priuſquam in Hyrcaniam penetraret, ut Freinshem. optime animadvertit. WESS.

ead. l. 11. Περί τινα πέτραν μαστοειδῆ) Πετρώδη μαστὸν, ut Lib. III, 45, ubi not. vide. Ceterum Curtius, qui ingenium huius fluminis Diodori verbis uberius explanat, id *Zioberim*, non ſine ſcribarum peccato, vocat Lib. VI, 4, 4. WESS.

Pag. 405. *l.* 3. Ἣν Ὑρκανίαν τινὲς ὀνομάζουσιν) Κασπία καλεῖται θάλασσα, οἱ δ' Ὑρκανίαν προσαγορεύουσιν Strabo L.

II, pag. 182 C. *Mare Caſpium dulcius ceteris, ingentis magnitudinis ſerpentes alit: piſces longe diverſi ab aliis coloris: quidam Caſpium, quidam Hyrcanum appellant*, ita Curtius Lib. VI, 4, 18, cui non admodum diſſimilia Plut. Alex. p. 690 C. Noſtrae ſuperiorisque aetatis peregrinatores Caſpii maris aquam ob incurſum tot amnium prope litora dulcem, ab illis remotam longius, amaram ac ſale multo infectam repererunt, ſerpentes autem nullos, quos & accolae ignorabant, referente Ad. Oleario Itiner. ſui pag. 339. Wess.

ead. l. 9. Τῶν μὲν γὰρ ἀμπέλων φασὶν ἑκάστην &c.) Eadem Strabo L. XI, p. 776, de ficu tamen ἡ συκῆ μεδίμνους (φέρει) ἑξήκοντα· quem medimnorum numerum vitioſum ne putes, iteratum & L. II, p. 124 D. videbis. Indene vero haec diſcrepantia, quod Noſter aridas ficus, ille quales ex arbore decerpuntur, innuat? quod quidem ſuſpicari liceret, niſi differentia nimia eſſet. Wess.

ead. l. ult. Ἀπὸ δὲ τῶν φύλλων ἀπολεῖβον μέλι) Iterum Strabo, ἐν δὲ τοῖς δένδρεσι σμηνουργεῖται, καὶ τῶν φύλλων ἀποῤῥεῖ μέλι. Clarius ad Diodori mentem Curtius L. VI, 4, 22: *frequens arbor faciem quercus habet, cuius folia multo melle tinguntur: ſed niſi ſolis ortum incolae occupaverint, vel modico tepore ſuccus exſtinguitur.* Quae poſtrema clariſſimum in modum patefaciunt, mel illud a *manna* nihil admodum diſcrepaſſe: namque & ea vel modico ſolis tepore exſtinguebatur, Moſe Exod. XVI, 21, teſte. Graeci ἀερόμελι vocant, quod quomodo ex arborum in oriente foliis ſoleret colligi & in maſſam condenſari, ut aliorſum poſſet deferri, docetur illuſtri Amyntae ἐν τῷ πρώτῳ τῆς τῶν Ἀσίας σταθμῶν loco apud Athen. L. XI, p. 500 C. Ait εἰς παλάθης Συριακῆς τρόπον ab indigenis fingi, monſtratque adeo, quae ſint τοῦ ὕοντος μέλιτος παλάθαι τετράγωνοι, quarum in coenae Perſarum regis apparatu commenit Polyaen. Strat. IV, 3, 32. Refer & huc, quae ab Iſ. Voſſio diſputata ad Melae Pomponii L. III, 7, fuerunt. Wess.

Pag. 406. *l.* 2. Ὃ καλεῖται μὲν Ἀνθρηδὼν) Sic recte. Heſychius, Ἀνθρηδὼν, ἡ τερθρηδὼν, ſive potius τενθρηδών. Idem, Τενθρηδὼν, ζῶον τῶν ἐντόμων καὶ κεντροφόρων, παραπλήσιον σφηκί· quorum inſectorum ingenium atque habitum exponit Philoſophus de Animal. Hiſtor. Lib. IX, 43, diligenter. Meminiſſe & Aelian. L. XV Hiſt. An. c. 1, puto, cum de muſcarum prope Theſſalonicen & Beroeam indole, ἐοίκασιν οὖν τὸ μὲν θράσος μυίᾳ· τὸ δὲ μέγεθος εἴποις ἂν ΑΝΘΡΗΔΟΝΑ,

σφηκὸς δὲ τὴν χρόαν ἀπεμάξατο. βομβεῖ δὲ ὡς αἱ μέλιτται. Sic enim ΑΝΘΗΔΟΝΑ corrigo, etſi non ignorem Etymologi Ἀνθηδόνας, τὰς μελίσσας. Ab illis enim Aelianus ſuam ἀνθηδόνα diſtinguit apertiſſime. Sed quoquo modo ſeſe illud habet, non dubito, quin Diodorus aemulatus hic ſit Clitarchum, mollita tamen audaciore, qua uſus is fuerat, figura. Ridet hominem Demetrius περὶ Ἑρμ. c. 130, quod de apis ſeu potius crabronis genere cum ſermo eſſet, locutus ſit tanquam de bove fero vel apro Erymanthio: καθάπερ ὁ Κλείταρχος περὶ τῆς ΤΕΝΘΡΗΔΟΝΟΣ λέγων, ζώου μελίσσῃ ἐοικότος, κατανέμεται μέν φησι τὴν ὀρεινήν· εἰσίπταται δὲ εἰς τὰς κοίλας δρῦς. Vides eadem paene verba, haud dubie ex eius libris τῶν περὶ τὸν Ἀλέξανδρον, ab Athenaeo auctoreque ipſo L. II, 7, citatis, deprompta. Quod quidem Tzetzae ſi cognitum exploratumque fuiſſet, quanto ille nobis plura oggeſſiſſet Chiliad. VII, v. 51, Clitarchi inſolentiorem dictionem perſtringens? Wess.

ead. l. 14. Ὄντες περὶ χιλίους καὶ πεντακοσίους) Conf. vir. doctos in Curtii L. VI, 5, 9. Wess.

Pag. 407. *l.* 3. Εἰς τὴν χώραν τῶν — Μάρδων) Gens erat λῃστρικὴ, cui Perſarum reges annuam penſionem, ut ab excurſionibus interquieſcerent, dare aſſueverant. Promiſcue Ἄμαρδοι & Μάρδοι dicebantur, Strabone L. XI, pag. 795, teſte. Wess.

ead. l. 8. Ἐπιμένων αὐτοῖς) Repara ἐπιβαίνων. Rhod. Etſi proxime a vulgato deflectat Rhodomani ἐπιβαίνων, praeferrem, ſi mei res eſſet arbitrii, ἐπιβαλὼν, ut huius lib. cap. 87, ἔκρινε πρὸ τῆς τούτου παρουσίας ἐπιβαλεῖν τῷ Πώρῳ· & cap. 88, ἐπιβαλὼν τοῖς πολεμίοις, πολὺν φόνον ἐποίει· ſaepeque alias. Blancardus, cum haec exſcripſiſſet ad Arriani ſui Lib. III, p. 218, *Interpres*, inquit, *pro* ἐπιμένων *legit* ἐπιβαίνων. *Sed ſatis fuit dixiſſe* συνάψας μάχην, *quae ſunt in ſequentibus.* Quid porro? Servandumne ergo ἐπιμένων, ut legitimum? Hoc docere debuerat. Wess.

ead. l. 15. Ὑπὸ Δημαράτου τοῦ Κορινθίου) Aliter Plut. Alex. p. 667 C. a Polynico Theſſalo venalem Philippo propoſitum ſignificans, quem vide & ceteros, quos de Bucephalo teſtes excitavit ad Curt. L. VI, 5, 19, ingenti numero Freinshemius. Wess.

Pag. 409. *l.* 1. Ὄνομα μὲν Θάληστρις) Solens Clitarchum ſequitur. Ego vero mallem, Thaleſtrim & Amazonas abeſſe hinc iuſſiſſet. Sunt enim illepidum Macedonum quorundam,

omnia ad regis ſui gloriam referentium, commentum, ſicuti dudum viri prudentes, Strabo Geograph. L. XI, pag. 771, Plutarchus Alex. p. 691 B. & Arrian. Ἀναβ. L. VII, 13, pag. 291, agnoverunt. Wess.

Pag. 410. *l.* 1. Καὶ συμπεριενεχθεὶς ἡμέρας τρεισκαίδεκα) *XIII dies in obſequium deſiderii eius abſumti ſunt*, bene Curtius. Confer not. in L. III, 64. Wess.

ead. l. 7. Εἶχε ῥαβδούχους Ἀσιαγενεῖς) *Aſiaticos* interpres, idque veriſſime. Firmat uſum Agatharchides de Ageſilao, ὁρῶν τοὺς Ἀσιαγενεῖς μὲν στολαῖς πολυτελῶς ἠσκημμένους, apud Athen. L. XII, pag. 550 E. & L. Scipio *Aſiagenes* apud Livium & Sidon. Apollinarem. Vide infr. ad Excerpt. Valeſ. p. 381. Wess.

ead. l. 9. Τό, τε Περσικὸν διάδημα περιέθετο) Utitur his Begerus Theſ. Brandenb. T. I, p. 230, ſimilibuſque Curtii, *itaque purpureum diadema diſtinctum albo, quale Darius habuerat, capiti circumdedit*, ut teneat, Alexandri Perſicum diadema a Macedonico fuiſſe diverſum, Macedonumque reges diu ante Alexandrum diademata habuiſſe capita. Prudentior multo Ezech. Spanhemius, quem Diſſ. de Num. Praeſt. VIII, p. 466, vide. Mox τὴν Περσικὴν ζώνην fortaſſe reperientur qui στολὴν, quod gentis uſu ſit nobilitata, praeoptabunt. Ego vero veto: nam & Plutarchus τὴν Περσικὴν ζώνην καὶ διάλευκον χιτῶνα coniunxit. Wess.

ead. l. 12. Πλὴν τῶν ἀναξυρίδων καὶ τοῦ κάνδυος) Οὐδὲ ἀναξυρίδας, οὐδὲ τιάραν, οὐδὲ κάνδυν ἔλαβεν Plut. Alex. p. 690 E. & de Alex. Fort. p. 330 A. Et tamen Philippus in Luciani Dial. Mort. XIV, 4, filio exprobrat, κάνδυν μετενέδυς καὶ τιάραν ὀρθὴν ἐπέθου, aſperius profecto, niſi ſi progreſſus ad has Perſicae veſtis partes deinceps ſit. Ceterum gloſſae, quae Reg. 2. occupavit, non admodum diſſimilis in his Dionis Chryſoſt. Or. Corinth. p. 467 B. Ἕλλην δ' ἀνὴρ παρεῖχε τύπτειν τὸ σῶμα ὡς κάνδυν, ὡς ἱμάτιον· ſunt enim duo poſtrema ſupervacanea atque explicationis cauſa a Grammatico intruſa. De *candy*, purpureo regum Perſarum amiculo, nihil addo. Confer Spanhem. Diſſ. VIII de Num. p. 455. Statim περιπορφύρους, ut in Plut. de Alex. Fort. p. 330 A. praetuli. Tu ſi ſecus cenſeas, in altero, cui patronus non deerit Pollux L. X, 42, acquieſce. Wess.

ead. l. 14. Τὰς παλλακίδας — τὸν μὲν ἀριθμὸν οὖσας &c.) Adi Curtium III, 3, 24, & VI, 6, 8, & Briſſon. de Reg. Perſ. I, pag. 162. Wess.

Pag. 411. *l.* 12. Ἀνῃρηκέναι μὲν τοὺς κατειλεγμένους ὑπ' αὐτοῦ &c.) Obſcura haec ſunt. A quo enim delecti hi milites? Darione? Id vero falſum. Alexander Satibarzanem Ariis praepoſuit, Macedonibus aliquot relictis, quorum opera ſatrapiam tueretur, quos ille perfide contrucidavit. Haec paene faciunt, ut ſcriptum fuiſſe putem καταλελειμμένους ὑπ' αὐτοῦ, quorſum Vat. & Reg. 1. trahi poſſent. Sed nolo confidentia uti. Conſtat ſententia ex Arriani Lib. III, 25. Wess.

ead. l. ult. Εἰς Χορτάκανα) Arrianus εἰς Ἀρτακόανα πόλιν *Artacacnam*, ſed variante ſcriptura, Curtius: Ἀρτακάναν Strabo, quamquam ſchedae veteres Ἀρτακάκναν, Lib. XI, p. 785. Quae quidem diſcordia in barbaris vocibus haud ſolet eſſe inſueta. Referunt ad *Chortacana* viri docti Plut. verba de Roxane καλὴν καὶ ὡραίαν ἐν χορτάνου παρὰ πότον ὀφθεῖσαν, ſic enim ſcripti Codd. oſtentant in Alex. pag. 691 E. at male, ut inferius declarabitur ad L. XVIII, 3. Wess.

Pag. 412. *l.* 7. Εἰς ὄρος τὸ καλούμενον * ἔχον &c.) Montis nomen in omnium excerptis, quibus mihi utendi facultas, deſit, neque divinare poſſum, quo ille titulo fuerit. N. quidem Blancardus ad Arrian. L. III, p. 222, *Paropaniſi* nomen excidiſſe opinatur, coniectura admodum ambigua. Wess.

ead. l. 11. Εἰς τινα πέτραν) De ea Curt. VI, 6, 23. Wess.

ead. l. ult. Καὶ διανύσας εἰς τὰ βασιλ. τῆς Δραγγινῆς) Conſentit una cum Strabone L. XV, pag. 1054 D. Curtius Lib. VI, 6, 35. In Arriano τῶν Ζαραγγαίων βασίλεια ex diverſa vocabuli pronuntiatione L. III, 25. Conf. Iac. Gronov. ibid. cap. 28, pag. 144. Wess.

Pag. 413. *l.* 4. Δίμνος) Vide Plut. Alex. p. 692, Curt. L. VI, 7, ubi male & contra ſcriptos libros *Dymnus*. Wess.

Pag. 414. *l.* 9. Τὸν μὲν Φιλώταν παρέπεμψε) *Tranſmittebat*, ut ſubinde apud Suetonium. Vid. not. in L. XIII, 52. Wess.

ead. l. 12. Ὁ δὲ τὸν — εἰς τὴν ὁπλοθήκην εἰσαγαγὼν) *Metron erat ei nomen, ſuper armamentarium poſito*, quare & Cebalinum in armamentario abſcondit, apud Curtium dict. loco ſect. 23. Wess.

Pag. 415. *l.* 6. Τὴν κρίσιν ὑπὲρ τούτου — ἐπέτρεψε) Hoc iuſtum eſſe, ex Curtio cognoſcitur L. VI, 8, 24, & 9, 33. Wess.

ead. l. 14. Κατὰ τὸ τῶν Μακεδόνων ἔθος — ἐθανατώθη) Putes agi de Macedonum lege, qua cautum erat, ut propinqui eorum, qui regi inſidiati erant, cum ipſis necarentur, obi-

ter indicata a Philone Iud. de Leg. Special. p. 802 D. plenius a Curtio VI, 11, 20. Sed non ita eſt: innuit eum morem, quo, dato ſigno, ſaxis obruebantur a Macedonibus apud Curt. ibid. ſect. 39. WESS.

Pag. 416. *l.* 2. Διὰ τὴν πρὸς Ἀντίγονον οἰκειότητα &c.) Nuſquam de Alexandri Lynceſtae & Antigoni neceſſitudine memoratur, contra ea ſaepe de Antipatri, cuius Alexander ille gener erat, apud Iuſtin. L. XII, 14, & Curt. VII, 1, 7. Quare διὰ τὴν πρὸς Ἀντίπατρον οἰκειότητα refingit Freinshemius ad eum Curtii locum, coniectura eleganti, ſed dubia. Agitur hic de familiaritate, quae Alexandrum inter & Antigonum interceſſerit, quaeque iuſtam regis iram morata fuerit: de Antipatri & Alexandri Lynceſtae affinitate nihil. Sequar tamen, ubi Codd. addixerint. WESS.

ead. l. 6. Ἐπὶ δρομάδων καμήλων) Conf. L. XIX, 37. WESS.

ead. l. ult. Καὶ προσηγόρευσεν ἀτάκτων τάγμα) Fortaſſe quod ſeorſum cohortem hanc a ceteris tendere ignominiae cauſa rex iuſſerit, ut Curt. VII, 2, 37, prodidit, quodque ἀτακτεῖν, ſicut L. XVIII, 17, loquitur auctor, fuiſſent ſoliti. WESS.

Pag. 417. *l.* 6. Ἐπὶ τοὺς — Ἀριμασποὺς) Sic Strabo XV, p. 1055 A. & Stephanus in Εὐεργέται. Apud Curtium Lib. VII, 3, 1, *in Agriaſpas*, quamquam quidam libri *in Armaſpos*: unde *Arimaſpos* non iniuria feceris. In Arriano III, 27, ἐς Ἀγριάσπας aut Ἀριάσπας, pro quo Ἀριμάσπας, utroque enim modo dicebantur, reſtituendos eſſe, non dubium eſt L. Holſtenio ad Stephanum. WESS.

Pag. 418. *l.* 4. Τῶν ὁμόρων τῶν — Κεδρωσίων) Ita gentem ſolet auctor & regionem Κεδρωσίαν appellare. Vid. inf. cap. 104, & Lib. XVIII, 3, nec diſſenſit Alexander Polyhiſtor apud Stephan. quod is fruſtra mendum fuiſſe exemplaris ſuſpicatur in Γεδρωσία. Ceteri fere Γεδρωσίαν & Γεδρωσίους vocant, uti Strabo, qui Drangis finitimos perhibet, Lib. XV, p. 1054, & Aelian. de Animal. L. XVII, 6. Iunge H. Valeſ. ad Ammian. L. XXIII, 6, p. 400. WESS.

ead. l. 13. Ἐριγύιον καὶ Στασάνορα) Huius loco Erigyio Caranum & alios adiungunt Curt. VII, 3, 2, & Arrianus III, 28. WESS.

Pag. 419. *l.* 3. Πρὸς ταῖς ἑκατὸν δέκα) Deeſt eius nomen, qui ſtadio hac Olympiade victor fuerat renuntiatus, quod ex Euſebii Chronico ita reſtitue, καθ' ἣν στάδιον ἐνίκα Κλίτων ὁ Μακεδών. WESS.

ead. l. 5. Παροπαμισάδας) Ut montem Παροπάνισον veterum plures scripserunt, ita accolas Παροπανισάδας, Ptolemaeus, Ammianus Marcellinus, Marcianus Heracleotes, atque alii. Hinc illa in membranis discordia & mox c. 83. Vide Theoph. Sigefr. Bayerum Hist. Regn. Bactr. p. 10, montis etiam nomen ex Indorum sermone explicantem. WESS.

ead. l. 6. Χιονοβολεῖται δὲ πᾶσα &c.) Non dissimilia Strabo L. XV, p. 1055, & Plut. de Alex. Fort. p. 340 E. & Curtius inprimis Lib. VII, 3. Quin haec in tempora Indi quendam Paropamisi verticem suo sermone, Bayero dict. loco teste, *montem hominum perniciem* appellant, quia nivibus oppletus, saepenumero iter facientes praecipiti earum mole opprimit. Male ergo Philostratus de Vit. Apoll. L. II, 18, nivem omnem a Paropamiso, sive, ut vocare maluit, Caucaso, longissime amolitur: nec melius instituit Io. Clericus, in Curtio ob has nives taxando asperior, cuius criminationes si diligentissime retusas desideres, consule Iac. Perizonium ad Aelian. Var. Hist. L. XII, 37, & in Curt. Vind. p. 120 seqq. WESS.

ead. l. 10. Ἐκ πλίνθων — ἐχούσας καμάραν) Mecum ita si interpunxeris, nulla innovatione opus erit. Curtius, Nostrum aemulatus, *tuguria*, inquit, *latere primo struunt, & quia fertilis est terra materiae, in nudo etiam montis dorso usque ad summum aedificiorum fastigium eodem laterculo utuntur. Ceterum structura latior ab imo, paullatim incremento operis in artius cogitur, ad ultimum in carinae maxime modum coit: ibi foramine relicto superne lumen accipiunt ad medium.* Quae cultissima tuguriorum descriptio nihil admodum discrepat ab aedificiis, in quae Samogethae Tartarique cum maxime sese abdunt, cum cura delineatis a Matth. Michovio Sarmat. L. II, 2, & Corn. de Bruin Itin. Part. II, p. 90. WESS.

Pag. 421. *l.* 2. Ἐλάμβανον οἱ Μακεδόνες) *Coniiciebant atque arbitrabantur*, quemadmodum οὕτως ἔλαβον pro ἐνόησαν, explicantibus Criticis, in Thucydide L. III, 20, & supra Lib. XIII, 14. Quod succedit ἐφιστάμενοι, vereor ut viri docti versionem admittat. Semperne ergo foco adstabant? Cras fortasse mihi persuaderi patiar: nunc quidem certe ἐπιστάμενοι maluero, ut Macedones, ex fumo, ut arbitrati fuerant, ubi Paropamisadae degant, cognoscentes spectet. Ceterum haec Curtiana contendere operae fuerit pretium L. VII, 3, 12, 15: *obscura coeli verius umbra, quam lux, nocti similis premit terram, vix ut quae prope sunt, conspici possint.* Tum, *sed tanta caligo erat, ut aedificia nulla alia res quam fumus osten-*

deret. Quae ex male intellectis his Diodoreis quin ſint progenita, vix quidquam addubito. Nihil hic de Cimmeriis tenebris. Id dumtaxat ſignificatur, ex continuo per nivem itinere oculorum aciem hebere coepiſſe, nec proſpici adeo longius remota potuiſſe accurate. At Curtius verba σαφὲς δ' οὐδὲν ἐκ διαστήματος ἦν ἰδεῖν &c. in eam accepit ſententiam, quaſi tenebras obſcuramque coeli umbram deſcriberent, errore manifeſto. WESS.

ead. l. 11. Ἣν ὠνόμασεν Ἀλεξάνδρειαν) Ea eſt, quam XVII huius nominis ἐν Σογδιανῇ παρὰ Παροπανισάδαις Stephanus, etſi non ſine errore, indicato a L. Holſtenio, collocat. Vid. Arrian. L. III, 28, & IV, 22. WESS.

ead. l. 12. Κατὰ δὲ μέσον τὸν Καύκασόν ἐστι πέτρα) Caucaſus hic merum κόμπασμα aſſentatorum eſt Macedonum, ſpretum iure optimo a Strabone L. XI, p. 771, & L. XV, p. 1009, ceteriſque, a Stanleio ad Argum. Promethei Aeſchylei conductis. Fieri quidem potuit, ut voce Indorum *Khoo* vel *Khau*, montem indicante, quae Bayeri de Reg. Bactrian. p. 8 ſuſpicio, in errorem induerentur, auxit tamen eum militum ſcriptorumque vanitas, ne qua parte Alexander Herculi, gentis ſuae principi, concederet. De antro, in quo Promethei peracta fabula, praeter Strabon. dict. loc. Lucianus Prometh. c. 4, cum T. Hemſterhuſii nota. WESS.

ead. l. ult. Καὶ ἄλλας πόλεις ἔκτισεν &c.) Non de nihilo videtur Reg. 1. καὶ ἄλλην πόλιν — ἀπέχουσαν. Quis enim crediderit, in tam brevi locorum intercapedine regem plures exſtruxiſſe urbes? Nec obeſt εἰς αὐτὰς, quod continuo conſequitur, quippe & hanc & Alexandriam complectens. Curtius certe ad Alexandriam retulit L. VII, 3, 23: *condendae in radicibus montis urbi ſedes electa. VII millibus ſervorum, & Macedonum praeterea militibus, quorum opera uti deſiſſet, permiſſum in novam urbem conſidere.* Sic ea lege, ut ex parte quadam vidit Freinshemius, cui quidem Schefferus obloqui recuſaſſet, ſi haec Diodori, unde ſua Curtius, in numerato habuiſſet. *Servos* appellat Curtius, qui hic βάρβαροι, *milites, quorum opera uti deſiſſet,* τοὺς ἐκτὸς τάξεων συνακολουθοῦντας. Nihil clarius. WESS.

Pag. 422. *l.* 10. Ἄνδρα στρατηγικὸν) Saepenumero Diodorus στρατηγίαν viris, uſu militiae probatis, attribuit: unde στρατηγίᾳ καὶ &c. ex membranis reſtitui poſſet, ſi quae neceſſitas illi fuiſſet impoſita, ut eodem ſemper modo loqueretur. WESS.

Pag. 423. *l.* 9. Ὄνομα Βαγωδάραν) *Cobares, natione Medus,* in Curt. L. VII, 4, 8, quem vide. WESS.

Pag. 424. *l.* 4. Οἱ δὲ πᾶσαν ὕβριν καὶ αἰκίαν &c.) Diſſentiunt in ſupplicii, quod Beſſo irrogatum, genere Arrian. L. IV, 7, & Curtius L. VII, 5, 40. WESS.

ead. l. 6. Διεσφενδόνησαν * * *) Hic vaſta eſt lacuna, quae incipit ſtatim a διεσφενδόνησαν. Maſſacorum autem hic reginam intelligi ut exiſtimem, Index Graecus capitum poſterior, qui huic libro praemiſſus, facit. Beſſi equidem uxorem, ut Coſpus Bononienſis ἐπεξηγεῖται, hoc titulo dignam minime iudicatam eſſe, facile confirmaverim. Sedecim autem Indicis capita oſtendunt, enormem hic multarum narrationum iacturam eſſe factam. Nam quae de tranſitu Alexandri per regionem ſiticuloſam, Scythis, ac Sogdianorum itemque Bactrianorum defectione, de venatione in Baſiſtis, de impietate in Bacchum, de Cliti & Calliſthenis interitu, de bello cum Nautacis, de nuptiis cum Roxane, de Nyſia & expugnatione urbis Maſſacorum κεφαλαιωδῶς ibi annotantur, in exemplari noſtro, praeter fragmentum de mercenariis Maſſacenis, omnia deſiderantur. Ex Arriani tamen L. IV, & Curtii VII & VIII, defectus hic ſuppleri poterit. RHOD. Hiatus, qui in hac pagina conſpicitur, continebat unius anni geſta Hegemone Archonte, quae recenſet Arrianus in Alexandri geſtis L. IV. PALM. Haec, & quae mox conſpicitur, lacuna ingens eſt, ſed illa tamen paucorum verborum, ut ex rerum ſerie conficitur. Inquiſivi per amicos diligenter in Italia, Gallia, & Germania, ecqua ex membranis expleri poſſet, at fruſtra. Quare carendum illis perpetuo fuerit, niſi aliunde integriores Codd. quam qui in meam venerunt notitiam, felici quodam caſu eruantur. WESS.

ead. l. 7. Ἡ μὲν βασίλισσα &c.) Coſpus reginam hanc Beſſi fecit uxorem, non animadverſo, qui locum hunc a ſuperioribus diſtraxit, hiatu. Intelligitur regina Cleophis, de qua Curtius L. VIII, 10, 34, & Iuſtinus L. XII, 7. Mox deſiderantur Cleophidis & Alexandri amores, natuſque inde filius, quem Alexandrum appellavit: tum quoque conditiones, quibus aere conducti a regina milites abeundi facultem impetraverant. WESS.

ead. l. 12. Καὶ σταδίους ὀγδοήκοντα) Sic fide ſchedarum veterum reſtitui. Octingenta ſtadia nimia erant. Ex urbe enim egreſſi vicino in colle caſtra ſunt metati, docente Ar-

riano, fed perfidiam Alexandri diffimulante, L. IV, 27, p. 190. Melius Plut. Alex. p. 698 C. & Polyaen. Strat. L. IV, 3, 20. WESS.

Pag. 426. *l.* 6. Τοῖς πνεύμασιν) Forte πνεύμοσιν, vel σώμασιν, quod praetulerim. RHOD. Τοῖς πνεύμοσιν) Accipio libens, quod Venetus liber obtulit, alioqui σώμασιν, quod fede fua a πνεύμασιν faepe everfum oftendit Coteler T. II Mon. Graec. p. 609, ex Rhodom. coniectura praeftitiffet. Poëta Aen. IX, 701, *& fixo ferrum in pulmone tepefcit;* & X, 387, *atque enfem tumido in pulmone recondit.* Quem quidem locum & haec Diodori cum exfcripfiffet N. Blancardus ad Arriani fui L. IV, p. 303, „fervo tamen, inquit, cum libris τοῖς πνεύμασιν, & interpretor locum, *eorum praecordia & vitalia ferri acie transfigebant.* Idem Maro, —— — — *abditaque intus Spiramenta animae letali vulnere rumpit.* Vides abfque mutatione parilem fenfum exire.„ Video equidem & miror. Quis enim Graecorum τὰς ἀκμὰς τοῦ σιδήρου τοῖς πνεύμασιν ἐνερείδειν dixit? Fontem, unde areolas fuas rigavit, fi qua veftiges, reperies in Stephani Thef. T. III. p. 406. WESS.

Pag. 427. *l.* 5. Τοὺς ἱππεῖς συνεπέστησε) Interpretis *equitibus conceffit* non laudo. Vult Diodorus, praeter alios abducendae huic multitudini impofitos fuiffe equites. Haec enim voci poteftas. WESS.

ead. l. 8. Τὴν Ἄορνον καλουμένην) Sic & huius lib. c. 96; fi tamen Ἄορνιν malueris, utere Luciano D. Mort. XIV, 6, & quae ibi viri docti. WESS.

ead. l. 10. Τὸν παλαιὸν Ἡρακλέα) Mallem τὸ παλαιὸν adverbialiter, pro *antiquitus.* STEPH. Non equidem intercedo. Vide adfcripta L. I, 92. Praeclare vero Strabo L. XV, pag. 1008: Ἄορνον δέ τινα πέτραν, ἧς τὰς ῥίζας ὁ Ἰνδὸς ὑποῤῥεῖ πλησίον τῶν πηγῶν, Ἀλεξάνδρου κατὰ μίαν προσβολὴν ἑλόντος, σεμνύοντες (affentatores Macedones) ἔφασαν τὸν Ἡρακλέα τρὶς μὲν προσβαλεῖν τῇ πέτρᾳ ταύτῃ, τρὶς δ' ἀποκρουσθῆναι. Adiunge Curt. VIII, 11, & Philoftrat. Vit. Apollon. L. II, 10, qui xv ftadiorum altitudinem rupi tribuit, & fabulas folito fibi more auget. WESS.

Pag. 429. *l.* 6. Συνεχῶς ἐπὶ ἡμέρας ἑπτὰ &c.) Eadem Curtius in petrae huius oppugnatione defcribenda copiofus, L. VIII, 11, 9, a quo Noftroque in plerifque abit Arrian. IV, 29 & feqq. WESS.

Pag. 430. *l.* 4. Τοῖς κενοῖς τοῦ πολέμου) Pofui κενοῖς τοῦ πολέμου, non καινοῖς, ut habet vulgata editio. Cicero ad

Att. lib. V, 20 : *Interim* (*ſcis enim quaedam πανικὰ dici, item τὰ κενὰ τοῦ πολέμου*) *rumore adventus noſtri & Caſſio, qui Antiochia tenebatur, animus acceſſit, & Parthis timor iniectus eſt.* Ipſe item Diodorus infra (XX, 30,) ὥστ' ἀληθὲς εἶναι τὸ λεγόμενον, ὅτι πολλὰ τὰ κενὰ τοῦ πολέμου. Itidem Polybius, οὕτως ἀληθές ἐστι τὸ περιφερόμενον, ὅτι πολλὰ κενὰ τοῦ πολέμου. Rurſum Diodorus infra (XX, 68,) αἱ μὲν οὖν δυνάμεις ἀμφοτέραι τὸν εἰρημένον τρόπον ἠτύχησαν, ἐξαπατηθεῖσαι, κατὰ τὴν παροιμίαν, τοῖς κενοῖς τοῦ πολέμου. STEPH. Stephani ſententiam vetuſti libri affirmant. Differentia librariis accepta referenda eſt, qui & in Thucydide L. III, 30, τὸ καινὸν τοῦ πολέμου, Scholiaſte tum hoc, tum τὸ κενὸν, quod prorſus opportunum, explicante, ut pulchre monet vir doctus Miſcellan. Obſerv. Vol. III, pag. 302, & in Suida πολλὰ καινὰ τοῦ πολέμου, fragmentoque Polybii, de quo H. Stephanus, dederunt. Rectum eſt in Noſtri Ecloga 2 lib. XXI, & Diogeniano Proverb. VII, 80. WESS.

ead. l. 8. Ἀφρίκης τις Ἰνδὸς) *Erycem* appellat Curtius VIII, 12, 2, in ſequentibus Noſtri verba Latine exprimens. WESS.

Pag. 431. *l.* 5. Μῶφις) Permutatis duabus prioribus literis *Omphis* eſt Curtio, eadem de adſcito Taxilae nomine regioque inſigni, Alexandri permiſſu, proferenti dict. loc. ſect. 14. Adde Strabon. L. XV, p. 1022. WESS.

ead. l. 15. Ἀπαρασκεύως) Lego ἀπαρασκεύοις, non ἀπαρασκεύως. STEPH.

Pag. 432. *l.* 11. Αὖλον Ποστούμιον) Pro hoc Livius edit Πόπλιον Πλαύτιον, Faſtique adſtipulantur. RHOD. Videtur aliis ex Faſtis *A. Poſtumius* transſumtus. Conf. Livium Lib. VIII, 22, & Pigh. Ann. ad ann. CDXXV, p. 337. WESS.

ead. l. 13. Προσαναλαβὼν τὴν δύναμιν) Legi etiam poteſt προαναλαβὼν, ſed mutata ſignificatione. RHOD. Nihil mutatione opus eſſe, antea dixi. Auctor huius lib. c. 110, ἐνταῦθα δὲ μείνας ἡμέρας ἑπτὰ καὶ προσαναλαβὼν τὴν δύναμιν· ſaepeque alias. WESS.

ead. l. 15. Πεζοὺς μὲν πλείους τῶν πεντακισμυρίων &c.) In Pori exercitu deſcribendo, finiendoque peditum, curruum & elephantorum numero, diſcordia eſt. Vid. Curt. VIII, 13, 7, & Arrian. L. V, 15. WESS.

Pag. 433. *l.* 2. Ὃς ὠνομάζετο Ἐμβίσαρος) Mox c. 90 eius in nomine mire variatur, ſicuti & Strabonis, Curtii, Aeliani, aliorumque in libris. Conf. Rader. & Freinshem. in Curt. VIII, 13, 1. Ἀμβίσαρος Arriani L. V, 8, quamquam

neque is ſibi conſtat, ſola pronuntiatione ab *Embiſaro* diſcrepat. Wess.

ead. l. 14. Ἡ μὲν οὖν ὅλη σύνταξις αὐτῶν &c.) Polyaenus, ὥστ' ἦν τὸ σχῆμα τείχει μεγάλῳ παραπλήσιον· οἱ μὲν ἐλέφαντες ἐοικότες πύργοις· οἱ δὲ πεζοὶ μεσοπυργίοις, L. IV, 3, 22. Quae ſimili ex fonte, unde auctor aquatum iit, eſſe hauſta apparet. Recte ergo *belluas offerentes moenium ſpeciem* apud Curt. IX, 2, 15, his Diodoreis tuetur Cellarius. Wess.

Pag. 434. *l.* 3. Γενομένης δὲ μάχης, τὸ μὲν πρῶτον &c.) Comma poſt μάχης reducendum eſſe, locandumque poſt ἱππεῦσιν, bene monuit Rhodomanus, cui hac in re nolle obſequi inconſultum eſt. Wess.

ead. l. 8. Οἱ δὲ, ταῖς προνομαίαις περιλαμβανόμενοι) Hoc retineo, tametſi προνομαῖς minime pravum. Philo Iud. de Mund. non Corrump. p. 991 A. καὶ τῇ προνομαίᾳ τὴν πλευρὰν τύπτοντες. Philoſtratus de Apollon. Vit. II, 12, καὶ αὐτὸ τὸ θηρίον χεῖρα τὴν προνομαίαν ἡγεῖται. Unde Latinis elephanti proboſcis *manus* ſaepenumero. Curtius L. VIII, 14, 27: *praecipue terribilis illa facies erat, cum* MANU *arma viroſque corriperent, & ſuper ſe regentibus traderent.* De iiſdem Lucian. Zeuxid. cap. 10, καὶ συναναῤῥιπτοῦντες ἐς ὕψος ταῖς προνομαίαις· quem vide quoque in Muſc. Encom. c. 3. Wess.

Pag. 435. *l.* 10. Τὸ γὰρ μῆκος ἦν πηχῶν πέντε) Abunde illuſtravit Freinshem. in Curt. L. VIII, 14, 13. Wess.

Pag. 436. *l.* 8. Καὶ περικλασθεὶς περὶ τὸ θηρίον) Quis controverſiam his moviſſet, niſi veteres membranae anſam praeberent? Θωράκιον, quod oſtentant, non plane incongruum eſt. Machina erat, belluae tergo impoſita, unde in hoſtes abs bellatoribus ſpicula torquebantur. Ne temere dixiſſe videar, en Aeliani verba ex L. XIII de Animal. c. 9: ὁ δὲ στρατιώτης ἐλέφας ἐπὶ τοῦ καλουμένου ΘΩΡΑΚΙΟΥ, ἢ καὶ νὴ Δία τοῦ νώτου γυμνοῦ καὶ ἐλευθέρου (φέρει) πολεμιστὰς μὲν τρεῖς &c. & Auctoris Hiſtor. Maccab. qui θώρακα vocat, ἐν τῶν θηρίων τεθωρακισμένον θώρακι βασιλικῷ L. I, c. 6, 43. Itaque id ſi reliquit auctor, indicabitur, Porum infracto & vulneribus lacero corpore ex ea machina in terram verſum corruiſſe. Nihil tamen decerno, quod & vulgatum tueri ſe poſſit. Alia de Poro Curt. L. VIII, 14, 35, & Arrian. Ἀναβ. Lib. V, 18, e quo & hoc diſcimus, ſuperiore anno proelium hoc fuiſſe adminiſtratum, ſed eius fine. Quae quidem cauſa, cur Chremetis Archontis magiſtratui Diodorus ſuo more id contribuat. Wess.

Pag. 437. *l.* 15. Τὴν μὲν πέραν τοῦ ποταμοῦ) De urbibus hisce distinctius c. 95. Wess.

Pag. 438. *l.* 9. Ὄντας ἑκκαιδεκαπήχεις) Ex Clitarcho sumta sunt, quem testem XVI cubitorum serpentibus excitat Aelian. Hist. Anim. XVII, 2. Mox γένη πολλὰ καὶ τοῖς μεγέθεσι διαλλάττοντα exscriptor Reg. 1. voluisse videtur, sicuti πιθήκων γένη ποικίλα τὴν χρόαν, μεγέθει δὲ μέγιστα Clitarchus apud Aelian. in simiarum hac venatione. Wess.

ead. l. 14. Τῶν δὲ κυνηγῶν οἱ μὲν μέλιτι τοὺς ὀφθαλμοὺς &c.) Demiror, cur melle oculos laverint, cum aqua ei rei & aptior multo & paratior esset? Strabo aquam praetulit L. XV, p. 1023, eadem in historia, ἐν ὄψει θέντες τρυβλίον ὕδωρ ἔχον τοὺς ἑαυτῶν ὀφθαλμοὺς ἀλείφουσιν ἐξ αὐτοῦ. Unde ergo id mel? Paucis expediam. Error videtur aut ipsius scriptoris, aut amanuensium. Clitarchus, unde haec excerpta, μίλτῳ ἀλείφουσιν, *rubrica pingunt*, scripserat, quod, in veteri exemplari corruptius exaratum, *mel* tandem progenuit. Accipe ipsa Clitarchi, sicuti ab Aeliano de Anim. L. XVII, 25, adumbrata sunt, verba: πρὸς τούτοις εἰ θεάσαιτό τινα (simia) ὑποδήματα τοῖς ποσὶ περιτιθέντα, μιμεῖται τὴν ὑπόδεσιν· καὶ ὑπογράφοντα τὼ ὀφθαλμὼ ΜΙΛΤΩι, καὶ τοῦτο δρᾶσαι θέλει. Vides, ovum ovo non esse similius. Iam ut rubricae miniique in pingendis oculis & superciliis usum veteri aevo valuisse, multis ostendam, in re cognita necesse non arbitror. Wess.

Pag. 439. *l.* 3. Ἐπίσπαστρα καθάπτουσι) Aelian. eodem loc. εἶτα καὶ τούτοις ἕρματα ἰσχυρὰ ὑποπλέκουσι, καὶ τοιαῦτά ἐστι. Vertunt *& laqueum subtus validum addunt*, mentem scriptoris assecuti, non verba. Lege mecum καὶ τούτοις ἅμματα ἰσχυρὰ ὑποπλέκουσι. Namque ἕρματα huic loco non conveniunt, aliud indicantia, ut vel eiusdem Lib. XIV, 24, cognoscitur. Quod vero continuo sequitur, ὅταν βούλωνται τὰ ζῶα, id neminem Graeci moris callentem morabitur. Conf. ad L. V, 8. Wess.

ead. l. 13. Τὸ δὲ πάχος μόγις ὑπὸ τεττάρων — περιλαμβ.) Ex Onesicrito μεγέθη δένδρων, ὥστε ΠΕΝΤΕ ἀνθρώποις δυσπερίληπτα εἶναι τὰ στελέχη Strabo L. XV, p. 1017. Wess.

Pag. 440. *l.* 2. Οἱ μὲν γὰρ — ἐξομοιοῦσθαι) Ultimum longissime exterminandum. Rhod. Οἱ μὲν γὰρ — ἐπέφαινον, οἱ δὲ &c.) Recte vir eruditus, cuius opinioni veteres libri auctoritatem conciliant. Sumsit & has ex Clitarcho serpentes Diodorus: sic enim ille, βραχυτέρους μὲν εἶναι — ποικίλους

γε μὴν τὴν χρόαν ὁρᾶσθαι, ὥσπεροῦν φαρμάκοις καταγραφέντας. τοὺς μὲν γὰρ ΧΑΛΚΟΕΙΔΕΙΣ ΤΑΙΝΙΑΣ ἔχειν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἐς τὴν οὐρὰν καθερπούσας, apud Aelian. Hist. Anim. L. XVII, 2. Nam quas ille ταινίας, Noster pari sententia ῥάβδους vocat. De cristis serpentum draconumque S. Bochardus Hierozoic. P. II, L. III. 14, p. 432, & Ez. Spanhem. de Num. Praest. Differt. IV, p. 221. WESS.

ead. l. 5. Καὶ ῥύσις ἱδρῶτος αἱματοειδοῦς κατεῖχε) Aristobulus de iisdem, τοὺς δὲ πληγέντας αἱμοῤῥοεῖν ἐκ παντὸς πόρου μετὰ ἐπωδυνίας· ἔπειτα ἀποθνήσκειν, εἰ μὴ βοηθήσει τις εὐθὺς, in Strabon. L. XV, p. 1033 A. Quae mihi in memoriam redigunt Tullum, ab haemorrhoide admorsum, & per eiusmodi mortis imaginem pereuntem, in Lucani L. IX, 809:

— — Omnia membra
Emisere simul rutilum pro sanguine virus.
Sanguis erant lacrymae: quaecunque foramina novit
Humor, ab his largus manat cruor: ora redundant,
Et patulae nares: sudor rubet: omnia plenis
Membra fluunt venis: totum est pro vulnere corpus.

Adde Dioscorid. Theriac. c. 12. Porro δεινῶς ὑπὸ τῶν δηγμάτων ἀπαλλάττοντες prave mutantur in schedis quibusdam. Conf. ad Lib. III, 21. WESS.

ead. l. 12. Ἀνεψιὸς ὢν — Πώρου) Regem hunc ἀνεψιὸν τοῦ ὑπ' Ἀλεξάνδρου ἁλόντος Strabo XV, p. 1024 A. Πῶρον τὸν ἕτερον τὸν κακὸν Arrian. appellat Ἀναβ. V, 21, ubi N. Blancardus in carpendo Rhodomano ob *nepotem ex fratre* multus est, indignum id esse Romanis auribus, vertendumque fuisse aut *consobrinum*, aut *patruelem*. Bene quidem, si interpreti constitutum fuisset, Ciceronis dictionem ubique aemulari. Tu de *nepotibus ex fratre* vide Casaubon. ad Spartian. Hadr. cap. 2. WESS.

ead. l. 14. Τῶν Γανδαριδῶν ἔθνος) In Plut. Alex. pag. 699 E. prorsus ut Reg. 2. Γανδαριτῶν. Sed vide supra L. II, 37. WESS.

Pag. 441. *l.* 3. Εἰς τὸ τῶν Ἀδρηστῶν) Hoc ex Reg. 1. fideliore scriptura adsciscendum duxi: prope absunt Ἀδραισταὶ Arriani L. V, 22, & Orosii Adrestae sive Adraestae, ut vidit accuratissimus Franc. Fabricius. Statim καλουμένων ex Steph. correctione recipi poterit. WESS.

ead. l. 5. Εἰς τὴν τῶν Καθαίων χώραν) Correxi Καθαρῶν vocabulum ex Arrian. Lib. V, 22, Stephano, e scriptis Codd. adiuto ab Holsten. & Orosio III, 19, ubi Fabricius id fieri

oportere dudum admonuerat. Vitiosum gentis nomen erat in Polyaeno Strat. IV, 3, 30, Strabone quoque L. XV, p. 1024, cui utrique medicinam fecerunt viri eruditione praestantes. Satis itaque excusabor eorum patrocinio. Restat de regionis situ controversia, cui originem dedisse N. Trigautium Exped. Sinic. L. IV, 3, *Cathaiam* non aliam ac *Sinam* videri pertendentem, affirmat And. Mullerus: traxisse enim in partes Mart. Martinium, Athan. Kircherum, Iac. Golium, pluresque alios; secus tamen rem habere: nunquam Alexandrum victricia arma in id regnum intulisse: neque in *Sinam* bene congruere, quae veteres mediique aevi scriptores, M. Paullus Venetus, Haitonus, & hoc de genere alii prodiderunt: contra ea in Tartariam, cuius *Cambalu* metropolis, optime. Haec ille in Disquis. Histor. & Geograph. de Chataia p. 80 & seqq. In quibus de Alexandro quae asseverat, haud dubie vera sunt: cetera non eiusdem valoris. Nam quae M. P. Venetus L. II, 25, de Region. Orient. & Haitonus de Tartar. cap. 1, ea septemtrionalem Sinam, a Tartaris iam tum domitam, clarissime describunt: cuius praecipuam urbem *Cambalu*, sive *Chan-Balek*, Sinis esse *Pekin*, dubitare prohibent observata Ioseph. Simon. Assemani Differt. de Syris Nestorian. p. 513. Neque officere huic sententiae poterit Alexandri transitus εἰς τὴν Καθαίων χώραν, modo observetur, latius olim id nomen patuisse, complexum Asiae eam partem, quae ultra Imaum montem latissime in septemtrionem ipsamque Tartariam porrigitur, quod N. Trigautius non negat, & Athan. Kircherus defendit Prodrom. Copt. c. 4. WESS.

ead. l. 7. Τοῦτο δ' ἐκυρώθη τὸ δόγμα &c.) Conf. Strabon. L. XV, p. 1024 C. & quae infra leguntur L. XIX, 33. WESS.

ead. l. 9. Ὁ δ' οὖν βασιλεὺς τὴν μεγίστην &c.) Hac de urbe & sequente uberius Curtius L. IX, 1, 14, & Polyaen. Strat. IV, 3, 30. WESS.

Pag. 442. *l.* 1. Διόπερ ἐκ νηπίου παρ' αὐτοῖς τὰ βρέφη &c.) Curtius sic Latine dedit: *genitos liberos non parentum arbitrio tollunt aluntque; sed eorum, quibus spectandi infantium habitum cura mandata est. Si quos insignes aut aliqua membrorum parte inutiles notaverunt, necari iubent:* quibus gemina Onesicritus apud Strabon. dict. loco, de nuptiis, non genere & nobilitate, sed electa corporum specie coniunctis, itidem consentiens. Qui quidem mos durasse illis diutissime videtur. *Viri, quando uxores ducere volunt,* verba M. Paulli Veneti sunt de

Cathaeis Lib. I, 62, de Region. Orient. *quaerunt magis pulchras, quam nobiles ac divites. Unde saepe fit, ut vir nobilis & magnus pauperem ducat uxorem, sed formosam, matri illius dotem assignans.* WESS.

Pag. 443. *l.* 4. Οὓς ἔφασαν ταῖς τίγρεσιν ἐπιμεμίχθαι) Hybridam hanc Indicorum canum originem exposuerunt Aristoteles Hist. Anim. L. VIII, 29, Aelian. de Animal. L. IV, 19, & L. VIII, 1, Gratius Cyneget. v. 165, quosque ibi Ian. Vlitius testimonium dicere iussit. WESS.

ead. l. 14. Ὁ μὲν Σωπείθης τρεῖς — ἐπηγγείλατο) Apud Strabon. XV, p. 1025 B. & Aelian. Hist. An. VIII, 1, non τρεῖς, sed τέτταρας. Mox ἡσυχῇ καὶ κατ' ὀλίγον fuisse olim videtur, copula a sequenti voce absorpta, quo mendi genere nihil tritius esse solet. Exempla si desideres, Io. B. Coteler. T. II Mon. Graec. p. 589, inspice. WESS.

Pag. 444. *l.* 1. Ἀλλὰ τοὺς ὀδόντας ἐμπεπρικὼς) Libris suis viri spectatae eruditionis Ios. Scaliger & Is. Vossius ἐμβεβρυκὼς alleverant: quorum etsi firmare posset coniecturam καὶ ἔβρυχον τοὺς ὀδόντας in S. Lucae A. A. cap. VII, 54, & Lacaena mulier ὀδόντα Ὀξὺν ἐπιβρύχουσα Epigrammatis Antholog. L. III, p. 293, inque alio Antipatri, nuper edito, ἀφριόεν ἐπιβρύχουσα γένειον, nihil ego mutaverim. Vetat vulgatissimum πρίειν τοὺς ὀδόντας, praeter alios a Libanio T. II, p. 18 C. usurpatum, nec intellectum tamen a Morello, & hoc Nostri, quamquam paullo diversius, Excerpt. Vales. pag. 253, ὁ Ζήνων τοῦ τε δυνάστου περιχανὼν τὸ οὖς ἐνέπρισε τοῖς ὀδοῦσι. Atque haec ad scriptoris defensionem abunde satis videntur. Addamus Epigramma, quod innuimus, post Lucubration. Hesychian. p. 336 vulgatum, quodque extricare se posse vir doctus negavit:

Αὐτά τοι τρέσσαντι παρὰ χρέος ὤπασεν ᾅδαν,
  Βαψαμένα κοίλων ἐντὸς Ἄρη λαγόνων,
Μάτηρ, ἅ σ' ἔτεκεν, Δαμάτριε· φᾶ δὲ σίδηρον
  Παιδὸς ἑοῦ φύρδαν μεστὸν ἔχουσα φόνου,
Ἀφριόεν κοναβηδὸν ἐπιβρύχουσα γένειον,
  Δερκομένα λοξαῖς, οἷα Λάκαινα, κόραις.
Λεῖπε τὸν Εὐρώταν. ἴθι Τάρταρον, ἀνίκα δειλὸς
  Ἦσθα· οὐ τελέθεις οὔτ' ἐμὸς, οὔτε Λάκων.

Ita legendum. Mater Spartana filium Demetrium, quod metu fugam turpiter fuisset ingressus, interfecerat: gladiumque, filii sanguine madidum manu tenens, & dentibus infrendens peremto insultaverat, quippe nec se, nec Eurota, neque

Sparta digno, fed Tartaro. Haec mens cultiffimi Epigrammatis. Wess.

ead. l. 7. Εἰς τὴν Φηγέως δυναστείαν ἐμβαλὼν) In quibufdam Curtii libris *Phegelis*, & dein quarto cafu *Phegela*: quae res Ian. Rutgerfium impulit, ut Var. Lect. lib. VI, 14, in Curtio legeret *Phegel*, *is erat gentis proximae rex*, atque hoc loco Φηγέλος a recto Φηγέλ· quod merito difplicuit Freinshemio, eoque magis, quoniam fcripti Curtiani Codd. manifefto *Phegea* praeferunt. Non diffimilia ad Arriani fui L. V, p. 365, N. Blancardus commentatus eft, fed Freinshemii prorfus oblitus. Wess.

ead. l. 12. Ἐπὶ τὸν Ὕπανιν) Hoc elegi ob L. II, 37, tametfi non ignorem, in fluvii eius nomine variatum olim fuiffe. Conf. Cl. Salmafium in Solin. p. 556. Wess.

ead. l. 16. Ὅτι δώδεκα μὲν ἡμερῶν ἔχει δίοδον) *Undecim dierum ultra flumen per varias folitudines iter effe*, apud Curtium, qui haec Diodori verbo tenus expreffit L. IX, 2, 2, forfan non fine menda in dierum numero. De Gangis amplitudine vide etiam L. II, 37. Wess.

Pag. 445. *l.* 3. Κατοικεῖν τό, τε τῶν Πραισίων — ἔθνος) Gentis nomen ex Reg. 1. fed parum adiuto, inftauravi: potueram Βραισίων aut Βρασίων, quod Ab. Ortelio in opinionem venit; fed Πραισίων ἔθνος praetuli, tum quod Plut. Alex. p. 699 E. & Aelian. Hift. An. XIII, 8, XV, 7, XVI, 9, Πραισίους eos vocent, paeneque confentiant Iuftin. XII, 8, & Orofius L. III, 19, ubi confentaneum habeo Fr. Fabricium, tum vero ob reliquorum Codd. Ταπραισίων, a quibus hac via quam proxime deflectitur. In Strabone, Plinio, Stephano Πράσιοι non magno difcrimine: atque hos fi malueris, optio enim eft in ea fcriptorum difcordia. Confule N. Blancardum ad Arrian. L. V, pag. 365, & Harduinum in Plinii L. VI, 19. Wess.

ead. l. 6. Ἐλέφαντας — τετρακισχιλίους) Curtius elephantos *trium millium numerum explere* L. IX, 2, 4, ubi rex *Aggrammes* nuncupatur. Vide fupra L. II, 37. Wess.

ead. l. 12. Ὡς ἂν κουρέως υἱὸν νομιζόμενον) Rex Porus in Curtii dict. cap. *qui regnaret*, inquit, *non modo ignobilem effe, fed etiam ultimae fortis: quippe patrem eius tonforem, vix diurno quaeftu propulfantem famem, propter habitum haud indecorum cordi fuiffe reginae* &c. Quae quis non miretur a Poro eum in regem criminofe congeri? a Poro, inquam, ad omnem fortunae contumeliam proiecto, tonforifque itidem filio? Ac-

cipe Helladii Besantinoi in Χρηστομαθείαις apud Photium Biblioth. p. 1579 verba, Πῶρος δ' ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰνδῶν ΚΟΥΡΕΩΣ ἦν υἱός· & haec Libanii T. II, 632 A. ἀλλὰ Πῶρος οὐκ ἐκ ΚΟΥΡΕΩΣ μὲν ἦν, Ἰνδοῖς δ' ἐπέταξεν. Sic ea legi debent ex certissima H. Valesii emendatione ad Excerpt. Diodor. pag. 346. Haec enim si a vero nihil dissentiant, utique excusare impudentiam Porus haud poterit. Ego vero haud scio, an iniuria ita rex ille deprimatur, arguendique isti sint scriptores, qui Poro contribuerunt, quod Xandramae, Indo quoque & Indorum regi, proprium erat. Porum quidem certe, cui victo ob virtutem Alexander ignovit, regio genere fuisse prosseminatum, regesque habuisse cognatos, ex illis, quae in superioribus Diodorus, quaeque Plut. Arrianus & Curt. literis prodiderunt, constat abunde. WESS.

Pag. 446. *l.* 3. Ἀλλὰ πρωτεύων &c.) Rectius πιστεύων. RHOD. Videtur Cospus πιστεύων suo in Codice reperisse, estque id huic loco multo aptius. WESS.

ead. l. 15. Τὰς ὁπλὰς ὑποτετρίφθαι συνέβαινε) Ignotus erat solearum ferrearum, quibus ungulae equorum contra aspera & scruposa loca muniuntur, usus. Scio Is. Vossium ad Catull. pag. 48 ex Xenophonte eas eruere, atque hinc χαλκόποδας Homeri equos illuminare conatum esse, sed irrita opera, ut nuper vir eruditissimus in Lexico Rustico, Rei Rust. scriptoribus apposito, egregie declaravit. Refer huc potius ἵππους χωλεύοντας ἐξ ΥΠΟΤΡΙΒΗΣ ex Appiani Mithridat. p. 371. WESS.

Pag. 447. *l.* 10. Τὴν πολεμίαν χώραν) Induci non possum, ut hoc damnem. Παραποταμίαν tamen ii qui maluerint, quod res ad Hypanim flumen sit gesta, fruantur arbitrio suo. Mox περὶ τὴν προνομὴν ἠσχολεῖτο non spernerem, modo Codd. addicerent. Sic ipsemet auctor L. II, 40. WESS.

ead. l. 14. Τοῖς δὲ παισὶν ἐπιφορὰς ταγμ.) Pollucis III, 94, ἐπιφορὰ, τὸ τῷ μισθῷ προστιθέμενον, ὡς Θουκυδίδης, haec illustrant, & Thucydidis, quem innuit, locus L. VI, 31; ἀποφορὰν, ne cui in cogitationem veniat ea vox, aliud indicare, H. Valesius in not. Maussaci ad Harpocr. docebit. WESS.

Pag. 448. *l.* 7. Δώδεκα θεῶν βωμοὺς &c.) Conf. Arrian. extremo libro V, deque aris his, monumento & termino Alexandreae expeditionis, copiosissime disputantes Cl. Salmasium in Solin. p. 556, Freinsh. ad Curt. IX, 3, 19, & H. Cannegiterum Diss. de Brittenburgo c. 9, p. 105. WESS.

Pag. 449. *l.* 3. Ἀποφαίνοντα ῥώμας — ὑπερφυεῖς) Visum

hoc eſt praeſtabilius ob meliorum librorum concordiam. Adde, quae apud Plutarchum Alex. pag. 700 de vaniſſimo hoc regis inſtituto leguntur. WESS.

ead. l. 6. Ἐπὶ τὸν Ἀκεσίνην ποταμὸν) Recte id quidem & vere. Sed quae ſtatim ſuccedunt, argumento eſſe videntur, naves eodem in fluvio eſſe exſtructas, regemque ſecundo iſto amne Oceanum verſus defluxiſſe: quod falſum & ceterorum teſtimoniis contrarium eſt. Moliti enim naves in Hydaſpe Macedones ſunt, eodemque fluvio ad mare Alexander deſcendit. Itaque aut addi intelligive debet, *καὶ τοῦτον διαβὰς, ἐπὶ τὸν Ὑδάσπην, eoque tramiſſo, ad Hydaſpem,* quae Freinshemii coniectura ad Curt. IX, 3, 24, aut erravit auctor. Curtium certe in errorem induit, haec brevius expoſita ita accipientem, quaſi Aceſini unice omnia congruerent. Vid. Freinshem. WESS.

ead. l. 10. Πεζοὶ μὲν πλείους τρισμυρίων) Longe infra hunc numerum Curtius eſt L. IX, 3, 21, tametſi haec Diodori clare imitetur. WESS.

Pag. 450. *l.* 1. Καὶ διακοσίων μὲν ἀφράκτων &c.) In diverſa abit Arrianus Ἀναβ. L. VI, 2; at Curtius hinc ſumſit *mille navigia*, quibus Oceanum aditurus Alexander erat. WESS.

ead. l. 2. Τὰς μὲν παρὰ τὸν ποταμὸν κτισθείσας &c.) Vere, modo Hydaſpem intelligas fluvium cum Strabone L. XV, p. 1023; aliter tamen Curtius, a Noſtro in fraudem impulſus. De urbium nominibus quid multa? *Nicaeae* citra dubium eſt. In altero *Bucephalae* variatur, quod equum Bucephalum & Bucephalam promiſcue dixerint. Vid. Daviſium ad Maxim. Tyr. Diſſert. XIV, p. 549. Hinc urbs *Bucephalus, Bucephala,* etiam Βουκεφαλία in Plut. de Alex. Fort. p. 328 F. pro Βουκεφαλεία, quo modo in Strabone ex Stephano vir ſummus refingit. Τὰ Βουκέφαλα Aelian. Hiſt. An. L. XVI, 3. His adde, quae Freinshemius conduxit ad extremum cap. 3 Curtiani libri noni. WESS.

ead. l. 12. Τοὺς ὀνομαζομένος Σίβους) Iuſtum hoc gentis nomen videtur, niſi ſi Σίβας praetuleris. Ἴβους progenuit praecedentis vocis ſibilus, huic ſumma iniuria ablatus. Certe *Sibos* appellat Oroſius L. III, 19, Σίβας Strabo XV, p. 1008 & 1026, atque ex Dionyſio Stephanus, vetus etiam epigramma, Herculis labores complexum, in Reineſii Inſcript. Claſ. IV, XII, pag. 347, & Donii Claſ. I, pag. 34: ΕΠΙ ΤΟΝ ΙΝΔΟΝ ΗΛΘΕ ΠΟΤΑΜΟΝ ΚΑΙ ΠΟΛΙΝ ΗΡακλείαν ΤΑΝ ΕΝ ΣΙΒΑΙΣ ΟΙΚΙΖΕΙ. Ita hiatus recte explebitur. *Hera-*

clea indicatur, quam in Indiae finibus Stephanus ſitam fuiſſe prodidit, & ante eum Plinius Lib. VI, 16. Porro vitium, quod gentis nomen maculaverat, detergere aggreſſi ſunt feliciter Fr. Fabricius ad Oroſium loco dict. Salmaſ. in Solin. p. 700, Freinshem. not. ad Curt. IX, 4, 2, ut mirum omnino accidat, Th. Reineſium, perſpicaciſſimi virum ingenii, ΕΝ ΣΙΒΑΙΣ antiqui marmoris tolerare noluiſſe. Wess.

Pag. 451. *l.* 8. Καταλαβὼν —'Αγαλασσεῖς ἠθροικότας &c.) A Curtio vertuntur: *XL peditum millia alia gens in ripa fluminum oppoſuerat, quam amne ſuperato in fugam compulit, incluſosque moenibus oppugnat. Puberes interfecti ſunt: ceteri venierunt.* Unde conficio, voces εἰς τὰ σπήλαια καὶ, quas fide membranarum induxi, ab eo lectas non eſſe: ſcripſiſſe praeterea, *Agalaſſenſes* —— *oppoſuerant*, *quos amne* —— *compulit.* Quorum prius perſpicue elicitur ex vocabulis *ALIA GENS*; poſterioris veſtigia durant illis in libris, e quibus *quo amne* profertur. Sed viderint eruditiores. Wess.

Pag. 452. *l.* 2. 'Εμπρήσας τὴν πόλιν) Ipſi deſperata ſalute ignem ſubiecere tectis, ſi fides Curtio IX, 4, 6. Wess.

ead. l. 15. Τῆς δὲ ναυαρχίδος καταρράκτῃ — περιπεσούσης) *Ipſe rex in rapidiſſimos vortices incidit: quibus intorta navis, obliqua, & gubernaculi impatiens agebatur. Iam veſtem detraxerat corpori, proiecturus ſemet in flumen; amicique, ut exciperent eum, haud procul nabant:* ſic Noſtrum ſecutus Curtius, καταρράκτην eleganter circumſcribens. Tu de vera vocis poteſtate conſule Euſtathium in Dionyſii Perieget. v. 220. Wess.

Pag. 453. *l.* 9. Τοῖς θεοῖς ἔθυσεν) Alibi ſimili loco dixit ἔθυσε σωτήρια· ſequente item pagina, ὁ δὲ 'Αλέξανδρος διασωθεὶς ἐκ τοῦ τραύματος, καὶ θύσας τοῖς θεοῖς σωτήρια. Pro Συρακούσας autem, quod ſtatim ſequitur, videndum, quod urbis, vel potius regionis, nomen reponi poſſit. Steph.

ead. l. 11. 'Ομοίως 'Αχιλλεῖ διαγων.) Deſcribitur cultiſſimis verſibus a Poëta Il. Φ, 305 & ſeq. id certamen. Wess.

ead. l. 12. 'Επὶ Συρακούσας) Mendoſiſſime pro 'Οξυδράκας. Rhod. Vitium, quod in Coſpi libro fuiſſe non videtur, diu eſt, cum ad Oroſium L. III, 19, emacularet Fr. Fabricius. Erant Oxydracae rei militaris uſu praeſtantes, ut praeter Diodorum profitetur Philoſtratus de Vit. Apollon. L. II, 33. Wess.

Pag. 454. *l.* 8. Τῶν τερατοσκόπων τις, Δημοφῶν ὄνομα) Commeminit hominis Curt. L. IX, 4, 28, & *vatem* vocat. Fuit non ex augurum, ut interpres, ſed haruſpicum natio-

ne: nam & rex, *si quis*, inquit, *te* (Demophon) *arti tuae intentum & exta spectantem sic interpellet*, apud eundem Curtium, & constat ex Appiano Civil. Bell. L. II, p. 852, cor extis defuisse sacrificanti in Oxydracis Alexandro, idque argumentum imminentis periculi fuisse creditum. Neque his obstat διά τινων οἰωνῶν προδηλοῦσθαι, quod statim consequitur: latissime enim porrigitur vocabuli eius usus, docentibus Criticis ad Aristoph. Av. v. 720, & Sophoclis Oed. Tyr. v. 52. WESS.

ead. l. 11. Διόπερ ἠξίουν) Lege ἠξίου. RHOD.

Pag. 455. *l.* 6. Ἁρπάσας κλίμακα &c.) Conf. Arrian. Ἀναβ. VI, 9, qui in Mallis urbem fuisse positam admonet. Vulgo tamen Historici in Oxydracis eam locant, qua de re Freinshemius ad Curt. L. IX, 4, 26, & Hemsterhusius in Luciani D. Mort. XIV, 5. WESS.

Pag. 456. *l.* 3. Ἀνάξιον — τῆς ἰδίας εὐπραξίας) Εὐδοξίας si qui velit ex Reg. 1. illi non admodum reluctabor: servari tamen & vulgatum potest. WESS.

ead. l. 9. Τούτῳ τῷ θυμῷ παραστὰς) Putes prima fronte τούτῳ referri oportere ad τείχει, ut rex animose ad murum corpore applicito Indos irruentes exceperit. Προσήρεισε τῷ τείχει τὸ σῶμα, & ἐρεισθεὶς πρὸς τῷ τείχει, de Alexandro in temerariae huius pugnae descriptione Plut. Alex. p. 700 D. Arrian. L. VI, 9. Nota quoque sunt de confidente & animosa pugna θυμῷ μάχεσθαι & θυμῷ χωρεῖν ex Xenophont. Agesil. p. 62 ed. Oxon. & Pausan. L. X, 21, pag. 848. Ego aliter sentio, & vocem hanc, seu τοιούτῳ potius, cum sequentibus artissime, sicuti factum ab interprete, connecto, ut ea sit sententia, tanta animi fiducia ac praesentia regem fuisse usum. Παράστασις & παράστασις διανοίας in Polyb. L. III, 84, & V, 9, παράστασις τῆς ψυχῆς in Excerpt. Valesian. p. 250, & frequens obvium ψυχῆς παράστημα firmant hanc sententiam, inque primis id, quod de Tyriis huius lib. cap. 43 ipsemet auctor, ταῖς ψυχαῖς οὕτω παρέστησαν πρὸς τὸν κίνδυνον. Repudiandum itaque est glossema, quod Reg. 1. grammaticus inculcavit. WESS.

ead. l. 14. Τέλος δὲ τοξευθεὶς) Sic scripsi, deleto articulo, qui principio harum vocum sedem occupaverat. Supr. cap. 25, τέλος δὲ πρὸς αὐταῖς ταῖς πύλαις ἔπεσόν τινες· & c. 28, τέλος δὲ Ἐφιάλτην — ἠνάγκασαν· atque ita locis infinitis. De vulneribus, quibus Alexander affectus fuit, videndus praeter Arrian. & Curtium est Plut. Alex. p. 700, & Fort. Alex.

p. 344 D. cum Appiano Bell. Civil. Lib. II, p. 852. Wess.

Pag. 457. *l.* 7. Πευκέστης, εἷς τῶν ὑπασπιστῶν &c.) Gloriam defensi servatique regis plerique omnes Peucestae vindicant: pauci erant, qui Ptolemaeum in praecipuam laudis eius partem vocabant, eum Σωτῆρα propterea dictum professi, male tamen contraque ipsius Ptolemaei testimonium apud Arrian. L. VI, 11, pag. 248. Plutarchus de Peucesta ceteris assentitur in Alex. p. 700 D. at Orat. de Fort. eiusdem regis I, p. 327 B. & II, p. 344 D. Ptolemaeo salutem defensionemque Alexandri contribuit. Wess.

ead. l. 15. Οἱ κατὰ τὴν Βακτριανὴν &c.) Longe haec uberius apud Curtium L. IX, 7, & Nostri L. XVIII, 7. Wess.

Pag. 458. *l.* 11. Κόραγος) Κόῤῥαγος Aeliano Hist. Var. L. X, 22, ubi paullo diversius singulare hoc certamen describitur. *Horratas Macedo*, sed mendose, ut viri docti monuerunt, in Curtio IX, 7, 17. Visus autem est reperisse sibi duumviros hos in eleganti gemma L. Begerus Thes. Brandenb. T. I, pag. 103, gravis armaturae militem & nudum alterum, sed clypeo instructum galeaque munitum, repraesentante: quae quidem in Dioxippum non bene cum congruerent omnia, maluit fraudis Diodorum & Curtium reos agere, quam dubiae falsaeque opinioni nuntium remittere. Ego vero factum id nollem: cui enim bono? Ceterum certamen hoc non multum ab illis discrepat, in quae levibus ex offensis saepe nostra tempestate descenditur: concurritur, horae momento alter ambove animam mutuis vulneribus effundunt, quam pro salute patriae, viri si essent, & in hostem pugnantes, honestius & gloriosius insumerent. Sed ea rabies multos adeo incessit, ut sui, patriae, sanctissimaeque religionis, cuius se studiosos affirmant, plane sint prodigi. Wess.

ead. l. 14. Ἀθλητὴν ἄνδρα καὶ — ἐστεφανωμένον) Victor Olympiae fuerat renuntiatus, & quadrigis propterea in patriam urbem invectus. Conf. Diogen. Laërt. VI, 43, & Aelian. Hist. Var. XII, 58. Wess.

Pag. 459. *l.* 9. Ἔχων πῖλον σύμμετρον) Sic libri omnes. Curtius vero, *Dioxippus oleo nitens & coronatus, laeva puniceum amiculum, dextra validum nodosumque stipitem praeferebat*, nulla *pilei*, qui quoque homini uncto & coronato minime conveniebat, mentione, ut neque apud Aelian. Lib. X, 22, Var. Hist. Stipitis vero seu clavae commemoratio necessaria erat, sicuti, quae sequuntur, ostendunt clarissime. Vellem itaque scriptum legeretur ἔχων ῥόπαλον σύμμετρον, quem

ad modum refingendum esse animadvertit T. Hemsterhusius ad Lucian. Necyomant. cap. 8. Certe ita ni legeris, quid fiet verbis τὴν πρόσοψιν Ἡρακλεωτικὴν εἶχε; quid ceteris? Herculesne pileo conspicuus erat? Immo vero clava, qua sese omnes, qui Heroëm istum aemulabantur, iactabant, uti Macedo Themison apud Athen. L. VII, p. 290 A. & ceteri, de quibus ad Lib. I, 24. Suspicor aut lacerum ῥοπάλου fuisse vocabulum, aut amanuensem eius loco Latinorum πῖλον substituisse, mendoque ansam praebuisse. Wess.

Pag. 460. *l.* 4. Σάρισσαν προβεβλημένος ἐπεπορεύετο) Lucian. Dial. Mort. XXVII, 4: ὁ μὲν γὰρ ἐπήλαυνεν εἰκοσάπηχύν τινα κοντὸν προβεβλημένος. Appian. Syr. p. 159: καὶ τὰς σαρίσσας ἐν τάξει πυκνὰς προυβάλλοντο. Item p. 175: ὅμως δὲ τὰς σαρίσσας ἐκ τετραγώνου προβαλλόμενοι πυκνάς· atque eum in modum saepe. Vide supra L. V, 30. Wess.

ead. l. 11. Ὑπέσυρε τὰ σκέλη) *Pedibus repente subductis arietavit in terram* bene Curtius. Luctatorum est ὑποσύρειν τὰ σκέλη, ut adversarios in terram deiiciant. Idem ὑφέλκειν τὼ πόδε Lucian. D. Deor. VII, 3, ὑποσπᾶν καὶ ὑποσκελίζειν de non Cred. Calumn. c. 10, ὑποσκελίσαντες καὶ ῥάξαντες εἰς τὸν βόρβορον Demosthen. adv. Conon. p. 689, tum ἑλκύσαι τὸ σκέλος Io. Chrysostom. T. III, p. 164 E. cui venuste etiam ὑποσύρειν τὴν εὔνοιαν ibid. pag. 197 D. meretrix dicitur, quae subdole benevolentiam sponsi in se a sperata avertit, & ὑποσύρειν τὸν ὄγκον arte quadam fastum alteri minuere T. IV, p. 753 E. Alioqui ὑποσυρόμενος πους, cum lubrica & cedente in arena difficulter progreditur, Lucian. de Gymnas. cap. 27. Wess.

Pag. 461. *l.* 3. Ἀπῄει ταινιούμενος) Vide Is. Casaubonum in Neron. c. 25 Suetonii. Solebant hoc honore aut floribus ingestis athletas amici excipere. Thucydides Lib. IV, 121, de Brasida, ἰδίᾳ δὲ ἐταινίουν τε καὶ προσήρχοντο ὥσπερ ἀθλητῇ. Appian. de Civil. Bel. II, p. 732, καὶ παρέπεμψαν αὐτὸν (Curionem) ἀνθοβολοῦντες ὥσπερ ἀθλητὴν μεγάλου καὶ δυσχεροῦς ἀγῶνος· quem quidem honoris cultum bene de se meritis negare non solebant. Firmus, Caesareae Cappadocum praesul, Epist. XVII, p. 298, ταινίαις ὑμᾶς ἀναδοῦμεν, ὡς εὐεργέτας· atque hoc movebat militum eos, quorum ὁ μὲν ἐστεφάνωσεν, ὁ δὲ ἐταινίωσεν abeuntem Taleutiam in Xenophontis Rer. Graec. L. V primore. Wess.

Pag. 462. *l.* 8. Νοῦν δὲ μικρὸν) *Subtili ingenio praeditum* interpres, quod minime laudo. Ansam tamen praebuit N.

Blancardo, ut ad Arrian. L. VI, p. 405, νοῦν μακρὸν potius legeret, quam cum vulgatis μικρόν. Caufam addit: *nam μακρὰ Hefychio exponuntur μεγάλα, & Dioxippi obtrectatores difficulter coniungi poffe rebantur ingenii magnitudinem & eximium roboris corpus.* Nimis profecto arceffitam & fubtilem! Senfum habere communem, egregium Dei donum eft: contra permoleftum omnibus accidit σμικρὸν εἶναι τὸν νοῦν, quod de Papia Hieropolitano Eufebius Hift. Eccleſ. L. III, 39. Atque hoc illi fpectabant, qui Dioxippi temerarium arguebant confilium. Verte ergo: *rem gravem & moleftam videri, magno corporis robore & mediocri ingenio effe praeditum.* Ita μεγάλῳ apte μικρὸς opponitur. Wess.

ead. l. 11. Παρόντι μὲν οὐ χρησάμενος &c.) Evenit Dioxippo, ut effet *Clarus poftgenitis: quatenus, heu nefas, Virtutem incolumem odimus, Sublatam ex oculis quaerimus invidi*, ut cultiffime Horatius L. III, Od. XXIV, 30. Wess.

Pag. 463. *l.* 1. Εἰς τὴν χώραν τῶν — Σαμβαστῶν) Videtur effe Ἀβαστανῶν ἔθνος Arriani Lib. VI, 15. Curtius vocat *Sabracas*, in ceteris Noftri veftigiis, ut fere folet, inhaerens L. IX, 8, 4. Nam τὴν Σαβοῦτα Σινδοναλίαν Strabonis in XV, p. 1026, quam vir magnus cum hac regione contendi poffe cenfebat, aliorfum referri oportere perfpexit Freinshemius ad Curtii dict. cap. fect. 13, & poftea Iac. Gronovius in Arrian. Ἀναβ. L. VI, 16. Wess.

Pag. 464. *l.* 1. Ὀνομαζομένους δὲ Σόδρας καὶ Μασσανοὺς) *Maffanos* plerique praetereunt. *Sodrae* non alii videntur ac Σόγδοι Arriani L. VI, 15, ubi & urbis ab Alexandro conditae mentio. In Dionyfii Perieg. v. 1142 Σκόδροι. Wess.

ead. l. 7. Εἰς τὴν Πορτικάνου δυναστείαν ἐμβαλὼν) Coniungit horum regum ditiones Strabo, virorum doctiffimorum cura inftauratus, L. XV, p. 1026, τὴν τοῦ Μουσικανοῦ, καὶ τὴν Σάβου, τὰ Σινδόμανα, καὶ ἔτι τὴν Πορτικάνου· ubi Ὀξυκανοῦ cum Gronovio ut refingas, nulla caufa eft. Namque etfi Porticanum Arrianus Oxycanum vocet, Strabonis fcriptura affirmatur a Diodoro & plerifque fcriptis Curtii Codd. L. IX, 8, 12. Wess.

ead. l. 14. Τήν τε Σάμβου βασιλείαν) Sic & Arrianus regem appellat. *Sabum* aut *Sabbam* alii, de quibus Raderus & Freinshem. ad Curtii dict. locum. Wess.

Pag. 465. *l.* 6. Ἣν ὀνομάζουσι Ἁρματήλια) Nihil muto, quamvis Ἅρματα fchedae veteres haud paucae praeferant. Mox πόλιν Ἁρματηλίων fervant omnes. Scripfi vero ἐὰν ἐπ-

ἐξίωσιν ex Reg. 1. oratione ipsa expostulante. Rex enim Alexander apud Curtium iubet *quingentos Agrianos moenia subire, & sensim recedentes elicere extra muros hostem, secuturum profecto, si fugere eos crederet.* Wess.

ead. l. 14. Μετ' ὀλίγον) Μετ' ὀλίγων. Rhod. Μετ' ὀλίγων) Correxi labem, negligentia librariorum saepe his libris illatam. Vid. L. XIII, 75; XIV, 98. Wess.

Pag. 466. *l.* 9. Ἱδρῶτας ἐκπίπτειν συνέβαινε) Sic praestare Rhodomanus pulchre vidit. Putes etiam ἰχῶρα ἐκπίπτειν fuisse olim, quomodo in non dissimilis veneni compositione Iulius Africanus Cestor. p. 290, ταῦτα σύγκοπτε, ὡς ἰχῶρα γενέσθαι τὰ πάντα. Certe ita ni dederit, per ἱδρῶτας sanguinem sive serosum illum humorem intellexit, qui ex serpentium putrefactarum corpore excernitur. Wess.

Pag. 467. *l.* 9. Ἴδιον γάρ τι) Scribe ἴδιον δέ τι. Rhod.

ead. l. 12. Οἰκείας τῆς φιλανθρώπου βοηθείας ἔτυχεν) Non dubito, quin hic desideretur substantivum, quod cum φιλανθρώπου iungatur. Id autem fortasse fuerit ψυχῆς, vel aliud huiusmodi. Steph. Sic forte corrigendum, οἰκείας τῇ φιλανθρώπῳ διαθέσει vel γνώμῃ βοηθείας. Dativus enim magis convenire videtur propter εὐφωνίαν, quam genitivus. Rhod. Haud quidem male viri docti. Lenior tamen medicina erit, si aut τοῦ φιλανθρώπου, aut τῶν φιλανθρώπων correxeris. Namque ita solet auctor τὰ φιλάνθρωπα & τὸ φιλάνθρωπον appellare omne humanitatis studium atque officium: πάντων τῶν φιλανθρώπων τυγχάνειν Lib. XIII, 3; πολλὰ πράττειν φιλάνθρωπα Lib. XVIII, 67. Quin de ipso hoc Ptolemaeo, διεβεβόητο ἡ τούτου χρηστότης — καὶ φιλάνθρωπον L. XIX, 54. Wess.

ead. l. 14. Καθ' ἣν ἔδοξεν ὁρᾷν δράκοντα βοτάνην &c.) Rem sic narrat Cicero II Divinat. cap. 66: *qui* (Alexander) *cum Ptolemaeus, familiaris eius, in proelio telo venenato ictus esset, eoque vulnere summo cum dolore moreretur; Alexander assidens, somno est consopitus. Tum secundum quietem visus ei dicitur draco is, quem mater Olympias alebat, radiculam ore ferre, & simul dicere, quo illa loco nasceretur, (neque is longe aberat ab eo loco) eius autem esse vim tantam, ut Ptolemaeum facile sanaret* &c. Neque aliter Strabo L. XV, p. 1052, addens prudentissime, εἰκὸς δέ τινα μηνύσαι τῶν εἰδότων· τὸ δὲ μυθῶδες προσετέθη κολακείας χάριν. Cui facile assentior, non item illis, qui herbam istam *Aristolochiam* fuisse censent ex Cicerone L. I Divin. c. 10, sed male intellecto. Tu confer P.

Victorium L. VI Lect. Var. c. 3, & quae nuper ad Ciceronem commentatus est Davisius. WESS.

Pag. 468. *l.* 12. Καὶ μεγάλα μὲν καὶ πολλὰ ἐκπώματα &c.) Multo haec distinctius Arrian. Ἀναβ. VI, 19. Viso Oceano Alexander vestigia tandem relegere coepit, sed paene invitus: namque

Unus Pellaeo iuveni non sufficit orbis,
Aestuat infelix angusto limite mundi
Ut Gyarae clausus scopulis parvaque Seripho;

sicuti de eo canit Iuvenalis Sat. X, 178. WESS.

Pag. 469. *l.* 1. Εἰς τὰ Ὕαλα) Utra certior sit scriptura, Ταῦλα, an Ὕαλα, non audeo decernere. Nomen urbis plerique omnes silentio praetereunt. WESS.

ead. l. 4. Τῶν κατὰ πόλεμον ἡγούμενοι· πραττομένων δὲ &c.) Sunt haec exscriptorum culpa confusa. Dederat auctor τῶν κατὰ πόλεμον πραττομένων ἡγούμενοι· τῶν δὲ γερόντων, ut bene interpres. Valebat in his Indis, quod Spartae legibus receptum erat, ut binos haberent reges, quorum ea in urbe alter ex Euristhenidarum semper erat familia, e Proclidis alter. Regibus appositi erant senatores, γέροντες, summi reipublicae moderatores & quidam quasi domini. Unde ἐπιστατοῦντες ἅπασι τοῖς πράγμασι Isocrati Paneg. p. 389, quique eum in senatum allectus τῶν πολλῶν δεσπότης Demostheni Or. in Leptin. p. 300. Plura alia hoc de senatorum consessu N. Gragius de Laced. Republ. L. IV, 3, cuius observatis adiungi elegans potest locus ex Archyta apud Io. Stobaeum Tit. XLI, p. 269. WESS.

ead. l. 7. Τὸν δὲ — παραδοὺς Νεάρχῳ &c.) Conferri debet Curtius IX, 10, 3, & Arrian. Ἀναβ. Lib. VI, 21. WESS.

ead. l. 14. Τοὺς μὲν γὰρ Ἀρβίτας) Una dumtaxat transposita litera genti suum nomen reddidi, nihil If. Vossio ad libri sui marginem dissentiente. Ab Indiae fluvio Arbi accolae Ἄρβιες ἢ Ἀρβῖται, Stephano teste in Ἄρβις, dicebantur: subinde etiam *Arbii*, *Arabitae*, Ἀράβιες Plinio, Curtio & Arriano, quemadmodum operose ostendit Cl. Salmasius in Solin. p. 829, cui omnia debet ad Arrian. suum L. VI, p. 418, N. Blancardus. WESS.

Pag. 470. *l.* 1. Ἐπὶ τὰ Νεωτερίδος ὅρια) Lege Νεωρίδος. RHOD. Ἐπὶ τὰ Ὠριτίδος ὅρια) Sic correxi, cuius instituti causam aequis arbitris me probaturum confido. Primo citra controversiam mendi macula adspersum est vulgatum. Deinde gentem plerique omnes scriptorum Ὠρείτας, sive

'Ωρίτας, nuncupant, nisi si qua simili vitio sint pravi. Hoc amplius, *Oridis* & dein *Oritarum* nomen, quod Cospus ex suis schedis expressit, a correctione mea parum aut nihil deflectit. Quin ipsemet auctor extremo cap. 105 eos *Oritas* clarissime appellat, ut dubium esse nequeat, quin simili modo regionis nomen & hic scripserit. Habes rationum momenta, quibus Νεωτερίδος & infra Νεωτεριτῶν titulum immutaverim. Accipe nunc vitii originem, quam Freinshem. ad Curtii Lib. IX, 10, 6, hanc reperit. Scriptum fuisse ait ΗΩΡΙΤΑΣ, ut Η esset ἐπίσημον & adspiratio dumtaxat, non litera: librarios usum eiusmodi adspirationis non capientes, eam in proximae figurae literam Ν commutasse, sic ex ΗΩΡΙΤΑΙΣ progenitos esse ΝΩΡΙΤΑΣ, & tandem ΝΕΩΡΙΤΑΣ. Acute ille quidem, sicuti & Berkelius, gemina his & germana commentatus ad Stephan. in 'Αλεξάνδρεια, si tamen vere. Sed id mitto quaerere, quandoquidem de morbo & medicina constat. Mox cultius visum κατήντησεν· εἰς τρία δὲ — — διελόμενος, τοῦ μὲν πρώτου ex Reg. 1. Wess.

ead. l. 4. Λειλατεῖν προσέταξε Πτολεμαῖον) Probum foret Πτολεμαίῳ schedarum veterum, si & Λεοννάτῳ praeferrent: quod cum non innovent, neque ego muto. Wess.

ead. l. 15. Λιμένα μὲν εὑρὼν ἄκλυστον) Vide not. in L. III, 44, ubi his similia Dionis Chrysostomi ab impetu H. Valesii liberavimus. Plutarchus accedat patronus T. II, p. 778 C. καί τοι 'Επίκουρος τἀγαθὸν ἐν τῷ βαθυτάτῳ τῆς ἡσυχίας, ὥσπερ ἐν ΑΚΛΥΣΤΩι λιμένι καὶ κωφῷ, τιθέμενος· & incertus scriptor Peripli Ponti Euxini p. 146 ed. Gronov. ἀπὸ δὲ κριοῦ μετώπου εἰς Εὐβούλου λιμένα — ἐνταῦθα λιμὴν ἄκλυστος. Non dissimili sententia ἄκλυστον καὶ ἥκιστα ἐπικίνδυνον ὕδωρ & ἄκλυστον καὶ γαληναίαν θάλατταν dixit Aelian. de Animal. L. XIII, 18, 19. Ceterum Alexandrea haec πόλις Νεαρτῶν Stephano Byzantino pro 'Ωριτῶν, recte corrigentibus Holstenio & Berkelio. Wess.

Pag. 471. *l.* 9. Καταλείπουσι βορὰν τοῖς θηρίοις) Praepositionem alias in terras exsulatum ire iussi. Εἴασαν τοῖς κυσί τε καὶ ὄρνισι βορὰν ipsa Lexica dabunt. Poëta principio Il. Α, αὐτοὺς δ' ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν Οἰωνοῖσί τε πᾶσι. Porro non multo diversum sepulturae genus Hyrcanis & Bactriis attribuit Eusebius Praep. Evangel. L. I, 4, p. 11 D. Wess.

Pag. 472. *l.* 3. Σιτοῦνται δὲ τὰ ἐκβαλλόμενα &c.) Vide L. III, 15 & seqq. tum Strabon. Lib. XV, p. 1050, & gemina memoriae prodentem Arrian. Indicor. c. 29 &c. Wess.

ead. l. 12. Ἤ τε δύναμις τῶν Μακεδόνων ἠθύμησε) Macedonum famem, & incommoda, quae hoc itinere subierunt, copiosius exsequuntur Strabo XV, p. 1051, Arrian. Ἀναβ. L. VI, 23 seqq. & Curtius L. IX, 10, 12. WESS.

Pag. 473. *l.* 3. Καὶ Ἀρίαν) Sic saepe infra: alias Ἀρείαν vocare solet. Salmas. in Solin. p. 827 confer. WESS.

ead. l. 5. Καὶ τὰ νωτοφορεῖν εἰωθότα τῶν φορτίων) Verborum series videbatur requirere τὰ — εἰωθότα τῶν ζώων, aut τῶν φοραδίων, quod posterius mihi in cogitationem venisse non diffiteor. Φοράδες & φοράδια equae sunt Basil. Magno Epistol. 303, & Gregorio Nazianzeno in Testamento. Itaque τὰ νωτοφορεῖν εἰωθότα τῶν φοραδίων equae erunt clitellariae. Ita vero si nolis, neque enim pro voce serioris Graeciae pugnare consultum arbitror, ellipsi subveniendum structurae est. Dixit alibi auctor τῶν ὑδάτων κομιοῦντας, alio loco κλέπτοντα τῶν βοῶν, τινὰ & τινὰς reticens. Quod & hic deerit, sive τῶν φωρτίων seq. connectas, ut Bas. permittit, comma nullum interponens, sive praecedentibus. WESS.

ead. l. 12. Τῶν Ὠριτῶν τινες ἐπιθέμενοι) Haec ipsa est Diodori manus, quam ὀρειείων substituto vocabulo turpiter foedaverant. Gentem, uti diximus, Ὠρίτας & Ὠρείτας, quorum prius verius, teste Eustathio in Dionys. v. 1096, appellant. Ad eam domandam ab Alexandro relictus erat Leonnatus. Conf. Arrian. Indic. c. 23, & Curtium L. IX, 10, 19, qui tamen de proelii successu paullo aliter. WESS.

Pag. 474. *l.* 4. Καὶ μέθη καὶ πότοις χρώμενος &c.) Habet hinc Curtius dicto loco, nec praeterit Plut. Alex. p. 702, nedum Arrian. Ἀναβ. L. VI, 28, rem tamen ipsam in fabulis ob silentium Ptolemaei & Aristobuli deputans. WESS.

ead. l. 9. Τῆς δ' εἰς τοὺς — διαβοηθείσης) Conferendus est Curtius principio libri decimi. WESS.

Pag. 475. *l.* 3. Ἔν τινι παραθαλαττίῳ — Σαλμοῦντι) Urbis nomen, quam in Carmania fuisse ex Arriano conficias L. VI, 28, ab aliis negligitur. Fabulam Satyricam sub hoc tempus compositam & actam dabit Athenaeus L. XIII, p. 595 D. WESS.

ead. l. 14. Παραδόξους νήσους τε ὁρᾶσθαι &c.) Mallem prius vocabulum aut hinc abesset longissime, quippe ex praecedentibus temere repetitum, aut certe in παραδόξως, quo modo paullo ante Reg. 1. commutaretur. WESS.

Pag. 476. *l.* 6. Ἀπελπίσαι τὸ ζῆν) Supra Gelon τοῦ ζῆν ἀπελπίσας L. XI, 38, quod & hic recipi posset, nisi τὴν σω-

τηρίαν ἀπελπίζειν Polybius II, 34, IV, 69, & ἀπελπίζειν τὰ πράγματα Noſter L. XIX, 36, 49, τὴν ἐπιβολὴν ἀπελπίζειν, aliaque eiuſdem formae haberent plura. WESS.

ead. l. 9. Πρὸς δὲ τούτοις, τῶν σαλπίγγων ἐνιεμένων) Non utor additamento Reg. 1. quod ſatis quidem cultum in Pauſaniae L. IV, p. 298, hic invenuſtum. Σάλπιγγας ἐνιεμένας, rarius utique obvias, ſtabilit Philo Belopoic. pag. 98, καὶ θόρυβον πολὺν ποιεῖν, καὶ τὰς σάλπιγγας ἐνιέσθαι κατὰ τὰ ἰσχυρότατα τῆς πόλεως. Sic lego. Edebatur ἀνίεσθαι, quod incongruum. Porro de monſtris his marinis Arrian. Indicor. c. 30, & Strabo L. XV, p. 1056. WESS.

ead. l. 15. Τοῖς Σουσιανοῖς ὅροις) Lego τοῖς Σουσιανῆς ὅροις. Habemus autem hoc Σουσιανὴ cum alibi, tum pag. 597 initio, εἰς δὲ τὴν Σουσιανὴν καταντήσας. STEPH. Nolo admodum refragari viro doctiſſimo. Cum tamen Σουσιανὴν χώραν, Σουσιανὴν κώμην dixerint veteres, Stephano auctore, & τὴν Σουσιανῶν γῆν Arrian. Ἀναβ. L. VI, 28, p. 270, patrocinium ὅροις Σουσιανοῖς non omnino deſit. WESS.

Pag. 477. *l.* 1. Βεβιωκὼς γὰρ ἔτη τρία πρὸς τοῖς &c.) Conf. Strabon. L. XV, p. 1045 B. Arrian. L. VII, 3, & Palladium de Brachmanib. p. 20, de Calano non optime exiſtimantem, tum Origen. Φιλοσοφ. c. 24, p. 906 ed. Pariſ. WESS.

ead. l. 15. Ἀκολουθήσας τοῖς ἰδίοις δόγμασιν) Animam cenſebant immortalem, & corporis exſolutam vinculis, beatiſſimum aevum agere, Brachmanes. Cupide proin, ubi ad flammam ſeſe applicuerant, & ſine gemitu adurebantur. Docent Lucian. de Peregrini Morte c. 25, & Porphyrius de Abſtin. L. IV, 18. Hinc & Zarmarus Imp. Auguſti aetate ex eadem Gymnoſophiſtarum ſecta Athenis ſeſe exurit apud Dionem Caſſium L. LIV, p. 603. WESS.

Pag. 478. *l.* 1. Οἱ μὲν μανίαν αὐτοῦ κατέγνωσαν &c.) Neque illi iniuria. Haud ſane virile eſt, ſed ſtolidum, igni corpus abſumendum tradere, ut morbi ſenectutiſve incommodis libereris. Sed Indis aliud viſum. Cicero Calanum *barbarum* & *indoctum* vocat, mortis obitae conſtantiam non condemnans Diſput. Tuſcul. L. II, 21. WESS.

ead. l. 10. Εἰς Σοῦσαν) Fortaſſe rectius Σοῦσα, quam Σοῦσαν, ut ſtatim poſt εἰς τὰ Σοῦσα. Nam & hic auctor in genitivo Σούσων non Σούσης, in dativo Σούσοις non Σούσῃ ſolet dicere: & alii ſcriptores habent quidem & ipſi Σοῦσαν interdum, ſed vix uſquam cum omnium veterum exemplarium conſenſu. Ut apud Plut. de Alex. Fortuna p. 326 legi-

tur, ἐγὼ δ' εἰς Σοῦσαν νικῶν δι' Ἀρβήλων ἀναβέβηκα. Ita, inquam, legitur in vulgatis editionibus: ſed veteres Codices habent Σοῦσα. Noluimus tamen in hoc nomine, ſicut nec in multis aliis, ex duplici noſtrorum exemplarium ſcriptura unam facere. STEPH. Εἰς τὰ Σοῦσα) Cum Reg. 1. Σοῦσα praeferat, cauſa nulla fuit, cur ſperneretur. De nuptiis Alexandri cum Statira, Darii filiarum maxima, Plut. Alex. p. 703 E. & Arrian. Ἀναβ. VII, 4, ſed qui τῶν Δαρείου θυγατέρων τὴν πρεσβυτάτην Βαρσίνην non ſine errore, qui viros doctos fugere haud potuit, appellat. WESS.

ead. l. 11. Νέοι μὲν παντελῶς ταῖς ἡλικίαις) Alexander eos ἐπιγόνους, de qua voce ſupra Lib. I, 3, vocabat apud Arrian. L. VII, 4, quem adi. WESS.

Pag. 480. *l.* 1. Κατανάλωσεν) Correcte κατηνάλωσεν. RHOD. Κατηνάλωσεν) Sequor Rhodomani ſcriptique Codicis iudicium. Notiſſima alioqui eſt in hoc & ſimplici verbo formando diſcordia. Thomas Magiſt. Ἀνάλωσα καὶ ἀνάλωκα Ἀττικοί. τὸ δὲ μετ' αὐξήσεως ταῦτα λέγειν, οἷον ἀνήλωσα καὶ ἀνήλωκα, κοινόν. Qui quidem de Atticis nimis confidenter decernit, cum utrumque in Sophocle, Demoſthene, Ariſtide, Libanio, ceteriſque uſu ſit tritum: paret tamen diſcors licentia. Καὶ πολλὰς πόλεις — παρανάλωσε in Plut. in Coriol. p. 234 A. & τὰ δὲ κατὰ πόλιν αἱ σιτοδεῖαι κατανάλωσαν in Dionyſii R. A. IV, p. 361, & ſupra c. 59 e libro, quem Steph. inſpexerat, reperies. Porro Harpalum Alexandro in Indorum finibus commorante deſciviſſe, amoribuſque Pythionices & Glycerae implicatum haeſiſſe, Diodoro conſentit Athen. L. XIII, pag. 595 E. WESS.

ead. l. 4. Ὄνομα Πυθονίκην) Si meruit haec meretrix, ut verum eius nomen habeamus, fuit Πυθιονίκην, & bis invenitur apud Athen. Lib. VIII, 5, & L. XIII, 7. PALM. Athenaeus ſcortum illud ſemper, iterat autem eius nomen ſaepius, Πυθιονίκην vocat, nec aliter Pauſan. L. I, p. 90. At Plut. Phoc. p. 751 C. Πυθονίκην, ut Diodorus. WESS.

ead. l. 7. Καὶ τάφον -- κατεσκεύασε πολυδάπανον) Theopompus apud Athen. XIII, p. 595 B. ἀπὸ πλειόνων ταλάντων ἢ διακοσίων δύο μνήματα κατεσκεύασεν αὐτῆς, alterum Athenis, Babylone alterum. In Atticum impendit XXX talenta, certe ea expenſa tulit in id opus Charicli, teſte Plutarcho dicto loco: ut adeo mirandum non ſit, πάντων ὁπόσα Ἕλλησίν ἐστιν ἀρχαῖα, θέας μάλιστα ἄξιον id monumentum Pauſaniae fuiſſe viſum. WESS.

ead. l. 9. Ὄνομα Γλυκέραν) Vide, quae de insano Harpali amore, & incredibili mulierculae huius luxu, ex Theopompo & Clitarcho excerpsit Athen. L. XIII, p. 586 C. Wess.

Pag. 481. *l.* 7. Τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ δημηγοροῦσι ῥήτορσι) Horum e numero Demosthenes, Metrocles, Demon, Callisthenes, Hyperides, notati propterea versibus Timoclis Comici apud Athen. L. VIII. Sed latius serpsit ea contagio, Dinarcho Or. in Demosthen. p. 96 & 101 indice, inque primis orationum, quas in plures ille peroravit, titulis περὶ τῶν Ἁρπαλείων apud Dionys. in Dinarcho p. 116. Wess.

ead. l. 9. Ὑπὸ Θίμβρωνος) Non absurdum esse Θίβρωνος, vidimus ad L. XIV, 36. Illum vero Lacedaemonium necis Harpali fuisse auctorem, repetitur infra L. XVIII, 19, non dissentientibus Strabone L. XVII, p. 1194 C. & Arriano in Biblioth. Photii Cod. XCII, p. 218. Confer tamen Pausaniam L. II, 33, diversa referentem. Wess.

ead. l. 11. Δημοσθένην καὶ ἄλλους) Adeundus est Plut. Demosth. p. 857 E. & T. II, p. 846 C. itemque Pausanias loc. cit. oratorem absolvere conatus, & Schol. Hermogenis περὶ Ἰδεῶν p. 395, ubi prave nunc γράφει ψήφισμα, ζητῆσαι τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου μεταβολὴν, loco βουλήν. Wess.

ead. l. 15. Ἐκήρυξεν ἐν Ὀλυμπίᾳ) Hinc hausit Curtius L. X, 2, 4. Res tamen ipsa contigit serius; neque enim cum maxime Olympia agebantur. Inspice L. XVIII, 8, & statim animadvertes, ἐκήρυξεν tantundem hic valere ac κηρύττειν ἐκέλευσε, quod minime fugit P. Fabrum Agonist. L. I, 23, p. 80. Wess.

Pag. 482. *l.* 4. Βραχὺ λείποντα τῶν μυρίων ταλ. διέλυσε) De dissensu in talentorum numero inter scriptores viri docti abunde ad Curt. L. X, 2, 10, egerunt. Wess.

Pag. 483. *l.* 1. Κόϊντον Ποπίλιον) Pro Ποπίλιον scribe Πουβλίλιον, ut in Livio est & Capitolinis. Rhod. Verius omnino est Ποπλιλίου, aut Πουβλιλίου, nomen. Credo etiam id dedisse, atque a librariis, saepe in Latinis offendere assuetis, fuisse commutatum, uti & L. XVI, 92. Mox praepositionem εἰς uncinis circumdedi, quippe imprudenter ex sequentibus huc ingestam. Wess.

ead. l. 2. Εἰς τὸν) Post Ἀλέξανδρος supervacaneum esse videtur εἰς, aut certe aliquid inter εἰς & τὸν deesse. Steph.

ead. l. ult. Καὶ διαβὰς τὸν Τίγριν) Hoc rursus loco legendum Πασιτίγριν· nam licet sequatur ἐν ταῖς Κάραις καλουμέναις κώμαις, quod quis forte vellet interpretari de Carris

Meſopotamiae, non tamen poteſt intelligi de illis Meſopotamiae Carris, quae non longe ab Euphrate: Alexander retro multum receſſiſſet, quod non fecit, ut ex eius hiſtoria patet: tum ait, poſtea diebus quatuor Sittam eum tranſgreſſum fuiſſe; at Sittacene eſt ad Tigridis orientem, oportuiſſet igitur eum rurſus Tigrin pervadaſſe. Tum non potuiſſet quatuor dierum ſpatio totam fere Meſopotamiam, Tigrin, Aſſyriam, & Sittacenen tranſgredi cum exercitu, quod difficulter faceret curſor veredarius expeditus in equo, & Καῤῥῶν κῶμαι poſtea dicuntur fuiſſe in Babylonia, & ita credo legendum hoc loco. PALM. De *Paſitigri* fluvio iuſta eſt Palmerii animadverſio. Vid. huius libri c. 67. Aliter ſentio de vicis Caris, quos fruſtra eoſdem eſſe decernit ac Καῤῥῶν κώμας L. XIX, 12. Namque illi in Meſopotamia erant & Babyloniae finibus cis Tigrin, hi ultra id flumen & Paſitigrin. Melius quadraret ἡ Καῤῥῶν λεγομένη χώρα in Adiabene apud Ioſeph. Antiq. L. XX, 2, 3, ni iuſta ſuſpicio eſſet ex Chaldaeo *Kardon* id Καῤῥῶν vocabulum eſſe depravatum. Fullerum vide Miſcellan. L. I, 4, & Bochartum Phal. L. I, 3. WESS.

Pag. 484. *l.* 2. Τὴν Σῖταν διανύσας &c.) Utrum rectius ſit hoc, an Reg. libri Σίτταν, non poſſum certo conſtituere. Putes Sittacenen indicari, & Σάμβανα eam eſſe urbem, quam Plinius in Sittacene *Sabata* vocat L. VI, 27, quod & Harduino in opinionem venit. At obſtare videtur ordo itineris, quod rex abſolvit. Sittacene ab occaſu eſt Suſianae: Alexander in ortum pergit. Quae tamen tanti non ſunt, cum longius porrigi potuerint Sittacenes fines, & rex in ſiniſtram curſum flectere. Atque id ſi probaveris, τὴν Σίτταν converte in Σιττακηνήν. Ego enim non audeo. WESS.

ead. l. 5. Εἰς τοὺς Κέλωνας) Neque de his quidquam conſtitutum habeo, ut nec de Boeotis, qui a Xerxe in has oras fuerint deportati. Habet Ammian. Marcellinus L. XXIII, 6, in hac Mediae parte *Coronum* montem, longe amoeniſſimum, qui huccine referri poſſit, non recte ſcio. Praeterea Eretrienſes in haec loca a Dario traductos memorant, moriſque patrii & ſermonis ſtudioſos, Herodotus L. VI, 119, & Philoſtr. Vit. Apoll. L. I, 24, ubi ſine ulla cauſa ab erudito interprete quaedam mutari, alias oſtendi. WESS.

ead. l. 12. Προσμείνας ἡμέρας ἀνέζευξε) Non habemus hic dierum numerum, quem tamen non dubito, quin inter ἡμέρας & ἀνέζευξε poſuerit. STEPH. Coſpus vertit, *exſpectavit*

Alexander vespertinum crepusculum, tuncque ex eo loco discedens &c. unde opineris, eius in libro fuisse ἡμέρας τὴν δείλην, sive τὸ δειλινὸν, aut certe τέλος ἡμέρας coniunxisse, uti factum in Latinis Rhodomani. Quod etsi specie quadam blandiatur, malo consideratis omnibus arbitrari quaedam hinc deesse. WESS.

ead. l. 13. Τὴν ὀνομαζομένην Βαγιστάμην) Praestat Βαγιστάνην, uti monitum supra L. II, 13. WESS.

Pag. 485. *l.* 3. Ἑκκαίδεκα μυριάδας ἵππων γεγ. φορβάδων) De Nisaeis equis vide B. Brissonium de Regn. Perf. L. III, 29 & seqq. Fuisse eorum olim ad CL millia, Alexandrum vero haud multo plures quinquaginta millibus reperisse, prodit Arrian. L. VII, 13, a Nostro dissentiens. Longius abit Strabo, cum de campo Nisaeo ἐν ᾧ πέντε μυριάδας, inquit, ἵππων θηλειῶν νέμεσθαί φασιν ἐπὶ τῶν Περσῶν, L. XI, pag. 796 C. Scripseris tamen πεντεκαίδεκα μυριάδας, cum Arriano conveniet illi optime. WESS.

ead. l. 7. Ταύτης δέ φασι διακοσίων μὲν καὶ &c.) Contende Polybium L. X, 24, de Ecbatanis egregie disputantem, & quae adscripsimus Diodori L. II, 13. WESS.

ead. l. 12. Καὶ πότους συνεχεῖς τῶν φίλων· ἐν οἷς &c.) Cultius hoc visum est & vulgato praestantius. Adi Arrian. L. VII, 14, & Plut. Alex. p. 704, Hephaestionis mortem ex nimio vini usu maturatam, & Ecbatanis quidem, itidem significantes. Errat ergo Polyaenus, obiisse eum Babylone, cum Alexander occupatus esset Cossaeis oppugnandis, imprudenter prodens Strat. L. IV, 3, 31. WESS.

Pag. 486. *l.* 7. Ἀπομίσθους ποιῆσαι τοὺς μισθοφόρους) Hi libro sequenti cap. 9 οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἄμισθοι γενόμενοι ὑπὸ σατραπῶν μισθοφόροι. Probum tamen vulgatum. Ἀπόμισθοι, interprete Harpocratione in ea voce, sunt οἱ μισθὸν μὴ λαμβάνοντες. Xenophon Hist. Gr. Lib. VI, p. 457, de Mnasippo, καὶ περὶ τοὺς μισθοφόρους ἐκαινούργει, καὶ τοὺς μέν τινας αὐτῶν ἀπομίσθους ἐπεποιήκει· atque ad eum quoque modum Aeneas Tact. c. 5, & Polyaen. L. V, 2, 11, quorum verba, quoniam antestatus est Valesius ad Harpocrat. non addo. WESS.

ead. l. 12. Ἀπῆραν ἐπὶ Ταίναρον) Non moveo, quamquam si διῆραν malueris, auxilio ipsemet auctor esse possit L. XX, 38, διῆρεν εἰς τὴν Αἴγυπτον· & Polyb. L. IV, 44, οἱ βουλόμενοι διαίρειν εἰς Βυζάντιον. Ioseph. Ant. XVII, 12, 1, διῆρεν ἐπὶ Μήλου. Vulgatum aeque opportunum esse, nemo ignorat. WESS.

ead. l. ult. Τὸ δὲ τελευταῖον Λεωσθένην &c.) Conf. Lib. XVIII, 9 & feqq. WESS.

Pag. 487. *l.* 14. Οὐδέποτε δεσπότην ἔπηλυν προσεδέδεκτο) Perfarum reges Coffaeis dona dividebant, cum aeftate Ecbatanis peracta in Babyloniam defcendebant, apud Strab. Lib. XI, pag. 795 D. Adiunge Polyaen. Strateg. IV, 3, 31, & Arrian. L. VII, 15. WESS.

Pag. 488. *l.* 6. Καὶ διὰ τὸ — φέροντες) Potuiffet omittere praepofitionem, ut fuperiore capite ὁ δὲ βασιλεὺς χαλεπῶς ἐνέγκας τὸ συμβάν. Quo in genere multa fibi folent indulgere. Clearchus in Xenophontis Ἀναβ. L. I, p. 196, μὴ θαυμάζετε, ὅτι χαλεπῶς φέρω τοῖς παροῦσι πράγμασι· atque ita apud eum fcriptorem, Paufaniam & Iofephum faepenumero. Ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἀνάγκη ἐστὶ χαλεπῶς φέρειν Ifaeus princ. Or. de Cimon. Heredit. & Nofter L. XIV, 61 &c. WESS.

ead. l. 14. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Σωσικλέους &c.) In his audaciae fpecimen apparet, qua ufi funt in augenda Diodori Bibliotheca confidentiores librarii. Obtrudunt nobis Archontem Atticum, nufquam lectum, iterantque confulatum L. Cornelii Lentuli & Q. Publilii, quo fuperior annus fuo iure infignis erat. Caufam habuerunt, quod alioqui Olymp. CXIII praeter morem tres dumtaxat Archontes habitura effet. At nimium fedulos Criticos infignis hiatus fugit in c. 83 & 84, ubi magnam partem ea deficiunt, quae Hegemone Archonte & Coff. L. Aemilio & C. Plautio Deciano adminiftrata fuerunt. Quam quidem iacturam fi aut veteres illi aut recentiores ad animum revocaffent, nunquam profecto abfurda haec invito ingeffiffent fcriptori, neque operam perdidiffent in Diodoro cum ceteris rerum Alexandri auctoribus conciliando. Opus enim falce hic eft critica, ablegandaque omnia funt, unde malum pedem intulerunt, deferta conciliationis via. Vide tamen Io. Meurfium de Archont. L. IV, 14, & H. Dodwellum de Cycl. p. 730, Chremetem Diodori Archontem & Hegemonem Dionyfii, huiufque Chremetem & Noftri Anticlem, tum Anticlem Dionyfii in Dinarcho p. 116, & intrufum illum Soficlem inter fefe labore fruftaneo contendentes. WESS.

Pag. 489. *l.* 5. Οἱ Χαλδαῖοι) Cf. L. II, 29 &c. WESS.

ead. l. 15. Τὸν καθῃρημένον — τοῦ Βήλου τάφον) Xerxes, ex infelici in Graecos expeditione redux, everterat, fi Arriano fides L. VII, 17, id praeterea adftruenti, metuiffe Chaldaeos, ne Alexander id Beli monumentum inftauraret.

Vid. de eo ſupra L. II, 9, & de Babyloniis a Xerxe in ordinem redactis Plut. Apophthegm. p. 173. Wess.

Pag. 490. *l.* 2. Νεάρχῳ δ' ἐνὶ τῶν &c.) Nihil cauſae video, cur ab hac ſcriptura diſcedatur. Nearchum Chaldaeos ſuper illa re conveniſſe, adſcribere haud neglexit Plut. Alex. p. 703. Wess.

ead. l. 13. Οἱ περὶ τὸν Ἀνάξαρχον) Dederat interpres *philoſophi Anaxagorae dogmata amplexi*, nulla verſionis addita ratione. Factum imprudentius, quod equidem emendavi. Anaxarchus & qui cum eo erant philoſophi, niſi tu ſolum malueris, intelliguntur. Namque eum Alexandro in Orientis regiones comitem ſeſe addidiſſe, dubitare vetant Diogenes Laërtius L. IX, 58, & Iuſtinus L. XII, 13, qui eadem omnia de Anaxarcho. Wess.

Pag. 491. *l.* 2. Καὶ τοῖς — λόγοις ὑγιασθεὶς) Legitimum in his Appiani L. III de Civil. Bel. p. 894 ſemper fuit, ᾧ δὴ μάλιστα ὑπαχθέντες ἔδοσάν μοι τὸν στρατόν. Hic ſi ὑπαχθεὶς ex ſcriptis admitteretur, corruptela foret ſpectabilis; ſibi ergo ſervent, qui invenerunt. Wess.

ead. l. 9. Ἀγησίου) Ἡγησίου Arrian. L. VII, 20, paullo melius. Stadio victor Euſebio eſt Μικίννας. Wess.

ead. l. 10. Γάϊον Πόπλιον) Reſtitue Ποιτήλιον καὶ Λευκ. Παπίριον. Rhod. Ποιτήλιον καὶ Λεύκιον Παπίριον adſcripſerat docta etiam manus Baſil. qua utor, editioni. Conf. Livium L. VIII, 23. Wess.

Pag. 493. *l.* 4. Εἶτ' Ἀμμωνιεῦσι) Sic hoc quidem loco. Ἀμμώνιοι conſtanter alibi, huius lib. cap. 50, Excerpt. Valeſ. p. 249, Pauſan. L. III, 18, p. 254, quibus Herodotum & plures addere poteris. Wess.

ead. l. 14. Καὶ γὰρ ἠγάπησεν αὐτὸν τῶν &c.) In Coſpi Latinis, *illum ſane tanto affectu dilexerat, ut eorum, quos amicitia iunctiſſimos fuiſſe fama praedicat, animi propenſioni nihil ceſſerit.* Unde mihi ſuſpicio movetur, praeſertim cum aſpere decurrat oratio, quaedam hinc deeſſe: auget eandem Baſil. ἔκδοσις, una voce, nihil tamen iuvante, inſtructior. Putaram ſtructurae ſatis fore factum, ſi πλεῖον aut μᾶλλον τῶν &c. expleretur; ſed repudio conſilium, & ſanioribus a libris auxilium praeſtolor. Wess.

Pag. 494. *l.* 4. Κρατερὸν — φιλοβασιλέα) Conf. Plut. Alex. p. 691 F. Wess.

Pag. 495. *l.* 2. Οἱ δ' οὖν) Emenda ὁ δ' οὖν βασιλεύς. Rhod. Ὁ δ' οὖν) Recte Rhodomanus. Operarum tamen eſt peccatum

in Stephani ἐκδόσει, quod Basilienses recte vitarant. Wess.

ead. l. 8. Τοῦτο δὲ εἰώθεισαν οἱ Πέρσαι) Hoc verius est. Ignem Persarum religione Deum fuisse censitum, pervulgatum est. Solum excitabo Io. Chrysostomum Homil. IV ad Antiochen. pag. 54 A. Θεὸς παρὰ τοῖς Πέρσαις εἶναι νομίζεται τὸ πῦρ, καὶ τιμῶσιν αὐτὸ μετὰ πολλῆς τῆς θεραπείας οἱ βάρβαροι. Alios dabit B. Brisson. de Reg. Pers. Lib. II, 14. At hic quidem ritus, quo ignem exstinguebant, non ita magnifice de eo Persas opinatos ostendit, ut verum eum Deum existimarent. Immo vero symbolum atque argumentum divinae maiestatis ignem esse iudicabant, eundemque summo in luctu, indicto praeterea per omnes regni provincias iustitio, ut ex Stobaei Serm. XLII, pag. 294, constat, ex civium oculis sine flagitio removeri posse arbitrabantur. Habet hac de re memorabilia Th. Hyde de Rel. Persar. cap. 1 & 29, hoc de ritu addere oblitus. Wess.

ead. l. 15. Στοχαζόμενος τῆς τοῦ βασιλέως ἀρεσκείας) Exemplum illustre est in Eumene Cardiano apud Plut. eius in vita pag. 584 B. nec minus apud Lucian. de Calumn. non Cred. c. 17. Wess.

Pag. 496. *l.* 3. Καὶ λεπτουργῶν πλῆθος) In Glossis, Λεπτουργὸς *faber tignarius*: qui quidem usus locum fortasse habere poterit in Imp. Leonis Tact. V, 7; hic latius porrigitur, eos artifices complexus, qui exquisito studio in rerum subtilium fabrica versantur. Id λεπτουργεῖν & ἐκλεπτουργεῖν in Themistii Or. XXVI, p. 316 C. & Synesii de Regn. pag. 30 A. Hinc περὶ τὴν ἀπόδειξιν λεπτουργεῖν de Eunomio, argutam quandam & sophisticam demonstrationem ingresso, Basilius M. L. I adv. Eunom. p. 214 E. Wess.

ead. l. 7. Εἰς τριάκοντα δὲ δόμους διελόμενος &c.) Si de pariete sermo esset, pati poteram, ut *δόμοι laterum ordines* ac *compages*, quemadmodum L. I, 64, censerentur. At agitur de area ipsoque loco, qui, ut Romanorum rogi, in quasdam contignationes & domos a rege proditur descriptus, quo bustum hoc tanto spectabilius & capacius esset. Confer tamen Iac. Gronov. ad Herodot. L. I, p. 846. Wess.

ead. l. 13. Ἐπὶ δὲ τῶν ἐπωτίδων) Tigna erant ex utraque prorae parte prominentia, docente Schol. Thucydid. L. VII, 34, & Io. Scheffero Mil. Naval. L. II, 5. Wess.

Pag. 497. *l.* 4. Δράκοντας ἀφορῶντας τοὺς ἀετοὺς) Ad structuram si necessariam putes praepositionem, adscisce eam ex Reg. 1. Est autem in his insigne caelaturae picturaeque Ba-

bylonicae, qua de If. Voffius, multa tamen aliena admifcens, ad Catull. pag. 196, & Spanhem. ad Ariftoph. Ran. v. 868, fpecimen. WESS.

Pag. 498. *l.* 6. Θύειν Ἡφαιστίωνι θεῷ προέδρῳ) *Forte deeft ὡς, tametfi etiam paullo poft haec dictio non adiiciatur:* fic Rhodomanus in not. fuarum Auctario, me non fequente. Scio Plut. Alex. p. 704, & Arrian. Ἀναβ. Ἀλεξ. L. VII, 14, ὡς ἥρωϊ Hephaeftioni facra facta prodidiffe, & ὡς θεῷ illi θύειν Ammonis refponfo fuiffe veritum. Sed abit ab iftis Diodorus, & Alexandrum eo infaniae an impietatis veniffe fignificat, ut Hephaeftionem in Diis cenferi fuo imperio voluerit impetraveritque. Lucianus de Calum. non Cred. cap. 17, καὶ τέλος, ἔθυον ΠΑΡΕΔΡΩι, καὶ ΑΛΕΞΙΚΑΚΩι ΘΕΩι (τῷ Ἡφαιστίωνι.) Qui quidem lepidiffimi fcriptoris locus id infuper docet, pravum in his Diodoreis videri προέδρῳ θεῷ, longeque praeftare παρέδρῳ. Sacra Alexandri populares & adulatores Hephaeftioni faciebant novo Deo, malorum depulfori & coeleftium affeffori. Πάρεδρος enim, qui aut fuapte virtute aut decreto principis in Deorum confortium & collegium addebatur, ut docte Salmafius ad Spartiani Hadr. c. 14, p. 140, & Arnaldus de Diis Affeffor. c. 9, quamquam hic ob Plutarchi & Arriani diffenfum dubia obmovit ibid. c. 27, quibus abftineri fatius fuerat. Id bene, quod παρέδρῳ hic fcribi oportere perfpexit, & ante eum, quod illi tamen latuiffe mihi perfuadeo, N. Blancardus ad Arrian. L. VII, p. 473. WESS.

Pag. 499. *l.* 6. Τῶν ἐγχωρίων τις δεδεμένος) Diftinctius de hoc homine Plut. Alex. pag. 705 E. in plerifque Diodoro confentaneus, non item Arrian. L. VII, 24. WESS.

ead. l. 16. Τοῖς μάντεσι προσαναθέμενος) Non aliud eft ac τοῖς μάντεσι προσαναφέρων, ut brevi poft, five adhibitis in confilium facrorum interpretibus. Geminum hoc S. Paulli Epift. ad Galat. cap. I, 16, οὐ προσανεθέμην σαρκὶ καὶ αἵματι· ubi vide Lamb. Bof. WESS.

Pag. 500. *l.* 2. Καὶ θεοῖς ἀποτροπαίοις θύσας) Vid. Spanhem. ad Ariftoph. Plut. v. 359, ubi de Iove & Apolline ἀποτροπαίοις plura. Ἑκάτην καὶ τοὺς ἀποτροπαίους coniungit Plut. Sympof. L. VII, pag. 708 F. eofdem τοὺς τροπαίους vocitans in Conviv. VII Sap. p. 149 D. ut Iovem τροπαῖον Euripid. Heraclid. v. 937, & facra, quibus arceri hoftes putabantur, τροπαῖα τῶν ἐχθρῶν ibid. v. 403. Herculis ἀποτροπαίου aram habet Philoftratus de Apollon. Vit. L. VIII, p. 340, cum nota Olearii. WESS.

ead. l. 7. Ταῖς εὑρεσιλογίαις κατασοφιζομένους) Hoc cur maluerim, oſtendent adſcripta L. I, 37. Wess.

ead. l. 11. Τὴν περὶ τὴν Βαβυλωνίαν λίμνην) Forſan huic loco idem contigit, quod paullo ante, ut Βαβυλῶνα & Βαβυλωνίαν confunderent amanuenſes. Multum quidem certe τὴν Βαβυλῶνα praeſtantiorem reperies, ſi propter urbem vaſtum hunc lacum fuiſſe recorderis. Mecum ſentit T. Hemſterhuſius ad Lucian. Necyom. cap. 9. Wess.

Pag. 501. *l.* 3. Εἷς τῶν ἐρετῶν) Nihil hinc demutandum. Confer Arrian. L. VII, 22, & cognoſces eius ex ſententia citius hoc contigiſſe. Wess.

ead. l. 14. Ἄφνω δὲ, ὥσπερ ὑπό τινος πληγῆς &c.) Sic vulgo in Alexandri obitu paratragoediabant. Seneca Epiſt. LXXXIII, p. 345: *Alexandrum — intemperantia bibendi & ille Herculaneus & fatalis ſcyphus condidit.* Prudenter Plut. Alex. p. 706 C. κἀκεῖ (in Medii aedibus) πιὼν ὅλην τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν, ἤρξατο πυρέττειν, οὔτε ΣΚΥΦΟΝ ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ ἐκπιὼν, οὔτε ἄφνω διαλγὴς γενόμενος τὸ μετάφρενον, ὥσπερ λόγχῃ πεπληγώς· ἀλλὰ ταῦτά τινες ᾤοντο δεῖν γράφειν, ὥσπερ δράματος μεγάλου τραγικὸν ἐξόδιον καὶ περιπαθὲς πλάσαντες. Quae ille ſtrinxit aperte in ſcriptores, qui Diodoreis ſimilia memoriae prodiderant. Alexander nimia intemperantia & prorogata plures in dies crapula febrim ſibi & mortem maturavit. Inſpice Ephemerides, quas ibidem ſubiecit Plutarchus, atque Athenaeum Lib. X, p. 434, & nihil eſſe liquidius mecum profiteberis. Wess.

Pag. 502. *l.* 5. Περιελόμενος τὸν δακτύλιον) Vide L. XVIII, 2. Annuli traditione heredem indicari, viri docti oſtendunt ad Spartiani Hadr. c. 3, & Curtium L. X, 4. Wess.

ead. l. 7. Τῷ κρατίστῳ) Infra L. XVIII, 1, τῷ ἀρίστῳ; quod eodem redit. Alexander *fortiſſimum,* quique alios opprimere poſſet, innuebat. Quid Nic. Loënſis de vocibus his diſputarit Miſcell. L. V, 18, ut Iuſtini inconſiderantiam perſtringeret, notum eſt in vulgus. Wess.

ead. l. 9. Ὅτι μέγαν ἀγῶνα αὐτῷ ἐπιτάφιον συστήσονται &c.) Veriſſimum hoc morientis Alexandri effatum egregie illuſtravit P. Leopardus Emend. L. XVII, 13. Idem in animo erat Eunapii, cum de Iuliano ſophiſta p. 122 μέγαν ἐπιτάφιον ἀγῶνα τοῖς ἑαυτοῦ παρεδέδωκεν ἑταίροις· innuens contentiones, quibus inter ſe committerentur eius diſcipuli & ſectatores, ut mortui locum & dignitatem Athenis obtinerent, de quibus idem Eunapius in Proaereſio p. 132. Aliud

ſpectabat Herodes extrema oratione ad Salomen ſororem eiuſque maritum Alexam apud Ioſephum Antiq. Iud. Lib. XVII, 6, 5, *τὰ αὐτὰ γὰρ δὴ φρονῆσαι δόξῃ τῇ αὐτοῦ μὴ ἀπειπαμένων μέγαν αὐτοῦ τὸν ἐπιτάφιον γενήσεσθαι, καὶ ὁποῖος οὐδ' ἄλλοις βασιλέων*· cogitabat enim rex crudelitate infamis nullas filiorum de regni ſucceſſione rixas, ſed calamitatem, & luctum, quem caede nobiliſſimorum genti Iudaicae ſub mortis ſuae tempus indicere propoſuerat. WESS.

ead. l. 11. *Καὶ μῆνας ἑπτὰ*) Arrian. L. VII, 28, *καὶ τοὺς ὀκτὼ μῆνας*. Melius Noſter, ut S. Petitus Eclog. Chronol. L. IV, 14, & ad Leg. Attic. L. III, Tit. 2, p. 331 edit. Lugdun. condocefecit. WESS.

Pag. 503. *l.* 11. *Διὰ τοῦ ἰδίου υἱοῦ, τεταγμένου* &c.) *Veneno necatum eſſe credidere plerique: filium Antipatri inter miniſtros, Iollam nomine, patris iuſſu dediſſe*, haec Curtius L. X, 10, 14, cui adiunge L. XIX, 11, noſtri auctoris, qui quidem *ἐπὶ τὸν κύαθον τεταγμένον* ſcribere potuiſſet, non improbantibus Latinis. Petronius Sat. c. 30: *exclamavit unus e pueris, qui ſuper hoc officium poſitus erat;* ubi Burman. vide & N. Heinſium ad Curt. L. VI, 11, 3. Sed alterum id amare ſolet. WESS.

ead. l. 15. *Κασσάνδρου*) Quae in *Κασσάνδρου* nomine enotata diſcrepantia eſt, paſſim recurrit. Nummi CASSANDRENSIUM in Col. I. Vaillantii T. I, p. 104, & ΚΑΣΣΑΝΔΡΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ Theſ. Brit. Vol. II, p. 12, ſtant pro vulgato. WESS.

Pag. 504. *l.* 3. *Τήν τε γὰρ Ὀλυμπιάδα — ἄταφον ῥίψαι*) De caede illuſtriſſimae feminae L. XIX, 51, & Thebis a Caſſandro inſtauratis ibid. c. 53. WESS.

ead. l. 8. *Ἐπὶ τῆς ἐσχάτης τοῦ βίου γραμμῆς ἐγκαρτερήσασα*) Sic iterum Excerpt. Valeſ. p. 327: *τῆς δὲ σωφροσύνης (σημεῖον) τὸ τὰς αἰσθήσεις μέχρι τῆς ἐσχάτης τοῦ βίου γραμμῆς ἀσινεῖς ἔχειν*. Sumtum genus hoc ex ſtadio, in qua linea ſive *γραμμὴ* ſaepe curſus erat meta. Scholiaſtes in Pindari extremam Od. IX Pythion. *ἔστησε γὰρ αὐτὴν πρὸς τῇ ἐσχάτῃ γραμμῇ τοῦ δρόμου, τοῦτο ἄκρον καὶ τέλος διατάξας — ἐχάρασσον δὲ γραμμήν τινα, ἣν ἀρχὴν καὶ τέλος εἶχον οἱ ἀγωνιζόμενοι*. De morte Siſygambris confer Curt. X, 5, 19. WESS.

storicae libri qui su-
one Petri Wesselingii,
e latina Laur. Rhodomani
us variorum ... Nova
onibus III Chr. Gottl.
entis ... Jer. Nic.
E Typ. societatis,

ιοδῶρος.

501-597

(5)